ESCOLANO.

Chronicon


SANCTI

Hierothei.






Hierothei·








39 - a



CHRONICON
SANCTI HIEROTHEI
[illegible]
[illegible] ECCLESIAE
[illegible]

SCRIPTVM
AB ILL.mo ET R.mo DOMINO
D. DIDACO ESCOLANO, EPISCOPO
SEGOVIENSI, ELECTO ARCHIEPISCOPO
Granatensi, Catholicae Maiest[illegible]
Regio Consiliis.

DICATVM
DECANO, ET CAPITVLO
SVAE SANCTAE ECCLESIAE
SEGOVIENSIS.

CVM LICENTIA REGII SENATVS.

MATRITI, IN OFFICINA DOMINICI GARÇIA MORRAS,
Typographi Ecclesiarum Castellae, & Legionis.

ANNO M.DC.LXVII.

CHRONICON SANCTI HIEROTHEI,

ATHENARVM PRIMVM, POSTEA SECOVIENSIS ECCLESIAE EPISCOPI.

SCRIPTVM

AB ILL^{MO}, ET R^{MO} DOMINO




D. DIDACO ESCOLANO, EPISCOPO SECOVIENSI, ELECTO ARCHIEPISCOPO Granatensi, à Consilijs Catholicæ Maiestatis Caroli II. Regis nostri.

DICATVM

DECANO, ET CAPITVLO

SVAE SANCTAE ECCLESIAE SECOVIENSIS.

De la Libreria del Colegio mayor de Alcala



CVM LICENTIA REGII SENATVS.

MATRITI; IN OFFICINA DOMINICI GARCIA MORRAS, Typographi Ecclesiarum Castellæ, & Legionis.


ANNO M.DC.LXVII.



N. S. de la Paz de la Catedral de Segouia



N. S. de la Fuencisla de Segouia



CHRONICON SANCTI HIEROTHEI

prius Atheniensis, postea Secouiensis in Arcuacis Hispaniæ Episcopi.

IDEST VITÆ ET ACTORVM eius Chronologica descriptio.

NECNON

ALLEGATIO HISTORICA, IVRIDICA et Moralis, pro sua celebratione, tanquam de sancto naturali, ipsius Secouiensi Ecclesia.

OMNIA NOTATIONIBVS COMPLETA, et illustrata.

A DIDACO ESCOLANO EPISCOPO Secouiensi.

DECANO CANONICIS, ET CAPITulo suę Almæ Ecclesiæ.

DICATA.



S. Hieroteo prim.º Obispo de Segouia



S. Frutos patron de la S.ª Ig.ª de Segouia



S. Valentin. M. natural de Seg.ª



S. Engracia. M. natural de Seg.ª








P. Villafranca sculptor Regius sculp. Matriti 1667.

FILIIS, ET
FRATRIBVS SVIS,
DECANO, CANONICIS, AC
Capitulo Almæ Cathedralis Ecclesiæ Secoviensis:

DIDACVS ESCOLANO EIVS (LICET IMMERITO) Episcopus, Laconicam hanc Chronologicam Descriptionem Vitæ, & Actorum Divini Hierothei, Primi eiusdem Ecclesiæ Episcopi, ex corde dicat, & mittit.



Dhuc præ manibus habentes, & agitantes quæstionē illam: An Martialis, Sāctæ Quitteriæ Virginis, & Martyris Adurensis, & eius socius in Martyrio, Episcopus Turiasonensis foret, necne, (iuxta Iuliani Petri, in Adversarijs, *sententiam,) ne cùm Ecclesiæ illi præfuisse (licèt immeritò) dignosceretur de Primo illo Pastore, ita benemerito, & laudibus digno, memoriam sepultam relinquere videremur; sed Deo innumeras referentes gratias in Sancto suo, beneficij magnitudinem agnoscentes, gratitudinis signo Officium Laudis quotannis avida Celebritate persolvere curaremus: nondum in totum persoluta, & finita actione (Deo ita volente) ad hanc Secoviensem Sedem promoti, obsequium idem Divino Hierotheo. Primo Præsuli nostro & Pastori solvendum nobis à vestra solicitudine exposcitur, & iuxta Summorum Pontificum Pij V. & Gregorij XIII. Decreta, Concessionemque de Divo Hierotheo annuatim celebrare Officio de Communi iuberemus; sicut de Sā-cto Naturali: Tum propter Fidei prædicationem in hac Civitate Secoviensi, & populis Arevacis, quàm per Episcopalis Sedis in eisdem mansionem, cuius priuilegij mens magnopere in Sancto ipso verificata inveniebatur, cùm non solum antiquorum Græcorum,*

& Latinorum Scriptorum authoritate, sed Hispanorum ingenti manu Authorum comprobabatur, quòd sua prædicatione populos hos Arevacos ad Fidem veri Dei Apostolico Officio iste Sanctus perduxit; sed & Ecclesiam in hac Secoviensi Civitate Episcopalem, erexit, gubernavit, & Sanctis Legibus communivit, Sedemque propriam locavit. Quapropter, ut plenius ex probationibus instrueremur, certioresque veritatis redderemur, ex professo, & adamussim Vitam, Acta, Sedem, aliaque, quæ ad perfectiorem, & pleniorem huius Sancti cognitionem nos attrahere potuissent, libètius percurrimus, non parcentes labori, ut sumpto muneri satisfieri videremur. Quæcunque sint ista, vestris exhibemus Curis (Charissimi Fratres) ut qui ita solerter de Patrono, & Primo Præsule vestro laudes quæritis; de me (licèt indigno) Episcopo vestro munia ita debita non ignoretis, sed recipiatis. Valete, & pro me Deũ rogate.

Æternæ Vestræ salutis
cupidissimus spectator.

Didacus, Episcopus Secoviensis.

APPRO-

APPROBATIO REVERENDISSIMI P. M. ANTONII Rosende, è Clericis Minoribus, Regiæ Maiestatis Concionatoris, Supremi Senatus Qualificatoris, & Diœcesis Toletanæ Synodalis Examinatoris.



OPus inscriptum *Chronicum Hierothecum*, ab Illustrissimo, æquèque litteratissimo Domino D. Didaco Escolano, Segoviensi Episcopo, & electo Archiepiscopo Granatensi, examussim concinnatū, & ad me transmissum iussu D.D. Francisci Forteza, &c. in Curia Matritēsi Vicarij Generalis, in quo Chronica Divi, ac Divinissimi Hierothei, ex venerandis sacræ Antiquitatis Arcanis hauriuntur, & consignantur, vt nova luce respersa; novis pignoribus ignescat Hispana devotio, eà pollet Dictionis gravitate perspicua, Iudicij maturitate integerrima, sedulitate Disquisitionis invicta, Eruditionis vbertissima segete, ac demum Veræ fidei sublimitate tenaci, vt nulli ex Antiquioribus, & declamatissimis Ecclesiæ Antistitibus, quibus similis argumēti incubuit Cura, aut impar, aut absimi le censeatur; Enim vero, vt ex limine, huius sæculi Criticorum, qui sibi ipsis nimium emunctę naris blādiuntur, quique omnia, vt olim sceptici, vel dubijs inutilibus complicant, vel pugnaci contētione refellunt, succensionem, & si non extinserim, saltem emolliam, nullis, iniunctum mihi onus, aptioribus Verbis aperiam, quam Augustini in Enchiridio cap. 20. sic pro me loquentis: *Nec quæstio nodosissima quæ homines acutissimos Academicos torsit, nunc mihi enodanda suscepta est: vtrum aliquid debeat sapiens approbare, ne incidat in errorem, si pro Veris approbaverit falsa, cum omnia (sicut affirmant) vel occulta sint, vel incerta.* Et si enim nullibi quæstio, quam nodosissimam vocat Augustinus, accommodatiùs Disceptationi patescat, quam cum scrinia elapsorum sæculorum evolvuntur, quorum nulla extant non temerata vestigia, & in quibus rarus est, qui à recta semita non deliret, at Illustrissimus Chronici Author, ea sedulitate, & pondere Opus suum instruxit, pensiculatis probatioribus Calculis, vt occulta, clara, & invia, pervia, indefesso calamo reddiderit: sicque liceat mihi illa Ciceronis vsurpare in Catone, & pro Catone: *Mirari se, non modo diligentiam, sed etiam solertiam eius à quo essent illa dimensa, atque descripta.* Cōstans igitur esse debet, affirmari non posse, sine summo veritatis iure: *nihil esse verum*: ita &: *nihil esse certum, aut reseratum*: vt nunc aliqui superciliοso fastu protrudunt: præsertim cum antiquiora recoluntur Monumenta: quorum lubricam, & obscuriorem viam ex authoratis priscæ Memoriæ Ducibus, qui ceu Lapides, vel speculæ eminent, Cimmerijs tenebris contegunt, vt nihil ad nos, senioris eius vti & felicioris ætatis traduci patiantur, quin illud interminabilibus hallucinationibus offundant, vt iam iam sit apud eos desperata causa vlterioris veritatis reperiundæ. Cæterum Insignis noster Chronicorum Scriptor, ijsce salebris sic se attemperat, innodata extricans, saltuosa sternens, vt tametsi non vtatur ocularis testibus, quod in multis sæpius impossibile est, diligentiores, & nobiliores Authores adhibeat, veluti scaturigines, alveosvè, per quos Antiquitatis Vena ad nos intaminata defluat, & purior excurrat, vt nefas sit illis fidem negare, quò novissima nostrorum Academicorum Crisis, nec minimum, in quod offendat, inveniet. Multa Themata sunt, quæ severiorem Nasum reijciunt, nimiumque sæ-

cularem eruditionem redolentem: quæ Pietatem spectant, mitiùs, & pientiùs supercilium desiderant: illaque in primis, quæ Gentilitiam Gloriam extollũt, & canitiem nostræ felicitatis commendant: sat sit accurata recognitio, vbi nõ apparet repugnantia: & in rebus Historicis, quibus fides humana suffragatur, Authores Authoribus opponere, nec numero impares, nec Doctrina Ignobiliores: qui neque ijs acquiescunt, aut cedunt, quasi solis ipsis concessum sit è puteo Democriti Veritatem extrahere, orbitam magis illinunt, quam expediunt, illique non dissimiles evadunt, qui se occæcavit, vt res subtiliùs rimaretur, sed ne longius vager, finem facio, iterùm interpellando Augustinum, ad eorum animum, qui, qua potuerunt cura, enixi sunt veritatem proferre; illorumque pudorem, qui se omnia scire, & detegisse iactantur, vt alios quasi cœcos per Antiquitatis Anfractus manuducãt, ait enim lib. allegato, cap. 17. *Quamvis enim error, quanta possumus cura cavendus sit; non solum in maioribus, verumetiam in minoribus rebus, nec nisi rerum ignorãtia possit errari: non est tamẽ consequens, vt continuò erret, quisquis aliquid nescit; seu quisquis se existimat scire, quod nescit:* quod quã oculata vestigatione, quò acriori iudicio perfecerit Illustrissimus Præsul, Hispaniæ Decor, & Ornamentum, & SS. P. N. Hierothei & Chronologus, & Chronographus celeberrimus, alio lapide firmãdum est, quã meo: & ille solus, æquus Arbiter Censuram feret, qui cum ipso, sine stomacho, possit de sacratioris, & secretioris litteraturæ Palma certare. Ea animi demissione veneror, quod non incuriosa, aut oscitanti industria ad commune beneficium nobis refert. Matriti in Carpentanis pridiè Idus Novẽbris, Anni 1667.

Antonius Rosende,
è Clericis Minoribus.

Licencia del Ordinario.

NOs el Doctor D. Francisco Forteza, Vicario desta Villa de Madrid, y su Partido, &c. Por lo que a Nos toca, damos licencia para que se pueda imprimir el libro intitulado, Chronicon de San Hierotheo, por el Illustrísimo señor D. Diego Escolano, Obispo de Segovia, por quanto nos consta no tiene cosa contra nuestra santa Fè Catolica, buenas, y loables costũbres. Dada en Madrid a 16. dias del mes de Noviembre de 1667. años.

Doct. D. Francisco Forteza.

Por su mandado.

Pedro Palacios, Not.

APPRO-

APPROBATIO REVERENDISSIMI P. M. Fr. Francisci Antonij de Isasi Philipp. IIII. & Caroli II. Regum Concionatoris, Ordinisque B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, Definitoris Generalis.



Egij, Supremique Senatus iussu hoc Opus evolvi, quodque voluptate allectus revolvi, cuius nomenclatura: *Chronicum Hierothecum*, affabrè elaboratum ab Illustrissimo D. D. Didaco Escolano Segoviensi Antistite, & electo Archiepiscopo Granatensi, maiora merente; in quo eruditio, & pietas de Primatu concertant. Verè Hierothecum, si sciscitaris etymon, ex cuius fonte scaturijt divinum. Materiam ex titulo cognosces, & titulum affatim in materia reperies, neutrum ex altero orbari, vt assolet sæpe, prospicies; sed cũ divinum quid pro rostris legenti pollicetur, divina omnia rationis vẽtilabro, in hoc Opere nanciscuntur: quæ (vt me tenet Casiodorij dictum) *Casiod. libr. 1. epist. 7. Habent sigillatim distributa præconium, coniuncta miraculum; cum quidquid* (eiusdem verbis fruamur) *Idem lib. div. lect. cap. 23. Possunt legentes per diversos quærere, in illius scientia cognoscitur posse fulgere*; & cum in singulis, tã singularis colluceat, in quo excellentior existat ignoro. En tibi proponitur Divinissimi Hierothei Segoviensis Ecclesiæ primigenei syderis: Longeque decoris, Chronologia, quam apiscebaris annorum fidissima ex historijs supputatione dispuncta, quæ quasi hucusque sub tenebris delitescens, attrectationibus cæcutientibus obnoxia, quorumdam deliramentis tyrocinationum attacta, penè irruitura languebat, nisi hac indefesa luce, non minus Zælotipus, quã eruditissimus Præsul, veritatis vitæ fulcra pararet, eique splendorem indidisset, ita luminum impertiens annonam, vt iam non valeat obrepere tenebrosa suspicio. Dulce est videre lumen obtutibus claris, sed inimica lux oculis infirmis, qui tenebrosius in luce caligãt; & à novitate luminis perculsi, in nimio luci fervore à radiorum flagello, teneræ vapulant pupillæ. Igitur iam fugatis tenebris Chronologici Hierothei iubar exoritur, & sicut radius eiaculatus à sole, quid vtriusque præstet oculorum munera propalavit. Verum eius lumine sensim degustato, in plenum solis fontem, eosdem oculos erudiet, dum allicit, quos prima luce deterruit, *Plin. Iun. lib. 3. epist. Cor. Minut. Nam fides in præsentia* (aiebat Plinius) *eos, quibus resistit offendit: deinde illis ipsis suspicitur, laudaturque.* Opus vndequaque vbertim absolutissimum, & exochem, de quo quasi legeret idem Plinius panegyrim dictitavit. *Idem Plin. libr. 9. epist. Pater. suo. Quanta potestas, quanta dignitas, quantum denique numen sit historiæ, cùm frequenter aliàs tum proximè sensi, in quo assequutus est nomen, quod ad alios transire non possit*, cui Lirenensis subscribit. *Lirenen. cap. 23. comm. 1. Ingenio tam gravi, & vehementi excellet, vt nihil sibi ad propugnandum proposuerit, quod non aut acumine irruperit, aut pondere eliserit.* In eo enim non minus laudanda est eruditio, quam prudentia. Non obterit obiecta adversariorum affanie dum vincit, eliminãdo phalanges; impugnat sapienter, & modeste oppugnat sine iactura adversantis; neminem oppluit iniurijs: non irruit contentione

tra-

tractus, sed limpida ingenij dexteritate allectus, sicque metam disceptationis nanciscitur, & in Plubij sententiam non labitur, *Plub.lib.2. Saturn.cap.7. Nimium altercando veritas amittitur, seriemque sedatur.* Quare cum Basilio fateri cogor. *Basil.epist.39. Accepi librũ, & summopere delectatus sum, propterea quod densus est simul, & refectus sententijs, ac contrariorum obiectiones, & responsiones illis subiectas non confusè, sed recto ordine digestas habet. Ezech.10.n.5.* Prodeat igitur Cherubini pennata vox, & in atrium exterius audiatur; erumpat quasi vox Dei omnipotẽtis loquentis, sonitu plumarum, & volatus crepitu, impleat exterius limen, hoc est volubilem orbem, elevetur gloria Domini, quæ latitabat sub nube, & alarum plausu, plumatoque organo in supera volet. Sic Segoviensis celebratus, & celebrandus Antistes scientia Cherub, non extentus, sed protegẽs celeri calami volatu, gloriam Hierothei (quæ ad hisce tempora inlatuit in sinu, sine præcone nubibus cincta) plumigeris elevatam pennis, per mundi angulum decantatam, non per anfractus, elisam, evehat ad astra. *Plin. in Panegyr.Traj. Temporibus nostris* (pergraphycè Plinius) *gratulari debemus pro ingenio tali, quod ille moribus adornat.* Et cum Lirenensi affari. *Liren. ubi sup. Intelligatur te exponente illustrius, quod antea obscurius credebatur. Per te posteritas intellectum gratuletur, quod antea vetustas non intellectum venerabatur.* Et si: *Iustum est, vt bene gerentibus laudis tribuatur assensus. Casiod.libr.1.epist.7. & lib.4.epist.5. Frustra* (eodem Casiodoro clamante) *ad censuram proponitur, cui tantis titulis approbatio debetur.* Quid Illustrissimo vndequaque Scolano, externijs præconijs opus est? Satis ijs, qui modo eius scripta legerint, seu Hyblæis Apibus argutè elaborata, tacito quodã domesticoque præconio, se ipse commendat, nullius vt testimonium magnopere commendationemque desideret. Supersque iudicium, fideli trutina librantes, vt Chronicum per illustre illustrissimi Auctoris, exorari, vt quam citius typis mandetur, vt pro luce in venerationem Divinissimi Hierothei habeatur. Sic crisim facio in hoc nostro Matritensi Cœnobio Redemptorum B. Mariæ de Mercede, die vigesima octava Novembris, salutis anno 1667. Et Descensionis eiusdem Intemeratæ Puerperæ ad nostri Ordinis fundationem 449.

Fr. Franciscus Antonius de Isasi.

Licencia del Consejo.

YO Gabriel de Aresti y Larraçaval, Escrivano de Camara del Rey nuestro señor, de los que residẽ en el Cõsejo, certifico, que por los señores dèl se ha dado licencia a Dõ Diego Escolano, Obispo de la Ciudad, y Obispado de Segovia, para que por vna vez pueda imprimir, y vender vn libro que ha compuesto, inticulado, Chronicon de S. Hierotheo, primer Obispo que fue de dicho Obispado, por el libro original, que và rubricado de mi rubrica, y firmado al fin de mi firma, guardando en la impressiõ lo dispuesto por las leyes, y pregmaticas de estos Reynos. que tratan de la impressiõ de los libros, con que antes que se venda se traiga al Consejo con fee del Corrector de estar cõforme al original, para que se tasse el precio a que se ha de vender. Y para que conste dòy esta certificacion, en Madrid a doze de Diziembre de 1667. años.

Gabriel de Aresti.

FEE DE ERRATAS.

Primus numerus paginam, secundus lineam significat.

PAgina 2. linea 6. *inhibitum, dic* imbibitum. 2. 35. *Ampuritarum, dic* Ampuritanum. 3. 20. *indabiè, dic* indebiè. 6. 6. *sepulcharali, dic* sepulchrali. 7. 36. *natalio, dic* natali. 14. 25. *Philothus, dic* Philotheus. 18. 5. *arabit, dic* ambijt. 19. 13. *Egica, dic* è qua. 21. 8. *paterfieret, dic* patefieret. 23. 36. *& parentes, dic* si patentes. *Infra finem huius lineæ, pom-, dic* non. 24. 15. *fuisse, dic* fuisset. 34. 9. *aper, dic* pater. 34. 26. *orincipum, dic* principium. 36. 25. *Divis, dic* Divus. 39. 22. *honestare, dic* honestate. 39. 35. *facè, dic* fusè. 40. 2. *Scholorũ, dic* Scholarum. 42. 1. *corrum, dic* currum. 42. 9. *etat, dic* erat. 42. 21. *Horati, dic* Horatii. 43. 15. *Aumienses, dic* Athenienses. 44. 12. *sunt, dic* sunto. 49. 12. *ætatem, dic* ætatum. 50. 3. *cina, dic* circa. 50. 5. *Siginies, dic* Sigonius. 50. 25. *vsor, dic* vsos. 52. 10. *iuvit, dic* vivit. 52. 19. *Menologij, dic* Menologijs. 55. 8. *insititia, dic* institia. 62. 22. *memoratus, dic* memoratur. 68. 35. *prædecens, dic* præcedens. 69. 28, *repugnavit, dic* repurgavit. 71. 12. *&, dic* à. 72. 27. *subeunter, dic* subeuntes. 80. 6. *seminiverbis, dic* seminiverbius. 80. 35. *similem, dic* simile. 81. 33. *incident, dic* incidisset. 88. 15. *natali, dic* natale. 93. 8. *n. 21. dic* 71. 96. 32. *inquam, dic* in quadam. 107. 34. *pervolant, dic* pervolaret. 117. 19. *traduximos, dic* traximos. 124. 17. *scientiam, dic* scientia. 125. 20. *Dionysio, dic* Dionysij. 126. 27. *Paulo, dic* Pauli. 131. 13. *mirum, dic* mirum. 195. 27. *affligere, dic* affigere. 239. 18. *veritam, dic* veritatem. 246. 2. *Balinguam, dic* Belingem. 246. 25. *signiter, dic* segniter. 248. 36. *Petrus, dic* Ioannes. 249. 9. *Petro, dic* Ioanni. 250. 14. *magnus, dic* magus. 252. 15. *Puades, dic* Pujades. 258. 11. *bablillar, dic* babli-lias. 308. 27. *non, dic* nunc. 373. 20. *Domini, dic* Dominici. 468. 10. *contiva, dic* cultiva. 524. 26. *Gasparem, dic* Baltasarem. 565. 21. & ead. pag. lin. 34. & pag. 566. lin. 11. *Venulcius, dic* Venuleius. 566. 30. *Venulcio, dic* Venuleio. 608. 5. *Princisium, dic* Principum. 649. 22. *multa, dic* multam. 667. 15. *alias, dic* alias.

Hic liber inscriptus: *Chronicon Sancti Hierothei, &c.* demptis his mẽdis, suo exemplari fideliter respondet. Dat. Matriti die 14. mensis Decembris, anni 1667.

Lic. D. Carolus Murcia de la Llana.

T A S S A.

YO Gabriel de Aresti y Larraçaval, Escrivano de Camara del Rey nuestro señor, de los que residen en su Consejo, certifico, que aviendose visto por los señores dèl vn libro intitulado, Chronicon de San Hierotheo, compuesto por Don Diego de Escolano, Obispo de Segovia, que con licencia de dichos señores ha sido impresso, tassaron a seis marauedis cada pliego, y el dicho libro parece tiene ciento y ochenta y nueue sin principios, ni tablas, que al dicho respeto monta mil ciento y treinta y quatro marauedis, y al dicho precio, y no mas mãdaron se venda el dicho libro, y q̃ esta certificacion se põga al principio de cada tomo, para que se sepa al precio que se ha de vender, y para que conste doi esta certificacion, Madrid a diez y siete de Diziembre de mil y seiscientos y sesenta y siete años.

Gabriel de Aresti.

AD LECTOREM.




VM Infulas (licet immeritò) Cathedralis Secoviẽsis Ecclesiæ induamus (Benebole Lector) easquè Divinum Hierotheũ honorasse, à multis dicatur: Præcipui muneris nostri cẽsuimus, hoc, studio, & laboribus nostris (si possibile foret) ad certum evocare, ne Ecclesiam nostram, & Diœcesis totius Accolas tanto honore, ignavia nostra privaremus, nec consultò tacuisse tanti Patris Præsulatum videremur; cum filijs suis ex eius doctrina, fidei instructione, & Pastorali cura tantam non dubitetur accrevisse laudem, & gloriam: Consulimus ad id peragendum Opus haud solum libris, sed etiam litteratis viris, simul & oppidanis nostris, cæterisque indigenis, qui multo temporis decursu annosi, seu traditionibus dediti, instructiores, & notiores inveniebantur, vt etiam nos, tàm Originis Hispanicæ, quàm Sedis Secoviensis Divini Hierothei, fama, traditioneque conscij redderemur; omnium itaque fuit vna sententia, se à suis accepisse maioribus, Hierotheum primum extitisse Secoviẽsem Episcopum, Apostolumquè in prima fuisse prædicatione, hocquè traditione certa esse firmatum. Ex qua, & Scriptorum sententijs hanc Chronologicam descriptionẽ vitæ, & actorum Sãcti Hierothei adamussim elaborãdam suscepimus, & (Deo favẽte) opere perfecimus, quam nostræ (vt vides) Secoviensis Cathedralis Ecclesiæ Capitulo, Decano, & Canonicis libẽter, & toto amore submisimus; à quibus non semel, vt probatione perspecta, & agnita veritate sanctitatis, cultus, & Sedis Hierothei, de eo recitare præciperemus, enixè efflagitatum est. Sed nondum prælo datum Opus (licet iam peractum) ad nostras devenit manus Historicus quidam Discursus D. Gasparis Ibañez de Segovia & Peralta, Marchionis Agropolensis, Cęsaraugustæ Typis excussus, quo probare nititur Hierotheum haud Hispanum fuisse, sed nec Secoviẽsi Ecclesiæ vnquam præfuisse, suppositam, & ementitam credens Flavij Dextri sententiam de hoc apertè loquentẽ, & ex eius Chronico desumptam, quo tam diù in lucem edito tota nostra fruitur Hispania, exteræque nationes; & non solùm Hispani Authores, sed ex omni natione gravissimi Scriptores eidem insequantur, & amplexentur, quorum seriẽ texere, & Catalogum adscribere prolixum videremur onus assumpsisse, cur igitur haud Hispani His-

pa-

panum Scriptorem ita approbatum, & sequutum assequentur? Cũ tanta laus Hispanicæ nationi filiorum suorum labore accrescat, & veneratione dignam efficiant? Non est nostrum de hoc iudicium facere, solùm pertingere credimus, prædicto historico discursu per lecto, videre: an in Chronico nostro satis sit factum ibi propositis difficultatibus; sed nihil novum reperimus, cui iam haud antea obvios nos fuisse nosceremus. Percurrimus in hoc Opere nostro Hierothei vitã, & acta, & post eius obitum per annorum curricula etiam ea facta, quæ circa cultum, Laudes, Officiũ, & Reliquias Sancti huius ab Ecclesia nostra Secoviensi patrata novimus, temporis calculatione fuimus prosequuti, vt omnibus pateficeret perpetua eius commemoratio, & amoris vis circa suum Præsulem, & Pastorem Hierotheum. Pastoralis vero cura nostra, & negotiorum iugis absolutio elaborare, perficere, & exhornare Chronicum hoc (vt decebat) non sinit, nec Insularum indumentum reticere, quæ de primo Præsule, & Episcopo Hierotheo nostro ab Scriptoribus Ecclesiasticis in lucem edita invenimus. Quod parcere possis (Amice Lector) satis abunde reperies. Quod remittere debeas, non parum tibi (si sumptum laborem muneris Pastoralis nostri expletionem consideres) materia ipsa compellet. Vale.

Anno A Creatione Mundi 5191. Ab Vrbe Romana condita. 744. Imperij Octaviani Augusti 34. Ante Christi Domini Nativitatem. 8.



HIEROTHEVS, [A] *SEV MAcer* [B] *Hierotheus anno à Creatione Mundi 5191. iuxta computationem 70. Interpretum. Vrbis Romanæ conditæ 744. Imperij Octaviani Augusti 34.* [C] *Hispaniæ natus dicitur.* [D] *Emporitani,* [E] *Vrgabonenses,* [F] *& Astigitani* [G] *Civem suũ esse dicunt: Licet nõ desit qui Secoviæ oriundum credat.* [H] *At ex nobilibus parentibus ortum in comperto est.* [I] *Et ex Græcia originem trahere aliquæ coniecturæ non minimæ urgent.* [K]

Num. 1. (A Hierotheus) Hoc nomen haud generis, sed dignitatis, & officij esse demonstratur: nam Hierotheus, apud Græcos, hoc importat, *Deo sacratus*, vel *Sacer Deus*: *Hieros*, est, Sacer, & *Theos*, Deus, & ideo Divinum nominant, quia eius doctrina, & admirabilis vita, potius Divina, quam humana noscebatur, ita eius discipulus Sanctus Dionysius Areopagita, hoc nomẽ interpretatur in Libro suo de Divinis Nominibus, c. 3. cũ dicat: *Explicãtes ea, quæ ab illo vero Hierotheo*, id est, *Sacro quodam Deo perspicatia compendiosa sunt tradita*; ita etiam interpretãtur Marsilius Ficinius, Simeon Metaphrastes, & alij Græci.

Num. 2. (B Macer) Hoc fuisse Divini Hierothei prænomen affirmat Luitprandus in Adversarijs, *num.* 236, quem sequitur D. Ioannes Tamaius

Anno A Creatione Mundi 5191.

Salazar, tomo 5. Martyrologij Hispani, die 4. mensis Octobris, fol. 400. & 402. Alij licet perperam *Sacer* pro *Macer*, legendum putant, typis errorem existimãtes, falluntur sanè, quia, *Sacer* nomen, non est stirpis, & generis, sed excellẽtiæ, & virtutis, hocquè iam Græco nomini inhibitum habebat Hierotheus, cum *Sacer Deus* interpretetur, frustra igitur duplicato nomine hæc excellentia demonstrari debebat, vnde *Macer* recte, non *Sacer* nominandus venit, vt superius Authores allegati tenent, & defendunt.

Num. 3. Ignotum haud est *Macri* nomen, apud Martialem celeberrimum Poetam sic aliquibus in locis memoria habetur (sed non audemus affirmare cum Macro Hierotheo nostro, tamquam Præside Hispaniæ Tarraconensis (vt aliqui existimant) locutum fuisse; ita lib. 10. Epigram. 78. ad Marum.

Ibis littoreas Macer Salonas,
Ibit rara fides, amorque recti.

Et infra.

Nos celtas Macer, & truces Iberos.
Cum desiderio hic petemus.

Et libr. 2. Epigram. 99. ad Bætim, agens de eius successore Instantio.

Non ignorat onus, quod sit succedere Macro,
Qui sua metitur pondera, ferre potest.

Loquitur ibi de Celtiberis populis Hispaniç Tarraconensis, vbi ad Salonis confluentẽ Bilbilis est, quæ Martialis erat patria, nũc dicta Calatayud in Regno Aragoniæ, ad quam ipse properabat, sed Macer præveniebat.

Num. 4. In Cathaloniæ Regno Macros nomine in antiquo aliquos fuisse, non latet, ex hoc qui Ampuritatum Hierotheum Luitprandus credidit (vt supra notabimus) Originẽ huius nominis a Ma-

Anno A Creatione Mundi 5U191.

cronia Provincia asciscere creditur, vnde dicti sunt eius habitatores Macrones. Est autem Macronia confinis Paflagoniæ vt testatur Iosephus, Libro 1. cõtra Apionem Grammaticum. Est Iberiæ Orientalis terra, limitat Albanis iuxta Plinij sententiam Lib. 6. c. 10. & omnes Asiç Setẽtrionales Provinciæ sunt, vbi sunt Paflagones, Temysciti, Iberi, & Macrones.

Num. 5. (C 34.) Iuxta temporum securiorem calculationem, Hierotheum anno Christi nati 75. cũ esset ætatis 83. annorum, obiisse creditur, vt postea suis in annis demõstrabimus, vnde anno 34. Imperij Octaviani Augusti, octavo ante Christi Domini Nativitatem natus noscitur, & describitur.

Num. 6. (D Dicitur) Varie in varijs invenimus circa ortum patrium Sancti Hierothei assignata indicia. Ex Hispania multi originem duxisse credunt, multis in locis eam præfigentes (vt postea dicemus) Ali, Athenas in Græcia fuisse indabie credunt. In hac varietate, & oppinionum conflictu, quid securius sentiendum veniat, non facile erit stabilire; cum ex vna parte patriæ amor, ne debito sibi honore spoliare eam videamur, nimis vrgeat, vt atente eius ius dicamus; & ex alia, ne defectu laboris, veritatem dubiam relinquamus, cum ad eam assequẽdam assumptum munus cõpellat, scopumquè operis fuisse facile intelligatur: Ideo ne nobis, vel affectus, vel in curiæ ratione recti metas nõ attigisse exprobetur, haud minimum impendimus laborem, vt ex Menologijs, Menæis, Kalẽdarijs, & Scriptoribus Græcis, quid de hoc Hierothei natali scriptũ reliquere; ad nostram devenisset notionem, satis in hoc, vel non parum, elaboravimus, & Græcis ex scriptis diem, nec locum præfixum hujus Hierothei nativitatis

Anno A Creatione Mundi 5191.

invenimus, sed Græciæ fuisse tanquam nimis certam supponi. Et quia Græci, & Hispani Scriptores, tanquam pro suo contendentes honore patrio, suspecti aliquatenus reddantur, non solum ad eos, sed ad alios, qui hac minimè possent suspitione notari, recurrimus, inter quos etiam pro vtraque parte Authores invenimus, scilicet Patrē Petrum Alloix Leodiensem è Societate Iesu de Illustribus Ecclesiæ Orientalis Scriptoribus per agentem, & Patrem Hippolytum Marracium Lucensem è Congregatione Clericorum Regularium Matris Dei, de Hierotheo diversis in locis suorum Marianorum operum differentem. Quorum primus Græcum existimat, & defendit. Secundus, Hispanum indicat; sed cum postea de illis, qui Hispanum Hierotheum dicunt pertractare necesse sit, nunc agamus de illis qui contrariam sequuntur sententiam, Græcumquè fuisse defensant.

Num. 7. Græcum fuisse prædictus Pater Alloix Tom. 1. illustrium Orientalis Ecclesiæ Scriptorum in vita Sancti Hierothei, cap. 1. fol. mihi 602. nervose defendit, ita ait: *Fuit porrò Hierotheus natione Græcus, Civitate Atheniensis.* Postea in Notationibus ad vitam, fol. 621. movet quæstionem. Cuius Hierotheus? Hispanus ne? An Atheniensis? Et pro vtraque parte argumenta proponit, & diluit, sed pro illa, qua defenditur, Græcum fuisse, stat; hancquè de patria Sancti Hierothei sententiam ellicit, & veram fuisse dicit: *Natus est Hierotheus Athenis in Græcia.* In eamque antea venisse sententiam Patrem Ioannem Marianam eiusdem Societatis suadere videtur, quādo Libro 6. de Rebus Hispaniæ, cap. 3. dixit: *Sunt qui Hierotheum cognomento Divinum Dionysij Areopagitæ Magistrum scribant ex Hispania (vbi rempublicam*

mo-

Anno A Creatione Mundi 5091.

moderabatur, rebus gerendis præfectus, idoneusque) à Paulo Apostolo deductum peregrinationis comitem. Quam opinionē refellunt alij, Athenis natum confirmantes magnorum virorum authoritate.

Num. 8. Pro hac sua sententia Pater Alloix hoc dilemma facit. Hierotheus vnus fuit ex numero Areopagitarum Iudicum, vti Menologia, & Menæa Græca testantur; sed ad Magistratum illum, solum Athenis orti ascendebant; ergo Hierotheus non Hispanus, sed Græcus erat.

Num. 9. Ex vocabulo etiam argumentum desumit, nā cum Hierotheus Græcum nomen sit, eum tanquam Græcum haberi, & ab omnibus vt talem teneri dicit.

Num. 10. Contraria pars (scilicet quod sit Hispanus Hierotheus) non solum ex Hispanicis Scriptoribus, sed ex exteris etiam probatur. In primis author non infimæ notæ (immò inter Hispanos Scriptores facilè princeps) Lucius Flavius Dexter in suo Omnimodę Historiæ Chronicone ad annū Christi Domini 71. num. 3. hoc asseveranter affirmat, ibi: *Sanctus Hierotheus natione Hispanus, quem à Paulo conversum, discipuli sui Dionysij gloria clarum fecit, ad Hispanias se contulit, prius Episcopus Atheniēsis, post Secoviæ in Arevacis Episcopus sanctitate mirandus habetur.* Vndè eius commentator Pater Franciscus Vivarius Ordinis Cisterciēsis, Comment. 3. fol. 168. communi Hispanorum Authorum calculo receptum esse, id quod Dexter ait, in Hispania Hierotheum natum fuisse, concludit. Pro hac Dextri, & Vivarij eius enucleatoris, assertionis veritate, est plena Authorum manus ita credētium. Sequitur Dextrum Iulianus Petrus in Epistola ad Albertum Abbatem Furnensem, quæ in principio Chronici

Anno A Creatione Mundi 5191.

ſui, exarata videtur, Hierotheum genere Hiſpanum faciens, ibi: *Mittatis ad nos ex veſtra refertiſsima Bibliotheca vitam Sancti Hierothei, Divini Sancti Pauli diſcipuli, gente Hiſpani.* Aulus Hallus, Poeta celeberrimus, natione Gallus, poſtea Toletanus Civis, in Sepulcharali carmine Sancti Hierothei Epiſcopi Secovienſis, ita in Diſtich. 1. eius genus, natalem, & nomen canit.

Ex genere Hiſpanus naſcens, fuit Aſtigij vrna:
Aſt Hierotheus ſic mihi nomen ineſt.

Non tacet ſedes, Athenienſem, & Secovienſem iſtius ſancti quando paucis interpoſitis ſic proſequitur.

Antiſtes gregem paſcens, en lumine plenus,
In patriam repedans, lucis abyſſu fruor;
Chriſtum demonſtrans, tua priſca, Secovia, cerno
Mænia; tuncque tui Præſulis onus amo.

Secuntur prædictos tres Authores quam plures alij. Luitprandus in Adverſarijs, num. 236. Gregorius Lopez Madera de Reliquijs Montis Sancti Granatenſis, cap. 14. fol. 44. Rodericus Carus in Notis ad Chroniconem Flavij Dextri anno 71. litt. M. fol. 42. D. Thomas Tamaius à Vargas in ſuo Flavio defenſo. Ægidius Gonzalez de Avila Chronographus Regius in Theatro Eccleſiaſtico, Tom. 1. fol. 532. Magiſter Aloyſus Sancius de Rebus Hiſpaniæ Anacephaleoſis, libr. 2. cap. 2. Pater Antonius Quintanadueñas è Societate Ieſu, Sanctorum Hiſpalenſium, fol. 245. Frater Petrus Lopez de Altuna, Ordinis Sanctiſsimæ Trinitatis in Annalibus ſui Ordinis, 1. part. cap. 32. fol. 125. Frater Marcus Antonius Alegre &

Ca-

Anno A Creatione Mundi 5191.

Casanate, Ordinis Carmelitarum in suo Libro Paradysi Carmelitici decoris, statu 2. ætate 2. cap. 6. anno Christi 55. D. Martinus à Ximena in Cathalogo Episcoporum Giennensium, fol. 20. Didacus Colmenares in Historia Secoviense, cap. 4. §. 9. fol. 31. D. Martinus Carrillus, Annaliũ, anno Christi 74. fol. 77. D. Franciscus Padilla in Historia Ecclesiastica, Tom. 1. cẽtur. 1. cap. 22. fol. 51. Pater Truxillus, Tom. 2. Thesauri Concionatorum in vita Sancti Pauli. Pater Gaspar Sancius Societatis Iesu de Adventu Pauli ad Hispanias, fol. 251. Pater Thomas Masutius in vita Sancti Pauli, libro 6. cap. 10. fol. 328. & libro 13. cap. 7. fol. 764. Pater Ioannes Bonifacius Societatis Iesu in Historia Virginali, libro 2. cap. 13. Pater Martinus à Roa in eadem Societate in Historia Astigitana, libro 2. cap. 4. fol. 75. D. Ioannes Tamaius Salazar in Martyrologio Hispano, Tom. 5. die 4. mensis Octobris, fol. 398. & Tom. 4. die 16. mensis Iulij, fol. 145. Pater Hippolytus Marracius Lucensis è Congregatione Clericorum Regularium Matris Dei, in Bibliotheca, Mariana, 1. part. fol. 594. & in Libro, cui titulus, Antistites Mariani, litt. H. §. 24. fol. 271. & in Notis ad Mariale Isidori Archiepiscopi Thessalonicensis, num. 10. fol. 237. D. Christophorus à Moya & Monguia, Canonicus Secovi nsis in suo M. S. de vita Sancti Hierothei, cap. 1. Pater Magister Didacus à Silva & Pacheco, Ordinis Sancti Benedicti, in Historia Sanctuarij Deiparæ Virginis Mariæ de Valvanera, 1. part. fol. 7. Frater Thomas Bravo de Mendoza, Ordinis Cisterciensis, & Abbas Cœnobij Sandovallensis in Descriptione inventionis capitis Sancti Hierothei in prædicto Monasterio, §. 6. fol. 15. ita de eius natalio loquitur: *Que en aver sido*

Anno A Craetio ne Mundi 5U191.

Num. 11.

Español San Hierotheo, solo podrà dudar el que diere mas credito a su antojo sin fundamento, que al testimonio possitivo de muchos, y graves Autores que lo afirman. Eiusdem censuræ sunt multi alij.

Asseveratur etiam ex Interpretibus Græcis operum Sancti Dionysij Areopagitæ constare Hierotheum fuisse Hispanum, ita tenent Ambrosius à Morales, lib. 9. Historiæ Hispaniæ, cap. 12. & Alphonsus à Villegas in Flore Sanctorum, tom. 1. fol. 398. qui Hispanico nostro Idiomate, hæc ait: *Los Autores Griegos, que escrivieron Comentarios sobre los Libros de San Dionysio Areopagita, confiessan, que el Divino Hierotheo, a quien el mismo San Dionysio llama su Maestro, y se precia de aver sido su discipulo, fue Español de Nacion.* Hoc idem affirmant Gregorius Lopez Madera de Reliquijs Montis Sancti Granatensis, cap. 32. fol. 133. & D. Thomas Tamaius à Vargas in Veritate Dextri, fol. 91. ibi: *Maximo, y los demas Comentadores de San Dionysio distintamente hazen al uno Español, y al otro Atheniēse, mas no dizen la razon q̄ le moviò a ir a Athenas, que sin duda no pudo ser otra, que la de aprēder en aquel Teatro de la Sabiduria.* Sed nos cum Patre Martino à Roa in sua Astigitana Historia, lib. 2. cap. 4. fol. 75. & Patre Petro Alloix in Notationibus ad cap. 1. vitæ Sancti Hierothei in responsione ad 2. argumentum, tom. 1. illustrium Orientalis Ecclesiæ Scriptorum, fol. 622. & cum alijs eiusdem sententiæ Authoribus, quo ad hoc dicere valemus, adhuc in perlectis Interpretibus operum Sancti Dionysij Areopagitæ tale haud invenisse. Miramur sane quod etiam hos Commentatores Græcos operum S. Dionysij, qui de Hispanico Hierothei natali loquuntur latuisse

pos-

Anno A Creatione Mundi 5191.

posse Patri Petro Alloix, qui in conscribendis Orientalis Ecclesiæ Sanctorum vitis, & actis, præcipuè S. Dionysij Areopagitę, tot volumina Græca M.S. & prælo excussa, originalia, & trasumpta devoluit, legit, studuit, & ruminavit, & post suos in hoc opere adamussim expensos magnos labores, nihil inveniens intrepidè hoc affirmantibus dicat: *Vanum esse iactare, quod probare non possint*; & quod, *si aliquis esset proderetur in lucem.* Existimans nullum fore, nec inveniri: audiantur istius Authoris ipsissima verba: *Ad 2. quod de Græcis Commentatoribus Sancti Dionysij affertur, dico nimis vanum esse id iactare, quod probare non possis. Duo sunt Græci Commentatores Sancti Dionysij, Sãctus Maximus, & Georgius Pachymeres; neuter de Hierotheo verbum. Siquis alius lateat, prodatur in lucem, aut verba saltem non suspecta proferantur, sed nulla omnino adhuc prolata sunt; nec, si fuissent, ea tacuisset insignis Francisci Vivarij pro tuendo Dextro diligentia.*

Num. 12. Magna sanè est põderatio Patris Petri Alloix, cui non facilè satisfiet, nisi exhibeantur Authores contrarium tenentes; sed dato, quod Græci hanc Hierothei Hispanicam cõfiteantur originem (vt à multis pro certo affirmatur) quid mirũ, vt eam amplectantur Hispani, credibile revera est, quod si Orientales prędictum Hierothei ortum in Hispania non novissent, cumquè firmum, & verum haberent, non Hispanum, sed Græcum dixissent, nec facilè honorem suæ Patriæ exteris nationibus concederent; sed quod veritatis pondere ducti eam fuerunt fassi, dum de nostro loquuti sunt Hierotheo. Et quidquid de istis sit, non sunt contemnendi tot Hispanici Authores, qui omnes (quorum multi maximi rerum vetustatum inda-

Anno A Creatione Mundi 5U191.

gatores fuère) haud ita affirmatiuè dixissent ex Græcis Sancti Dionysij Areopagitæ operum Cōmentatoribus constasse Hierotheum Hispanum fuisse, si haud fundamento magno, & visis illis, indubiè scirent, nec plena ideò Scriptorum Hispanorum manus, ex quibus hæc veritas ita manifesta refulget, enervata, & destructa remaneret, immò tantas vires quotidiè assumpsit, vt ausus esset dicere D. Ioannes Tamaius Salazar in dicto suo Martyrologio Hispano, Tom. 5. die 4 mensis Octobris, fol. 402. versic. secundum: *Quod si olim de hoc aliqui dubitassent, iam non erat huic controversia locus.* Sedat etiam animos illorum qui de affirmativa sententia dubitant D. Thomas Tamaius à Vargas in Veritate Dextri, Novit. 3. fol. 89. credens, Interpretes Sancti Dionysij constanter tenuisse Hierotheum Hispanum fuisse, ita loquitur: *Los Interpretes Griegos de San Dionysio Areopagita, constantemente asseveran, aver sido Español, gloria, que si pudieran atribuir a su Nacion, no la repartieran con nosotros; con que los que entre los nuestros lo dificultan, devieran quietarse.*

Num. 13. Non sufficit Tamaij monitio, si nō adest mentis cessatio; quid interest, quod ita affirmativè asserant Interpretes Dionysij Areopagitæ Hispanum fateri Hierotheum, si haud eos vidit, vel illi talia non dixerunt? Clarior apparet hæc veritas lectis operibus prædicti D. Thomę Tamaij à Vargas, & Patris Petri Alloix de hoc ipso agentibus: primus in Veritate Dextri, Novitat. 4. fol. 91. ait: *Maximo, y los demas Comentadores de Sā Dionysio, distintamente hazen al vno Español, y al otro Atheniense.* (Loquitur de Dionysio, & Hierotheo) scripsit hic Author prædictum Defensoriū, anno 1624. At Pater Petrus Alloix, qui anno

Anno A Creatione Mundi 5191.

1633. duos Libros de Illustribus Ecclesiæ Orientalis Scriptoribus in lucem edidit, in Tomo 1. in vita Sancti Hierothei, in Notationibus ad Caput 1. fol. 622. contrarium affirmat, duosque dicit fuisse tantum Dionysij Areopagitæ Commentatores, scilicet, prædictum Sanctum Maximum (quē pro sua sententia adducit Vargas) & Georgium Pachimerem, neminemquè ex eis tale dixisse decernit, sunt eius verba: *Duo sunt Græci Commētatores Sancti Dionysij, S. Maximus, & Georgius Pachimeres, neuter de Hierotheo Hispano verbum.* Non ne videtur, quam patens sit Authorum error? Quanta cæcitas vt pro firmis, certis, dubias ad minus res (si haud falsas dicamus) proponant, & offendiculum præbeant vt alij in errorem labantur, falsum pro certo tenentes? Non sola citatione, vel allegatione probatio perficitur, nam probare oportet, nec sufficit dicere iuxta glossam receptam, verbo, dicatur, in l. 1. in principio, ff. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur; nec referenti credatur, nisi constet de relato, iuxta l. Asse toto, Authent. siquis, C. de edendo, l. si ita scripsero, ff. de Conditionibus, & demonstrationibus, l. ait Prætor, §. 1. ff. de Re iudicata, cum alijs multis.

Num. 14. Iuxta quæ nos (omissis Græcorum sententijs de hoc Hispanico Hierothei natali affirmātibus) ex Hispanorum Authorum sensu in hac parte recedere non audemus, cum illis adhærere multa suadeant, & compellant. *Primò*: Tanta Scriptorum copia, quibus veritatis præsumptio favet, à quibus se iungere se nisi manifesta, & concludēdenti contrariæ opinionis probatione, periculosum, & minus tutum erat. *Secundò*: Taciturnitas, vel ignorantia Græcorum nullibi natalitium Hierothei designantium, nec de tempore, locum

Anno A Creatione Mundi 5U'91.

parentibus, alijsquè circa eius natalem, & cognationē notitijs aliquid indicentibus; vndè (haud exigua suspicio nascitur) apud suos Hierotheum natum non fuisse, sed aliundè originem trahere; & cum in Hispania nostra traditio ita constans; immemorialis, & ab omnibus recepta tāto tempore invaluit, vt multæ Civitates decertent pro cive suo Hierotheo, hinc indè naturalitatis privilegio potiri creditur. *Tertiò* Profectus in Evāgelij prædicatione in hæc Hispaniarum Regna, exploratus fuit Divo Paulo; quando Hierotheo tanquam Hispano, prius quam alijs ex Discipulis suis adventum ad Hispaniam; relicta prima sua Atheniensi Ecclesia, permisit, sociumquè sibi, & coadiutorem in prædicatione copulavit, posteaquè Episcopum Secoviæ reliquit. Quæ omnia, aliaquè, Hierothei in Hispania originem plusquam verosimilem indicant, & demonstrant.

Num. 15. Sed re atente perspecta, non à veritate deviare credimus alios, qui vt ambas amplectātur sententias, & in concordiam redigant; distinctione vtantur, affirmentquè, Hierotheum Hispanum extitisse nativitate, sed origine Græcum fuisse, suam haud contemnendis principijs, & coniectu tis sententiam adstruentes, de qua infra num. 23. lit. K. agemus, posteaquè, argumentis à Patre Petro Alloix adductis pro opinione sua, respondetur, num. 24. & 25.

Num. 16. (E Emporitani) Luitprandus Ticinensis in Adversaris, num. 236. Hierotheum Ampuritanū iudicat, sic de eo loquitur: *Macer Hierotheus Ampuritanus olim, sub Imperatore Tiberio Tarraconensis Gubernator, perrexit anno 45. Cyprū, vbi Paulum audiens conversus est ad fidem, & eum sequutus est.* In primis perperam Ampuritanus in Luitprandi textu scribitur, sed Emporitanus,

Anno A Creatione Mundi 5191.

nus, nam secundum Ptolomeum Emporiæ vrbs est in Hispania citeriori, vulgo, Empurias, quæ hodie in Principatu Cathaloniæ sita videtur, hæc à Græcis condita fuit, & adhuc invenitur vetus in marmore inscriptio (quam Ambrosius Morales in antiquitate Hispaniæ, Villadamor, & Puxades, Libro 3. Historiæ Cathaluniæ, Cap. 85. afferunt) quæ hoc idem probat: eius sunt verba: *Emporitani populi Graci, hoc Templum Dianæ Ephesiæ eo Saculo condidere, qui, nec relicta Gracorum lingua, nec idiomate Patriæ Iberæ recepto, in mores in linguam, in iura, in ditionem cesse è Romanam M. Cetefo, & L. Apronio Conss.* Pater Ioannes à Ponte in suo Libro, *Conveniencia de las dos Monarquias*, Libro 3. Cap. 4. §. 4. fol. 30. cum Strabone probat, Emporias, Græcorũ Coloniam fuisse, ibi: *Tambien dize Estrabon, que, Empurias en Cataluña, fue Colonia de Griegos.*

Num. 17. Alijs rationibus, & argumentis non immerito, vel errorem passum Luitprandum, vel ementitam esse, & suppositiam authoritatem affirmat D. Ioannes Tamaius Salazar in suo Martyrologio Hispano, Tomo 5. die 4. mensis Octobris, fol. 402. versic. Nec his obstat: Imò pro certo tenet corrigendum dictum Luitprandi locum, quia ex ipsa relatione colligitur, ibidem versase confusionem non minimam inter Philotheum, & Hierotheum; & cum inciperet loqui de isto, postea divertitur ad illum; sicque censet in originali esse locum corruptissimum, idemque existimasse D. Laurentium Ramirez de Prado in Notis marginalibus ad hunc Luitprandi sextum, fol. 498. ideo vt abundans verbum illud, *Ampuritanus*, in Luitprandi loco, tollendum fore autumat, ibiquè, *Astigitanus*, legendum, & in editis pro-

cul-

Anno A Creatione Mundi 5891.

culdubio mendose scribi. Cui sententiæ adhærēdum maxime duo compellunt. *Primum*: Quia in consignatione huius originis Amporitani Hierothei, singularis, & vnicus est Luitprandus: Et quamvis, propter eius antiquitatem, & censuræ gravitatem, tantam apud omnes eius testimonia assequuta sint authoritatem, hic Adversariorum locus contra se multorum aliorum Scriptorum sententias habet, quæ maximè vrgent, vt alium fuisse natalem Hierothei (quam Amporitanum) credamus. *Secundum*: Quia ex contextu eiusdem authoritatis colligitur, & videtur, nunc de Philotheo, nunc de Hierotheo loqui: & vni, quod ad alterum pertinet, tribui; vndè corruptionis magna laborat suspicione, & cum de Philotheo dicatur, quod Hispaniæ Ethnicus gubernasset, quod Laminij (vulgo Montiel) fecisse ab omnibus, qui de eius vita, & conversione ad fidem agunt, comprobetur: Hoc Hierotheo Luitprandus in hoc loco accomodat, & præter eius sententiam, nulla alia invenitur, quę suffragetur eius opinioni. Philotheus autem ab Apostolo Paulo, dum Hispaniā prædicatione Evangelij collustrabat, conversus dicitur in vrbe Laminij, eius erat Philippus nomen, & Philothus prænomen; ita Iulianus Petrus Archipresbyter Toletanus in Chronicone anno 93. num. 27. fol. 16. expressè notat, hac verborū serie: *Philippus, cognomento Philotheus, quē Laminij in Hispania convertit Sanctus Paulus, eiusque reditum Romam comitatus est, à Sancto Clemente Papa Legatus Sedis Apostolicæ mittitur in Hispaniam, prædicat Toleti sedem inquam totius Hispaniæ Primatem, iam ibi collocatam, confirmat totam Carpetaniam, & maiorem Hispaniæ partem visitat, nec multo post quiescit in pace, moriturque Laminij, & ibidem honorifice sepe-*

li-

Anno A Creatione Mundi 5191.

litur, celebraturque 11. *Kalendas Novembris.* Fusius Sâctus Braulio Episcopus Cæsaraugustanus in Additionibus Chronici Maximi, numero 9.folio 7.gubernationem in Hispania; conversionem,& acta Philothei depingit,dum ait· *Memoria celebris habetur in Gallia, & in Hispania Sancti Philippi, quem præmisit Sanctus Clemens ante Eugenium in Hispanias, & Gallias. Venit Rothomagum cum Leone Episcopo Rothomagense, posteà vero Vasconense, & Gervasio prædicat in Gallia,Cantabria,Vasconibus,& per Hispanias. Dictus est cognomento Philotheus, qui Provinciam Arevacum sub Nerone Ethnicus in Hispania gubernavit. Hic Sanctus Philippus,qui Diaconus erat, comesque Leonis, reversus Romam, adhuc vivente Petro, anno* 67. *interfuit eius, Pauli qui martyrio. Sequutus est Clementem vt Magistrum, ab illo effectus est Episcopus, & postea missus est Legatus in Hispaniam.* Hæc Braulio. Agunt latè de hoc Sancto Philippo Philotheo cõverso à Beato Paulo Apostolo in Civitate Laminij in Hispania, cum ibi Gubernatoris munere fungeretur; ibique postea Episcopus vltimum clausisset diem, Hieronymus Romanus in Republica Christiana, Libro 1. Cap.3. D. Franciscus Padilla in Historia Ecclesiastica,Tom. 1. Centur. 1.Cap.26. Pater Ioannes Mariana Societatis Iesu in Historia Hispanica,Libr.1.Cap.4. D.Ioannes Tamaius Salazar in Martyrologio Hispano, Tom.5.die 22.mensis Octobris,fol.610.D.Petrus à Roxas Comes Morensis in Historia Toletana, 1.Part. Lib. 4. Cap. 23.fol.338. & Cap. 26. fol. 350. Illustrissimus Dominus D. Didacus Castejon & Fonseca nostræ olim Turiasonensis Ecclesiæ meritissimus Præsul de Primatu Toletanæ Ecclesiæ, 1.Parte,

Cap.7.fol.73. Vndè non miramur perperā Ambrosium Morales in Historia Hispanica, Libr.9. Cap.12.pro Philotheo scripsisse, & intellexisse Hierotheum, quando hic Luitprandus è converso, Hierotheum intelligit Philotheum, & ansam alijs præbeant, vt in errorem labantur circa amborum quidditatē, & personarum diversitatem; nam licèt paucis syllabis eorum nomina discrepent, imò quandā in se in pronuntiatione, quoad aures contineant harmoniam, diversa sanè in veritate, & realitate inveniuntur.

(F Vrgabonenses) Vrgabo, vrbs antiqua in Bœtica Hispaniæ inter Bætim fluvium, & Occeanum sita, teste Plinio, Lib 3. Cap. 1. De eius antiquitate agit Ambrosius à Morales in Historia Hispanica, Libr.9. Cap.31. verbo, Mentesa; & prosequuntur Alderete in Phænomen, Capit.1. Franciscus Rus Puerta, in Historia Giennensi, Capit.6. numer.1. qui omnes asserunt hodie dici *Arjona*, in Diœcesi Giennensi. Alij perperàm, *Aurigiam* nominant; quare Chronographus Regius D. Thomas Tamaius à Vargas in Notis ad Chroniconem Luitprandi verbo Andream, fol. 156. defendit, *Aurigiam* nunquā *Arjonam* fuisse, hocquè satis coincitur ex huius Civitatis propio, & genuino nomine Latinitati dato, & ab omnibus generaliter recepto, vt videre est apud Flavium Dextrum in Chronicone anno Christi 308. numer.4. de Sanctis Bonoso, & Maximino Martyribus ita loquentem: *Vrgabonæ in Bætica sub Præside Daciano Bonosus, & Maximus Martyres*: vbi in Commētarijs Bivarius, Comm. 1. num.4. verbo, Martyres, nomen Civitatis explicat dicens: *Vrgabonæ, nunc Arjona dicitur.* Idem habet Martyrologium Hispanum D. Ioannis Tamaij Salazar die 21. mensis Augusti, To-

Anno A Creatione Mundi 5191.

mo 4. fol. 528. In quo agitur de prædictis Sanctis Bonoso, & Maximino Martyribus Vrgabonensibus; & Scriptores hac decurrunt intelligentia, ita dictus Pater Bivarius in sua pro Sanctis Vrgabonensibus Apologia, §. 1. dictus Bernardus Aldrete in Phænomen Sanctorum Vrgabonensium Martyrum, Cap. 20. fol. 55. Pater Bernardinus Villegas Societatis Iesu in Memoriali Sanctorum Vrgabonensium, 2. Part. §. 6. Pater Hieronymus Pancorvo, Disquisit. SS. Martyrum Vrgabonensium, num. 12. D. Antonius Calderon in Apolog. pro SS. Vrgabonensibus, Lib. 2. Cap. 6. 7. & seqq. & quam plurimi alij.

Num. 19. Ex hac Civitate Vrgabonense Divum Hierotheum fuisse, ibiquè natum defendit D. Martinus à Ximena in Cathalogo Episcoporum Giennensium, fol. 20. *Por este tiempo* (inquit) *floreciò en exemplo, y doctrina de santidad el Divino Hierotheo, natural de la Villa de Arjona, que dista dos leguas de Andujar a el medio dia. Fue en el Areopago, y Escuelas de Athenas Maestro de San Dionysio Areopagita, y despues Discipulo de el Apostol San Pablo, Obispo de Athenas, y vltimamente de Segovia en España.* Sequitur Pater Franciscus Bilches Societatis Iesu, in suo Libro, *Santos, y Santuarios del Obispado de Iaen y Baeza*, Cap. 10. fol. 21. *Aunque Arjona* (inquit) *Villa principal del Obispado de Iaen puede ostentar con justo titulo (como adelante se verà) muchas glorias suyas, tengo por la mayor (segun las informaciones autenticas que he visto) ser madre verdadera del Glorioso San Hierotheo, cuyas virtudes, y letras admirables, ò por mejor dezir, celestiales, le grangearon el nombre de Divino, è hizieron grã de entre los Varones Apostolicos de la Primitiva Iglesia.* Et infra: *Naciò, pues, en Arjona Hiero*

Anno A Creatione Mundi 5191.

theo (no se sabe puntualmente el año) mas si, que fue vezino al felicissimo en que Dios se hizo hõbre. Est traditio Vrgabonæ, quod cum Hierotheus in prædicatione Evangelij Bæticam fere omnem atabijt, Vrgabonam visitasse, & omnes eius accolas ad fidem convertisse, instruxisse, & solidasse. Huius facti adhuc dicitur extasse memoriam, traditionemquè constantem haberi; ita vt quandam Episcopi effigiem in Arce, marmore exculptam Divini Hierothei vnanimiter fuisse dicant, & credant; vndè cum Ecclesiæ Giennensi (cuius in Diœcesi Vrgabo sita videtur) Eminentissimus Cardinalis D. D. Baltasar Moscoso & Sãdoval (postea meritissimus Toletanus Præsul) præfuisset, recepta istius traditionis probatione ab Apostolica Sede, vt de Sancto Hierotheo (Vrgabonæ Diœcesis suæ) officium fieret, impetravit, vt hodie observari quotannis dicitur.

Num. 20. (G Astigitani) Celebris est in Bætica Astigitana Civitas (vulgo Ecija) nobilitate florẽs, fructibus abundans, & celebrior Sanctorum natalibus, illamque illustriorem reddunt Hierotheus, & Crispinus Sanctissimi Presules, quos, tanquam Cives suos, incolę Astigitani venerãtur. De Crispino agit Martyrologium Romanum die 19. mẽsis Novembris, vbi Baronius in Notis, litt. E. *In Civitate Astiagensi Beati Crispini Episcopi, qui, capite amputato, martyrij gloriam adeptus est.* De eo etiam memorantur Lucius Flavius Dexter in Chronicone anno 66. & Bivarius eius commentator, Comment. 2. num. 5. fol. 130. D. Ioannes Tamaius Salazar in Martyrologio Hispano, Tomo 6. die 19. Novembris, fol. 221. Pater Martinus à Roa, Societatis Iesu, in Historia Astigitana, Lib. 2. Cap. 3. fol. 68. Pater Antonius Quintanadueñas, Historia Sanctorum Hispalensium, fol.

240.

Anno A Creatione Mundi 5U191.

240. D. Paulus Espinosa, Historiæ Hispalensis, Lib. 2. Cap. 3. Rodericus Caro in Dextrum, fol. 33. litt. R. cum multis alijs. De Hierotheo, & de eius Astigitano origine, & natali agit in primis pervetustus, & celebris Poeta Aulus Hallus in Sepulcrali Carmine Hierothei in 1. Disticho; vti num. 10. ad litteram retulimus: D. Ioannes Tamaius Salazar in Martyrologio Hispano, Tomo 5. die 4. mensis Octobris, fol. 398. in vita Sancti Hierothei eamquè enarrandam incipit, his verbis: *Secoviæ in Arevacis Hispaniæ S. Hierothei, ipsius vrbis Episcopi, qui, cum ex vrbe Astigi in Bætica Egica erat oriundus proficisceretur Athenas, ad discendi desiderio compulsus, ibidē ad doctrinæ prophanæ specimen, nullo cōtradictore pervenit, &c.* Hæc sunt in illa summaria, & brevi loqua clausula, quæ apponitur in principio cuiusvis vitæ pro rubrica; & cum de eius actis agit, & vitam describit, fol. 400. de hoc S. Hierothei Astigitano ortu sic ait: *Macer Hierotheus Natione Hispanus, ex Astigitana Bætica antiquissima Civitate Oriundus, primos infantiæ, & iuventutis annos in patria honestis disciplinis deditus, transegit, &c.* Tertio de hoc Astigitano origine in Hierotheo loquitur, Tomo 4. die 16. mensis Iulij, fol. 145. in Cathalogo Episcoporum Sanctæ Ecclesiæ Secoviēsis, vbi primum Episcopum designat Hierotheum, his verbis: *Sanctus Hierotheus (huius nominis vnicus) Episcopus Secoviēsis primus, Natione Hispanus, ex vrbe Astigitana Oriundus, Dionysij Areopagitæ Magister, S. Pauli in Fide discipulus, Episcopus Athenensis, post Secoviensis in Arevacis Hispaniæ, sanctitate mirabilis, cuius memoria ad annum 71.* Adducit etiam aliquos Authores in Tomo 5. die 4. Octobris, fol. 402. versic. Tertium. Hunc Astigitanum

Anno A Creatione Mundi 5U191.

natalem Divi Hierothei confirmantes, nempè D. Iacobum Valdesium de Præstantia Regũ Hispaniæ, Lib. 1. Cap. finali, Fratrem Ioannem Marietam in Tipographia Sanctorum Hispanorum, verbo, Ecija, Lib. 22. fol. 22. D. Paulum de Espinosa in Historia Hispalensi, Lib. 2. Cap. 4. Patrẽ Antonium Quintanadueñas, Historiæ Hispalensis, fol. 243. & Libro, *Sanctos de Toledo, Siglo 2. de la Ley de Gracia, vida de S. Eugenio*, §. 2. fol. 166. Quibus addendi Pater Martinus à Roa è Societate Iesu, Libr. de Astigitana Civitate, & de eius Sanctis, Lib. 2. Cap. 4. fol. 77. & 78. Frater Marcus Antonius Alegre Casanate Carmelitici Ordinis in suo Paradysi Carmelitici decoris Libro Statu 2. Ætate 2. Cap. 6. anno Christi 55. Marchio Estepensis in vita Sancti Hierothei, §. 2.

Num. 21. (H Credat) Pater Franciscus Vivarius, Ordinis Cistercienſis, in suo de Monacatu Apostolico, Libro 2. Cap. 9. num. 3. Hierotheum Secovia Oriundum iudicat: *Porrò* (inquit) *Hierotheus, quem alij Pauli auditorem credunt, coadiutorem potius fuisse, & Iesu discipulum, non levibus coniecturis ducti remur. namque unde à solo Paulo, ut Dionysius ipse, conversus Athenis ut ille ortus (licet Secovia Oriundus) poterat ante Dionysium sic in Theologicis facultatibus excoli, ut eius praceptor fieret? &c.* Ita credit iste Author, sed quamvis eius dictum favorabile satis sit Secoviensibus, ut Hierotheo, non solum eorũ Patre, & Episcopo, sed Cive suo gloriari debeãt, inermis est huius Scriptoris sententia, nulla alia, vel authoritatis, vel argumenti munita vi reperitur, quare singularitate laborans, credulitate forsam carebit.

Num. 22. (I Est) Stirpe claruisse Hierotheum, nobili-

Anno A Creatione Mundi 5U191.

bus ortum parẽtibus docet Petrus Alloix in Vita Sancti Hierothei, Tom. 1. Illustrium Orientalis Ecclesiæ Scriptorum, fol. 602. licet progenitores eiusdem, vel ignoret, vel taceat: idquè etiam ipsis Græcis latuit, & non est mirũ, si ex alia fuisse Regione constasset; haud ita abscondita eius nobilitas fuit, quod non ex eius ingenij morũquè bonitate illustris, & præclara omnibus paterfieret, & eius animi dotes, ita præclaræ existerẽt, vt ad Atheniensium honores, & munera obeunda (quæ solum nobilibus, & stirpe clara genitis conferebantur) reciperetur; vt postea (cum de consessu eius in Areopagi cõsilio tractemus) fiet satis.

Num. 23. (K Vrgent) Non levis coniectura Græcæ originis Divini Hierothei, est rei possibilitas iuncta aliquorum opinioni Græcum illum prædicantiũ, absque ofendiculo aliorum Hispanum dicẽtium; nam quam plures Græcorum Colonias in Hispaniarum Regnis fuisse á multis edocetur; & qui Historias, tàm Latinas, quàm Græcas, & Hispanicas evoluit, ignorare non poterit Græcos varijs in locis Hispaniæ nostræ insedisse, Coloniasque habuisse passimque de eis Authores reminiscuntur, ex quibus in mediũ edducimus in suis Hispanicis Historijs Florianum Ocampo, Lib. 1. & Lib. 2. Cap. 2. D. Rodericum Sancium Episcopum Palentinum, Part. 1. Cap. 7. D. Rodericum Ximenium, Lib. 1. Cap. 6. & 7. Nationes Græcæ Zacintorum, Tebanorum, & Candeotarum dispersæ sunt per Hispaniam. *Milites Teucri* duas in Gallecia vrbes condiderunt, teste Asclepiade Mirliano in suo Libro de Gentibus Turditaniæ Regionis, & Strabone, Lib. 3. *Teucrum* Ayacis Telamonij fratrem (de quo Homerus 8. Iliadæ) Salmanticam Civitatem fundasse aiunt Vaseus in Chronicone, Cap. 10. Paralipomenon Hispa-

niæ,

Anno
A Creatione Mundi
5U191.

niæ, Lib. 2. *Ægidius* Gonzalez Davila in Historia Salmantina, Lib. 1. Cap. 2. *Ferecius* Græcus Toletanam fundavit Civitatem si creditur Petro de Alcocer, Historia de Toledo, Lib. 1. Cap. 5. 6. & 7. *Lacones*, Cantabriæ partem tenuerè vt Nonus in Hispania, Cap. 44. & Strabon, Cap. 3. *Etolij*, in Gallæcia Civitatem Tudensem erexerunt, vnde dicta fuit Etolia, quia eam Etolij fundarũt, ita Florianus, Lib. 1. Cap. 37. Vaseus in Chronicone, Cap. 10. Tarrafa de Regibus Hispaniæ. *Vlixes*, filius Itacæ Regis Vlysiponẽ Civitatem erexit, & Vlysipo à Vlixes cõdita vult Solinus, Cap. 36. & Strabonius, Cap. 3. *Lacedemonij* Hispaniã popularunt, nam Strabonius, Lib. 3. loquens de Lusitanis Durio Flumini vicinioribus ad mores Provinciæ Espartanæ Græciæ Regionis vixisse affirmat: *Aliquos* (inquit) *Durio vicinos amni Espartano ritu degerè tradunt. Faciunt etiam Hecatombas, id est, centènario numero sacrificia quolibet ex genere ritu Gracanico.* Divus Hieronymus in Prologo, Lib. 2. Epistolæ Divi Pauli ad Galatas istas ad Hispanias Græcorum transgressiones denotat. *Nonne* (inquit) *Saguntũ Graci ex Insula Zacinto professi cõdiderunt? & oppidum Tartesum, quod nunc vocatur Carteya: Iones Graci homines locasse referuntur? montes quoque Hispaniarum Calpe, Idro, Pyrene; Item Insula Aphrodisiades, & Gimnesia, qua vocantur Baleares, non ne Graci sermonis iudicia demonstrant?* Manifestum est Grecos per totum Orbem diffusos, multas in Hispania habuisse Colonias, præcipuè Athici, vt defendit Antonius Maginus Patavinus in sua Geographia vniversali: *Hi quoque* (inquit loquens de Athicis) *innumeras deduxerunt Colonias per vniversum Mediterraneum mare, per Galliam, Hispaniam, & alias Mundi*

Anno A Creatione Mundi 5191.

Provincias. Et ipsi enim Græci in tres Gentes principales distinguebantur. *Aeolos*, *Doridos*, *Iones*; sed Iones, quorum celeberrimi fuerunt Athenienses, solum in Asiam duodecim Colonias deduxerunt; quantas ergo in Hispania longum esset describere: nec dedignari debent Hispani assequutos fuisse mores Græcorum, audiant quid de legibus suis, politura, & religionis observatione dicat Pater Ioannes á Ponte, in suo Libro, *Conveniencia de las dos Monarquias*, Libro 3. Capitulo 4. §. 4. folio 29. *Todas las Historias Griegas, Latinas, y Castellanas cuentan grandes entradas de Griegos en España, de lo qual dan testimonio nuestro lēguage, y costumbres, las Ciudades, Montes, Valles, y Rios, que hasta oy dia conservan en sus apellidos Griegos la memoria de aquella sabia Nacion, que poblò nuestras Provincias, y nos dio su lenguage, su policia, sus leyes, y la religion supersticiosa, q̃ en aquel tiempo professavan.* Vndè ellici valet non levis coniectura, & præsumptio, quod licet natus Hispaniæ Hierotheus esset, à Parentibus Græcis genitus existeret, originemquè ex Græcia haberet, quare dignitates, quæ indigenis ibi conceduntur, obtinere valuit, sicut defacto obtinuit Magistratum Areopagiticum, Senatoriũque munus, vt clare Menologia, & Menæa Græca testantur, de quibus ad annum 23. mentio fiet. Nec novum sit Ortum in vna Provincia, & Oriũdum ex alia (maximè ex vtroque parente) licet diversis legibus, & consuetudinibus gubernetur in Provincia originis ad dignitates omnes, & publica officia admittatur. Ita practicatum scimus in Hispania nostra, præcipuè in Aragoniæ Regno, in quo, quamvis filius extra Regnum nascatur, & parentes eius in Aragonia nati fuerè, &

pom-

Anno
A Creatio
ne Mundi
5191.

perdiderunt domicilium, gaudet eorum filius foras natus privilegio naturalitatis, & honorificorum munerum, aliorumque, tàm in iudicādo, quàm in gubernando officiorum sedibus admittuntur, hocquè expressè lege Regni Aragoniæ, stylo, & foro cavetur, & ratio ipsa, ita faciendum, postulabat, & suadebat. Qua distinctione admissa, vtraque sententia subsistere valebit: Illa, quæ Hispanum Hierotheum dicit, quia Hispaniæ natum credit; Alia, quæ Græcū extitisse affirmat; quia ex Græcia Oriundum, & ex parentibus Græcis genitum autumat, cum pro vnaquaque sint fundamenta non levia, & ita in vnum possunt adduci: Nec defuit, qui huic assentiret sententiæ, vsusquè fuisse distinctione prædicta, ita invenimus asserentem Marchionem Estepensem in Vita Sancti Hierothei, §. 5. folio 3. & cum primum agat de Hierothei nominis Ethymologia, ita ait: *Aunque fuesse natural Español, pudo ser propio nombre suyo el de Hierotheo, porque en España es cosa muy sabida, que huvo poblaciones enteras de Griegos, demas de q̄ de todas Naciones concurriā, y venian a ellas por sus comercios, y se quedaron a vivir, como aun lo hazen, y se ven familias de Italianos, Franceses, Flamencos, Alemanes, Ingleses, y de todas Naciones, los quales muy de ordinario ponen a sus hijos, y se conservan en sus descendencias nombres propios, vsados en sus Naciones. Assi vemos muchos llamarse (no solo por la descendencia, sino por la comunicacion, siendo Españoles) Iulios, Cesares, Adrianos, Octavianos, que son nombres mas vsados de Italianos que de Españoles, y Iaimes, que es sonido de nombre mas Aragones, que Castellano, vemos llamarse muchos Castellanos.* Vndè rectè infert Marchio Estepensis infra §. 5.

Anno A Creatione Mundi 5191.

fol. 6. ex eo quod ex numero Areopagitarũ fuisse Hierotheum constet, omnes etiam illas habuisse qualitates, quæ ad munus hoc obtinẽdum requirebantur, & ex primis novem illis Iudiciarijs officijs ad Areopagiticum Cõsilium magnum ascẽderet; Neq; obstare ex illis fuisse, vt Hispanus non credatur, nam sufficere poterant illius præclarissimi animi dotes, scientiæ sublimitas, iustitiæ integritas, & prudentiæ æqualitas, vt præter communem visum, ad Magistratum illum veheretur, vel forsan, licet natus Hispaniæ Oriundus foret ex Græcia, & naturalitatis privilegijs gavisus esset, quod sequentibus depromit verbis: *En lo qual todo se ve bien, que aviendo sido San Hierotheo del numero de los Areopagitas, fue menester, que tuviesse todas estas partes, y huviesse passado por uno de estos oficios. Y no parezca, que el averlos tenido, ni el ser del numero de los Areopagitas, es razon bastante, para que no pueda aver sido Español, porque demas de que no se miraria sino a las partes personales, podia tãbien (siendo natural Español, y descẽdiẽte de Griegos) gozar los oficios, como lo hazian los Romanos, que no porque naciessen en otras Provincias, se reputavan por Estrangeros, y oy es de la misma manera en los Benecianos, y Ginoveses, que siendo Nobles, aunque nazcan en España, ò en otra parte se escriven en los libros del govierno, y entran en los oficios del* Par iudicare in Hierotheo nostro, non abs re, sed validis fundamentis debemus. Et sic revertamur ad argumentorum Patris Alloix responsionem.

Num. 24. Non obstat primum argumẽtum, natalitium Hierothei in Athenarum Civitate fundans, propter eius in Iudicum Atheniensium numerum cõputationem. Quia non strictè, & legis præcepto,

Anno A Creatione Mundi 5U191.

naturalibus solum his honoribus, & Senatoria dignitate frui concedebatur, vt exteri, & alienigenæ in totum exclusi remanerent; sed quamvis indigenæ (vt in plurimum) omnes essent qui recipiebantur, tanquam prædictis patrijs honoribus digniores, iusque ad eos obtinendos, propter natalium privilegium, firmius habentes; nõ adeo vt advenis aditus obseraretur; vt si necessitas, vel vtilitas Reipublicæ aliud (præter consuetudinis stylum, & normam) postularet, non ad hæc Senatoria officia admitterentur: paucis in verbis hoc insinuare videtur celeberrimus ille Atheniensis Orator Isocrates in Panegyrico, de illa Civitate se iactans indigena. *Hanc enim* (ait) *terram nos sic habitamus, at nec alios expulerimus.* Minus exclusi Hispani (ac aliarum Nationum gentes) inveniuntur; & cùm admitterentur Romani (vt ex multis constat) non erat cur respuerentur Hispani, cùm apud ipsos Romanos Municipum Romanorum privilegio potiebantur? Romani Cæsares Hispanis privilegium hoc Romanorũ Municipum concessere, sic legitur de Vespasiano: & Plinius Lib. 3. Cap. 3. hoc dicit privilegium esse, quo fruebantur Latini Populi confinij Romanæ Civitatis, quod penè erat Civium Romanorum: Laudat privilegium hoc Pater Ioannes à Ponte, Lib. 3. Cap. 11. §. 3. fol. 78. dicens: *Gran prerrogativa, que el jornalero, y mecanico (solo por ser Español) tuviesse la misma nobleza, que vn Ciudadano Romano.* Nec enim Athenienses Hispanos vnquam spreverunt, immo potiùs Hispanos mores sequuti, & amplexati sunt, ita vt ab Adriano Imperatore Hispano leges acciperent, petentibus illis, sic Eusebius Cæsariẽsis ad annum 125. *Adrianus Atheniensibus leges petẽtibus, ex Draconis, & Solonis, reliquorumque libris iura com-*

po-

Anno A Creatione Mundi 5191.

posuit. Et hoc eodem anno Lucius Flavius Dexter in Chronicone, ibi: *Adrianus Athenienſibus leges petentibus iura dedit.* Quid mirum vt Hierotheus Hiſpanus cum eſſet (maximè ſi originē traxiſſet ex Græcia) tanta litterarum ſcientia plenus, tanta prudentiæ maturitate amictus, tantaquè bonorum morum copia onuſtus, & ex nobili genere, & ſanguine ortus, hinc Iudicum numero adſcriberetur? Cum lex expreſsé prohibens non inveniatur, nec eſſet talis, quod propter beneficium Reipublicæ non eſſet diſpenſabilis.

Num. 25. Minus vrget ſecundum argumentum ex Hierothei Græco nomine deſumptum. Cui breviter, & facilè reſpondetur; quod nomen, Hierotheus, quamvis ſit Græcum, non eſt nomen generis, ſed dignitatis, & officij (vt num. 1. diximus) nā aliud Hierotheus nomen habuit, *Macer* ſcilicet (vt etiam numero 2. attigimus) & inter alios notavit Ambroſius à Morales, Libr. 9. Cap. 12. Hiſtoriæ Hiſpaniæ, ibi: *Y afirmādo Simon Metaphraſtes, y otros, que eſte Santo era Governador acà, quando el Apoſtol le convirtiò, parece que devia tener otro nombre, pues eſte es Griego, y quiere dezir conſagrado à Dios, ò coſa ſemejante. Y aſsi pudo ſer, que ſe le puſieſſe eſte nōbre deſpues, quando yà verdaderamente le competia, y le venia muy propio.* Et quid ex nomine argui valet? Non ne nomē Græcum, vel Romanum eſſe poteſt, & perſona Hiſpana? Non convincitur ex nominatione origo, vt rectè concludit Pater Martinus à Roa in ſua Aſtigitana Hiſtoria, Cap. 4. Lib. 2. fol. 77. ibi: *De mucha mas flaca rama ſe aſen los que por ſolo el linage del nombre, quieren convencer el de la perſona, como ſi quantos los tienen Romanos, ò Griegos, no pudieran ſer de otra q̄ de eſta, ò de aquella Nacion. Errada concluſiō, quanto moſtramos en*

Anno A Creatione Mundi 5191.

nuestra Malaga, a los que por ser el nombre de Cornelio Romano, dierō a Roma el Centurion que confessò a Christo en la Cruz, siendo Español, y de Malaga. Glariano en su Chronologia advierte en el año de Roma 748. nombrando a Belio Pauphilo, que por este tiempo, muchos de los Romanos tomavan apellidos Griegos. Entre los Españoles, de vnos, y de otros tuvimos muchos, por el comercio, y comun habitacion, que por tãtos siglos conservamos con la vna y otra Nacion. Tã a mano estan los exemplos, que deve ser escusado ofrecerlos. Lo cierto es, que San Hierotheo fue Español, y no Griego, que si lo fuera, no eran ellos tan poco encarecedores de sus cosas, ò tan poco celosos de su gloria, q̃ repartieran esta cō los estraños, y dexarã de reconocerlo por su natural; mas era tã notorio el no serlo, q̃ de vsurparlo por suyo, sin duda se les recresciera mayor infamia, que honra. Quid mirum etiam quod Greci solùm Græcum existimassent Hierotheum protsus, qui ignorarent natalem suum Hispanum; pariter & secundam suam Sedem Secoviensem; Hoc idem cum Sancto Dionysio Areopagita eius Discipulo accidisse describitur cum Græcis, & Gallis. Græci siquidē cum Dionysio suo nihil novissent, postquàm ab Athenis discesserat, confessorem solùm fuisse crediderunt. Galli verò, quibus martyrium ipsius notum fuerat, martyrem celebrarunt; Sic prorsus in Sancto Hierotheo accidit: Cum enim in Græcia solam Atheniensem Ecclesiam obtinuisset tantum eius Episcopum dicunt; At Hispani, cùm in Hispania Secoviensem Ecclesiam, Sedemque honorasse sciant, non tàm primam, quàm secundam concelebrant. At verò Græci, quibus satis non fuit nota hæc secunda Sedes, diminutè procedunt, ipsius memoriam reticentes.

Hoc

Anno A Creatione Mundi 5191.

Hoc idẽ videmus in Sancto Mancio Christi Domini Discipulo, Primo Eborensium in Lusitania Pontifice, qui in Gallia priùs prædicaverat, & anno Christi 106. Martyr migravit ad Dominum; & inter Gallos, & Hispanos de eius martyrio, & sede versatur controversia: Nam, cũ in Gallia martyrium non cõsummaverit, Galli solùm eius festum de Confessore Pontifice agunt; Hispani vero, quibus martyrium satis fuit notum, vtpotè Eboræ peractum, de martyre celebrant officium; Sed & ipsi diminutè etiam procedunt, dum Pontificatus ipsius memoriam non faciunt: ignorãtia martyrij sui capti, quid mirum vt Græcis non omnia, quæ post discessionẽ à Græcia operatus est Hierotheus, ignorassent? Ita etiam argumentatur Pater Franciscus Bivarius in Commentarijs ad Dextrum, fol. 168. Vndè, qui solùm novère Divini Hierothei primã Episcopalem Sedem in Græcia (Athenienſem scilicet) seque Græco etiam nomine titulari, nihil mirum vt ex ambobus titulis illum Græcum solùm credant, non Hispanum; ac post Athenarum Sedem Secoviensium obtinuisse; & argumentum à significatione nominis nimis debile, & parum efficax desumitur, vt probari possit eius in Græcia natalitium, vt postea ad annum 1625. agemus amplius, cùm de inscriptione Græca, quà Hierothei caput in Sandovalensi Cœnobio Cisterciensis Ordinis in Legionensi Diœcesi detectum est, quęstio incidat.

Anno Christi Domini 11.

HIEROTHEVS, RELICTIS INfantiæ nugis, primis se litterarum studijs dedit; sed brevi temporis decursu Latina lingua, & Rectorica eruditus ad maiora cupidus capessenda, Athenarum gymnasia to-

Anno Christi Domini 11.

to Orbe celeberrima: [A] *ad discendi Philosophiam desiderio commeat, Academiæ operam dat,* [B] *Platonicam sectam adamans.* [C]

Num. 26.

(A Celeberrima) Quantum illo in tempore in Scholis vniversi Orbis celebris esset Athenarum Civitas, fulgeretque plus alijs scientijs, testatur Cicero Lib. 6. Epistolarum Familiarum Epist. 3. ad Torquatum Civem Atheniensem: *In ea (inquit) ex vrbe, in qua vel hæc, vel ornatiora parietes ipsi loqui posse videantur.* Et in Lib. 1. de Oratore: *Atque vt omittam gratiam, quæ semper eloquentiæ Princeps esse voluit, atque illas omnium doctrinarũ inventrices Athenas in quibus summa dicendi vis inventa est:* Et in Oratione 24. pro Lucio Flaco: *Adsunt Athenienses, vndè humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ, atque in omnes terras distributæ putantur.* Sex enumerabantur Athenis Gymnasia (iuxta Ioannis Ravisij Textoris sententiam) quæ a Philosophis in memoria habentur, & multoties laudatur, scilicet, *Lycæum, Academia, Prytaneum, Canopum, Pæcile, Tempe.* Scholam fuisse Aristotelis *Lyceum*, & Platonis *Academiam*, dicitur: Vndè Ciceronis versus:

Atque Academia vmbrifera, nitidoque Lycæo.
Fuderunt claras fœcundi pectoris Artes.

De *Prytanes* etiam Cicero, Libr. 1. de Oratore agit, cum dicit: *Et vt ei victus quotidianus in Prytaneo publicè præberetur.* Philostratus *Canopum* agnoscit in Herodis Attici vita. *Pæcile* vero Porticus varia à Latinis appellatur, nobilitata etiã præter picturam Marathonicæ pugnæ, Zenonis

Stoici Conventu, vndè à porticu Stoici dicti, Gymnasium *Tempe* silentio dedit Ioannes Ravisius, cùm de eo nullam authoritatem alleget, erat nemorosus locus suburbanus, studijs Atheniensium designatus, aquis abundans, & propter arborum frondositatem visui placidus, sed segregatus à consortio aliorum; vndè postea amæna quæque loca (præsertim nemora) aquas habētia, *Tempe* vocabantur, vt Virgilius 2. Georgicorū.

Speluncæ, viviquè lacus, ac frigida Tempe.

Suidas Græcus Historiographus, præter illa principaliora Gymnasia, *Lycæum*, & *Academiam*, aliud tertium (à prædictis diversum) fuisse defendit, *Cynosarges* nuncupatum; docens esse Gymnasium, & locum apud Athenienses (vbi & templum erat Herculis) sic appellatum à Cane albo, quod scilicet domi suæ sacrificanti Didymo Atheniensi, Canis albus raptum sacrificium in eundem detulerit, qui post ab eodem Cane, vocatus est *Cynosarges*, vbi & Hercules sibi Aram erigi iusserit, propterea in eo Gymnasio philosophari eos, qui nec à patre, nec à matre Cives erant. Et licet Gymnasium proprie dicatur locus, in quo olim nudi Palestritæ Oleo peruncti concertabāt, postea pro quocumque exercitij loco accipi videmus, vndè *Gymnaster*, Præceptor, & Gymnasiarcha, Gymnasij Magister intelliguntur. Hæc cursitantes Gymnasia, ex eis vni accipiebant nomen, alij ex Præceptoribus sectam edocentibus. Duplex erat secta, vna Stoicorum, à Zenone eius Authore dicta, & alia Peripateticorum ab Aristotele eorum Principe. De prima (in Gymnasio Pęcile instituta) eiusquè sententijs, & præceptis sic loquitur Marcus Tulius Cicero in Oratione pro

Anno Christi Domini 11.

Lucio Murena: *Fuit quidam summo ingenio vir Zeno, cuius inventorum aemuli Stoici nominantur. Huius sententiae sunt, & praecepta eiusmodi. Sapientem gratia nunquam moveri; Nunquã cu iusquam delicto ignoscere: Neminẽ misericordem esse, nisi stultum, & levem, viri non esse, neque exorari neque placari. Solos sapientes esse, si distortissimi sint; Formosos; Si mendicissimi; Divites; Si servitutẽ teneant, Reges. Nos autem, qui sapiẽtes non sumus, fugitivos, exules, hostes, insanos denique dicunt. Omnia peccata esse paria: Omne delictum, scelus esse nefariũ. Nec minus delinquere eum, qui gallum gallinaceum, cum opus non fuerit, quam eum, qui patrem suffocaverit: Sapientem nihil opinari; nullius rei poenitere, nulla in re falli: sententiam mutare numquam.* Hæc Cicero. Dicti sunt Stoici à loco, vbi disputabant; & antea appellabãtur Zenonij, à Zenone Citico, huius sectæ primo parente. *Peripatetici*, ab ambulatione dicti sunt, quia eorum Magister Aristoteles de ambulãdo philosophabatur: Locus, vbi Athenis deambulabat, vocabatur *Lycæũ*; de eo Diogenes Laertius de Vitis Philosophorum, Libro 5. Cap. 1. & Cicero multis in locis; etiam de eis memoratur Divus Augustinus de Civitate Dei, Libro 8. Cap. 12.

Num. 27. (B Dat) *Academia*, vbi & à quo sic dicta, breviter, & exactè docet Laertius, Lib. 3. de Platone, de quo sic: *Reversus autem Athenas Scholam habebat in Academia; est vero Academia Gymnasium suburbanum nemorosum, ab Heroe quodam Hecademo appellatum.* Primitus, Hecademia, ab eodem Hecademo, nominabatur, non Academia (vt hodie sublatis litteris H. & E. scribitur) quod ex Eupulios, & Timonis versibus maximè constat; sic Timo de Pla-

to-

Anno ChristiDomini 11.

tone, & eius schola, Hecademia.

Hos inter dux ille Plato latissimus ibat.
Cuius ab ore melos manabat, quale Hecademo
Arbustis lepida modulabantur voce Cicadæ.

Ita etiam invenitur apud Aristophanem Scholiastem ad nubes, & Suidam in Lexico; & Horatium Lib. 2. Epistol. 2. in illo versu.

Atque inter Silvas Hecademi quærere verum.

De hoc Hecademiæ situ memoratur, Divus Hieronymus, Lib. 2. adversus Iovinianum, ita illum depingens: *Sed & ipse Plato (cum esset dives, & toros eius Diogenes lutatis pedibus conculcaret) vt posset vacare Philosophiæ, elegit Hecademiam, Villam ab vrbe procul, non solum desertam, sed & pestilentem; Vt cum & assiduitate morborum, libidinis impetus frangerentur, discipulique sui nullam aliam sentirent voluptatem, nisi earum rerum, quas discerent.* Laudatur pluries Aristoteles à Marco Tullio Cicerone, sed semper secundum Platonem, & brebiter, & dilucide de vtroque Musæo, & Gymnasio *Lyceo*, & *Hecademia* in Lib. 1. Hecademicarum quæstionum, ante medium eleganter loquitur: *Platonis autem authoritate* (inquit) *qui varius, & multiplex, & copiosus fuit, vna, & consentiens duobus vocabulis Philosophiæ forma instituta fuit, Hecademicorum, & Peripateticorum: Qui rebus congruentes, nominibus differebant. Nam cum Spensippum sororis filium Plato Philosophiæ quasi hæredem reliquisset: Duos autem præstantissimos studio, atque doctrina Xenocratem Chalcedoniũ, & Aristotelem Stagiritem, qui erant cũ Aristotele, Pe*

Anno Christi Domini 11.

ripatetici dicti sunt; Quia disputabant inambulantes in Lycao: Illi autem qui Platonis instituto in Hecademia (quod est alterum Gymnasium) cetus erant, & sermones habere soliti, ex loci vocabulo nomen habuerunt. Ita Cicero.

Num. 28. (c *Adamans*) Philosophorum Principem Platonem omnes agnoscunt, idemquè confitentur Sancti Patres; Ita Arnobius, Lib. 1. Adversus Gentes: *Plato* (inquit) *ille sublimis à pex Philosophorum, & columen, sæva illa diluvia, & conflagrationes mundi, purgationem terrarum suis esse in commentarijs prodidit.* Et propter scientiæ sublimitatem, morum æquitatem, animi trãquilitatem, & prudẽtiæ gravitatem; gravissimis quique Philosophis omnibus (etiam Aristoteli) anteponebant. Nunc Divinum, modò sapientissimum, modò sanctissimum, modò Homerũ Philosophorum, modò Deum appellantes; Sic etiam ad notavit idem Arnobius, Lib. 2. Adversus Gentes: *Plato ille* (inquit) *divinus, multa de Deo digna, nec communia sentiẽs multitudini indixit, &c.* Et ex eius doctrina multa Catholica dogmata, aliaquè eis simillima discipulis suis dictata, & edocta inveniuntur, veluti: *Deum esse, qui semper esset, & ortum non haberet. Esse ineffabilem. Esse vnum. Esse principum, medium, & finem. Esse semper iustum, vt præmia bonis, supplicia malis statuat. Trinitatis mysterium quodam tenus attigisse visus est. Esse bonos Genios. Esse & malos. Animam esse inmortalem. Mundum non esse ab aterno, sed creatum. Mundum esse corruptibilem. Mortuorum resurrectionem. Terram cælestem, quam nos vocamus terram viventium. Iudicium extremum. & Cunctorum meritis dignam retributionem.* De his & pluribus alijs Catholicæ Fidei principijs, quæ Plato

do-

Anno Christi Domini 11. Num. 29.

docebat agit Eusebius Lib. 11. de Præparatione Evangelij.

Hierotheus autem, cum ab infantia sua, ingenij acumine floreret, bonis, & honestis esset operibus occupatus (transactis, & perceptis his, quæ in alijs Gymnasijs docebantur) ad ea, quæ magis rationi, & æquitati consentanea videbantur, mētem aplicuit, & cum inter Philosophorum Scholas Hecademicam plus apud probos homines, & iustitiæ amatores cursari videret, Platonis doctrinam insectatus est, eiusquè discipulorum rectos mores, & vitę disciplinam percupide amplexans; Ita etiam nobiscum sentit Pater Petrus Alloix, Tomo Illustrium Oriētalis Ecclesiæ Scriptorum in Vita Sancti Hierothei, fol. 603. ita dicens: *Ab his autem studijs* (loquitur de studijs Grammaticæ, & Rectoricæ) *corroborata iam ætate, ad altiores disciplinas erexit animum, ac se in Philosophorum spatijs sanè, quam diligenter exercuit. Nam varijs eorum sectis, quantum ad eas probè discernendas, internoscendasquè satis esset delibatus, Platonicam præcipuè, ac singulariter adamavit, vnice, constanterquè coluit; atque ad supremū eius fastigium studio indefesso aspiravit, adeoquè feliciter, si quisquam alius, omnino pertigit.* Idēquè iterum in Annotationibus ad hunc locū, litt. B. fol. 622. refert; & ad id ita credēdum duo præcipuè suadent. *Primum*, quia Dionysius Areopagita Hierothei discipulus, fuit Platonicus, vt defendit Marsilius Ficinus in argumento ad Librū de Divinis Nominibus, ibi: *Etsi Dionysium Platonis, tanquam pij Philosophi sectatorem alicubi declaramus, ipsum tamen non solum cæteris Platonicis propter doctrinæ Platonicæ culmen, verum etiam Platoni, propter novum veritatis Christianæ lumen, anteponendum censemus.* Et ex eius

Anno Christi Domini 11.

doctrina argumentum desumit Divus Thomas ad Cap. 5. de Divinis Nominibus, Lect. 1. Dionysium imitari multum Platonicos. Vndè non solum Dionysium, sed etiam Hierotheum Platonicũ fuisse à multis tenetur, & vt tales, inter alios, adnumerat prædictus Pater Alloix in Annotationibus ad Caput 2. Vitæ Sancti Dionysij Areopagitæ, litt. L. fol. 236. ibi: *Denique Platonici fuerũt Hierotheus, Dionysius, Iustinus, Clemens Alexãdrinus, Origenes, Tertullianus, Arnobius, Lactãtius, Augustinus, & cæteri omnes Patres Græci, & Latini, antequam fidei illustrarentur lumine.* *Secundum*, Quia cum Stoici, & Epicurei, sivè Zynici longissimè ab institutis Christianæ legis ab fuissent, & magna esset inter Academicos, & Stoicos simul, & Epicureos morum, circa castitatẽ, atque modestiam, dissimilitudo; Nam *Epicurei* summum bonũ in voluptate ponebant a qua Evangelium dehortatur. *Cynici* autem impudentia pleni, honesti, & inhonesti, decori, & indecori discrimen nullum faciebant. *Academici* vero ita modesti, & casti erant, alijsquè bonis moribus instructi, vt à suo Magistro Platone (vt effugerent pericula) in fætidis locis morbosi, & solitarijs scholas tenentes, erudirentur, vt Divis Basilius in Homilia ad Adolescentes tetigit, ibi: *Ideo & Platonem dicunt, cognito quod ex corpore venit nocumento, Hecademiam Athenis in loco pestilenti elegisse, vt nimiam corporis prosperitatẽ velut vitem palmite luxuriantẽ amputaret.* Ideo Hierotheus, relictis sectis Stoicorum, & Epicureorum, ad Platonicorum, seu Hecademicorum Gymnasium gressum fecit, vt in doctrina, & moribus sub tanto Magistro profuisset satis.

Num. 30. Nec mirum videri debet, quod Hierotheus, Hispanus cum esset, Athenarum Scholas cursan

Anno Christi Domini 11.

das comearet, nam præter id quod, cum celeberrimæ in totius Orbis partibus haberentur, & multi ad eas confluerent, non solum ad has ex Hispania, sed ad cæteras Mundi partes, studiorum amore, & discendi cupiditate quam plurimos convenisse legimus. Non ne Romæ Seneca, Quintilianus, Lucanus, Silvius Italicus, & Marcialis Poetæ Hispani litteras didicerunt? Et Lucanus (teste Suetonio Libro de Claris Poetis) Athenas repedavit. Nec dignitatibus obfuit Hispana Origo, nam Seneca Romæ Neronis Imperatoris Magister fuit. Silvius Consulatum obtinuit. Quintilianus Scholam Romanam rexit, & gubernavit. Lucanus, & Martialis Neroni, & Domiciano Imperatoribus Chari fuerunt, Commune sanè erat, Hispanos Romam cursum facere, vt aliquos sciētia insignes audirent, multosquè ex vltimis Hispaniæ finibus ad audiendum Titum Livium, cuius eloquentia Mundo celebris, & per nota erat, Romam advenisse testatur Divus Hieronymus in Prologo Bibliæ ad Paulinū. Quid miramur, Hierotheum Athenas peragrasse, vt Philosophiæ operam daret? Quid non primi Philosophiæ Principes, vt in Philosophia proficerent, terras haud trāsiere? Non ne Pithagoras Memphis, & Plato Egyptum, & Calabriam? Parum obstat terrarum differentia, & itineris longa transmeatio, cum adest discendi cupiditas, & virtutis amor. Georgius Acanthius de Philosophia Platonis, Lib. 1. pag. 31. lin. 3. pag. 60. lin. 11. pag. 90. lin. 7. testatur. Antiquissimi Hispani (quos Divus Augustinus inter totius Orbis peritissimos nominat, Lib. 8. de Civitate Dei, Cap. 10.) maximi erant litteris dediti. Oldraldus cons. 84. observat habere librorum multorum ambitionē; De quibus Estrabonius, Lib. 3. de Situ Orbis (qui scripsit tempo-

re

Anno Christi Domini 11.

re Augusti Cæsaris) ait Hispanos, leges scriptas habuisse millenarijs, annis ab illo. Ex quo satis evincitur eorum litterarum cupiditas, qua pulsi omnes ambirent tertas, vt sciendi magnam possent suam satiare sitim.

Anno Christi Domini 23.

HIEROTHEVS AD TANTVM Athenis devenit scientiæ fastigium, vt inter Platonicos Philosophos facilè inveniretur Princeps: & tēpus, quod ijs disciplinis insumpsit, ita bonis, & rectis moribus cumulavit, vt præhabitis ex instituto totius vitæ anteactæ integritate: [A] *Generis nobilitate:* [B] *Litterarum scientia:* [C] *Natalitij notorietate:* [D] *Thesmothetarum Iudicum numero adscriberetur:* [E] *Ex quo postea, vi meritorum, Areopagitarum magno consilio merito præficitur.* [F]

Num. 31. ([A] INtegritate) Michael Syncellus in Encomio Sancti Dionysij Areopagitæ ita loquitur de integritate Iudicum Areopagi: *Nec enim* (ait) *apud superbos Athenienses facilis cuiquam ad eiusmodi principatum aperta erat via, nisi quam & sapientia, & prudentia, & iustitia, & fortitudo, & tēperantia, & cū his simul eximia generis claritudo commendaret.* Ita integerrimi apud totum Orbem Areopagiti Iudices noscebantur, vt ad eorum Senatum, non solum ex tota Græcia, sed ex remotis Provincijs, & ab ipsis Romanis causæ decidendæ mitterentur, ita refert Aulus Gellius, Lib. 12. Noctium Atticarū, Cap. 7. & testis est huius rei Valerius Maximus, qui Lib. 8. Cap. 1. ita ait: *Mater familias Smyrnæa virum, & filium interemit, cum ab ipsis iuvenem optimæ indolis, quem ex priore viro enixa fuerat,*

Anno Christi Domini 23. *occisum comperisset. Quam rem Dolabella ad se delatam, Athenas ad Areopagi cognitionem relegavit: Quia ipse neque liberare cædibus duabus contaminatam, neque punire eam iusto dolore impulsam sustinebat. Consideranter, & mansuetè Populi Romani Magistratus: sed Areopagitæ quoque non minus sapienter, qui inspecta causa, & accusatorem, & ream post centum annos adesse iusserūt, eodem affectu moti, quo Dolabella.* Quorum authoritatem in tantum ponderat Iulius Polux, Lib. 1. Onomasticō. Quod iudicarent vna cū Rege, cūque absq; corona incedere in Areopago.

Num. 32. (B *Nobilitate*) Maximus in præfatione ad Sanctum Dionysium de Nobilitate Areopagitarum Iudicum, hæc ait: *Postea vero è pluribus cōstituitur Areopagi Senatus, id est, è viris illustrioribus quinquaginta vno, sed nobilibus tamen, vti diximus, & divitiarum copia, vitaque modestia excellentibus.* Budæus in Pandectas reddens ex Græco Latinum locum quendam Isocratis in Oratione Areopagitica, hæc de nobilitate, honestate, temperantia, alijsquè virtutibus, Areopagiticis Iudicibus necessarijs ait: *Maiores autem nostri, vsque eo studiosi temperantiæ fuerunt, vt Consilium illud Areopagiticum moribus hominum componendis publicè præfecerint. In cuius numerū cooptari solis illis sperare licuit, qui claris natalibus orti, virtutis ac modestiæ documēta permulta honestate vitæ dederant. Ex quo tandem factū, vt concessus ille totius Græciæ, haud immerito longe sit præstantissimus.* Idem scribit Pomponius Letus, Libro de Sacerdotijs Romanorum. Horum Iudicum splendorem generis, atque magnificentiam Androsion, & Philochorus rerum Atticarum Scriptores fucè denarrarunt.

Num. 33. (C *Scientia*) Athenarum Civitas, apud om-

Anno Christi Domini 23.

nes habita est, scientiarum emporium, Philosophorum Regina, Schalorum Primas prædita fuit primis in omnigena litteratura hominibus, maximè Philosophia. Gavisa est eius Principibus Platone, Isocrate, Aristotele, Zenone, Demosthene, & tandem Hierotheo, & Dionysio scientiarū luminibus. Curabant plurimis Cives illi Athenienses, vt qui regimini vacabant, iudicioquè ferendo operam dabant, pollerent scientia, prudentiaquè, reliquas exercentes virtutes, quare nullus ad magni Consilij Areopagi sedem erat allectus, qui non his & alis virtutum incrementis fulcitus, & onustus reperiretur, & prolixum sanè foret, tempus in re ita nota allegationibus insumere.

Num. 34. (D *Notorietate*) Primos, & inferioris ordinis Iudices in Athenarum Magistratibus (qui *Archontes*, & *Thesmothetæ* dicebantur) nullomodo admissos, nisi prius de eorum Atheniensi origine constaret debuisseque probare Athenienses, ex vtraque parte à tertia, vsque generatione extitisse, vt illi nomen Iudicum numero adscriberētur; defendit Iulius Pollux in Onomastico, Lib. 8. Cap. 9. *Erat autem* (inquit) *quodam Thesmotetarum examen appellatum, an scilicet ex vtroque parente à tertia, vsque generatione Athenienses essent? Et ex quibus populis? An Apollo esset illis patrius, & Iupiter Herceus? An parentibus bene facerēt? An pro Patria militarent? Et an censum idoneum haberent?* Hac authoritate motus Pater Petrus Alloix diversis in locis defendit natalitium hoc, vt ascenderetur ad Magistratus illos, prius esse probandum, sicut notavit Tom. 1. Illustrium Orientalis Ecclesiæ Scriptorū in Notationibus ad Caput 1. Vitæ Sancti Quadrati, lit. B. fol. 690. ibi: *Sed quo ad Magistratus sine dubio hæc observabatur forma, vt nisi natalium no-*

Anno Christi Domini 23.

bilitate gauderent ad hos dignitatum gradus non ascenderent. Idem in Vita Sancti Hierothei hoc ipsum repetit, fol. 603. ita dicens: *Nam, cũ Athenienses præ cunctis ferè gentibus originem suam, ac nobilitatem mirè iactarent, è terra sua primitus genitos, sivè indigenas, non colonos, non advenas prædicarent: seque adeo solos ex omnibus Nationibus ob natalis soli prærogativam, inclyta esse nobilitatis (coma etiam hanc in rem aureis cicadis operata potius quam ornata) ostentarẽt: Hinc inter eos antiquitus invaluit, vt ad obtinendã Areopagi dignitatem, non minus Civitatis Athenarũ, quam aliorum quorunlibet titulorum habendam esse rationem existimarent, neminiquè, qui Civis Atheniensis non esset, atque ex maioribus Atheniensibus prognatus, locum in Areopago concederent.*

Num. 35. Quantum Athenienses se iactent indigenæ, plenæ sunt eorum scriptorum paginæ, mosque capitis ornatus demonstrat. Isocrates in Panegyrico (loquens de Civitate Atheniensi Patria sua) ita ait: *Nobis enim solis ex omnibus Græcis eandem, & nutricem, & patriam, & matrem vocare datum est.* In idem concidit Iustinus Iorgij Pompeij, Lib. 2. Historiæ de Athenis, ita de Græco origine fassus: *Nõ, vt cetera, à sordidis initijs ad summa crevere. Soli enim, præterquam incremento, etiam origine gloriantur. Quippè non advenæ, neque passim collecta populi colluvies originem vrbi dedit; sed eodem innati solo, quod incolunt, & quæ illis sedes, eadem origo est.* Hinc ille vsus Atheniensium provenit, vt contextas comis Cicadas aureas portarent, qui (si credimus Scholiasti Græco Thucydides ad illum locum, Lib. 1. Historiæ sub initio) nec multum abijt temporis, ex quo tunicas lineas ferre desierunt, & capitis

Anno Christi Domini 23.

comis in corrum implexis Cicadas aureas illigare) duplici ex ratione inchoatus videtur. *Prima*, respicit ad bonarum artium studia, quarum gloriam sibi Athenienses, præ cœteris Gentibus, vindicabant. *Secunda*, quia è terra geniti, terra cum filij essent Cicadarum instar è terra genitos, atque Vrbis suæ præsidem, & quasi tutelarem Deum agnoscerent Apollinem, cui Cicada sacrata erat: *Ferebant* (inquit Thucydidis Scholiastes) *Cicadas propter musicam: vel vt profiterentur se esse indigenas, & è terra natos. Nam & hoc animal è terri genis est*. Non obscurius hoc idem docuit Scholiastes Aristhophani in nubibus, dum ita scribebat: *Atheniẽsium antiquissimi Cicadas aureas in comarum cirris gerebant, propterquod Cicadæ, cum sint musicæ seu canoræ, Apollini dicatæ sint, qui Vrbis est Præses*. De hac Cicadarum portatione, & Atheniensium more, præter relatos, multi memorati sunt, & omissis Scriptoribus prophanis, & Philosophis, qui adamussim hæc pertractarunt, inter quos Eustachius Horati interpres ad Librum 3. Iliados, fol. 299. in antiqua editione Græca, in medium adduci debent authoritates Divini Gregorij Nazianzeni in Carmine ad Nicobolum; qui ita ait.

Cecropidæ Cirris natam tellure Cicadam
Terrigenæ innodant, decus hoc designat avitam.

Et Beati Clementis Alexandrini, in Lib. 2. Pedagogij, Cap. 10. qui de eadem allata istius gestaminis ratione memoratur.

Num. 36. Ex quibus facile demonstratur apud Atheniẽses magno fuisse in honore ortum patrium, & ad officia publica, maximè ad illa quę ad iustitiæ administrationem pertinebant, non alienigenas, sed

Anno Christi Domini 23. incolas admittere consuevisse; sed non probatur solos eos fuisse admissos, exclusosque in totum extitisse advenas (vt iam numero 15. 23. & 24. fusius exposuimus; Et cum Hierotheus Areopagitarum numero adscriptus videatur (de quo Menologia, & Menæa Græca testantur) eo maximè credi debet, quia Oriundus ex Græcia, & Atheniensi Civitate, clarissimis ortus parentibus; inveniebatur, vel licet advena, & Hispanus talibus condecoratus titulis, scientiæ, prudentiæ, & modestiæ, divitijsque satis cumulatus reperiretur, vt ab omnibus ad munus iudiciarium libenter admitteretur.

Num. 37. (E *Adscriberetur*) *Thesmotethæ*, seu *Archõtes* Iudices erãt Asluniẽses, primi, & inferioris ordinis in corũ Magistratibus. Tribunal hoc novem tantum Iudicum constabat numero, quorũ tres nominabantur, *Rex*, *Archon*, *Polemarchus*; Sex reliqui, *Thesmotethæ* dicebantur. Ex hoc Tribunali ad Magnum Areopagi Consilium transitus erat, communisquè ascensus, certis qualitatibus antea legitimè, & plene probatis, ita quod, qui rectè antea gubernasset, in Areopagum posset ascendere, non secus ac aliter; ita Maximus in præfatione ad Sanctum Dionysium: *E novem viris* (inquit) *qui Athenis Archontes constituti erant, Iudices Areopagitas* (*vt inquit Androsion in secunda Atticarum*) *constare oportebat: postea vero è pluribus cõstituit Areopagi Senatũ.* Plutarchus etiã in vita Pericles illos dicit ad hoc Areopagi Consilium admissos, qui iam probati, & experti inveniebantur: *Nam hi* (inquit) *Magistratus sorte antiquitus obveniebant, ac qui se in ijs obeundis probassent, ij in Senatum Areopagiticum cooptabãtur.* Et idem Plutarchus in vita Solonis: *Deinde, cum ex annuis Magistratibus Senatum insti*

Anno Christi Domini 23.

tuisset (qui Areopagita, quod in circo Martis cõvenirent, dicebantur) quo in Consilio ipse etiã, ut qui Magistratum gereret, fuisset. Et infra: *Atque huius quidem de Areopagitis sententiæ sunt plerique, nimirum Solonis esse id opus, quibus maximo testimonio esse videtur, quod in legibus suis Draco Areopagitarum, ne verbo quidem, usquã meminit, sed de cæde semper ad Ephetas loquitur. Atqui legis octava, è decimotertio Solonis anno, hæc sunt verba Omnes, qui ante Solonis Magistratum ignominia fuere notati, liberi ignominia sunt; exceptis ijs, qui apud Areopagitas, aut Ephetas, aut in Pytaneo à Regibus clandestinæ cædis, vel homicidij, vel affectatæ tyranidis damnati fuere, cum hæc lex data est, quibus verbis ostenditur, antequam Solon rempublicam gereret, legesquè ferret, iam tunc Areopagitarum fuisse Senatum.* Has qualitates in Areopagiticis Iudicibus etiam notavit Pater Petrus Alloix, Tom. 1. Illustrium Orientalis Ecclesiæ Scriptorum in Vita Sancti Hierothei, fol. 603. ibi: *Cum vero, haud exiguus esset horum Areopagitarum numerus propterea (quod nonnulli ex Archontibus in eum ordinem, quotannis elligerẽtur) novemque inter illos principali pollerent authoritate, unus ex horum numero fuisse Hierotheum perhibetur.* Et alio in loco in eum sensum prosequitur: *Igitur perhibito varijs occasionibus virtutis suæ, eruditionesquè idoneo specimine inter Archontas allegi petijt* (loquitur de ipsomet Hierotheo) *& auspicato allectus est. In quo Magistratu ita se gessit, ita ius dixit, ita denique vitam omnem ad exactæ virtutis normam composuit, ut nihil in reddenda administrati Magistratus ratione (nec enim aliter ad superiorem honoris gradum patebat ulli ascensus) nec ita vita, nec in moribus, nec in rebus gestis depre-*

Anno Christi Domini 23.

hensum sit, quod eum acapessendo Areopagi supremo ordine, vel iure impediret, vel vllatenus retardarit. Quo circa in sanctissimum illud atque Augustissimum (vti tunc habebatur) Areopagi Consilium merito suo est cooptatus. De his Magistratibus, eorum Iudiciorum formulis, & consuetudinibus, præter citatos Authores, late agunt Polybius Historiarum suarum, Lib. 7. & Ioannes Ludovicus Gothofredus in sua Archontologia Cosmica de potētia Ottomanica, sivè Imperatorum Turcarum per Europam, num. 42. fol. mihi 664. illuc lectorem mittimus, ne prolixa, & fastidiosa lectione eum gravemus.

Num. 38. (F *Præficitur*) Quod ex Magistratu novem virorum, qui Archontæ, & Thesmotethæ nominabantur, ad Areopagi magnum Consilium ascenderet (præter id quod allegatum est in præcedenti numero) expresse docet Plutarchus in Pericle, vbi sic scribit: *Et brevi Theatralibus, & Iudicialibus sportulis, atque aliјs mercenariјs donis ac largitionibus corrupta plebe vsus est adversus Areopagi curiam, cuius ipse pars non erat, quod nec Archon, nec Thesmotetha, nec Rex, nec Polemarchus sortitus cooptatus esset. Hi enim Magistratus sortito antiquitus creabantur, & per hos, postquam probati fuissent, in Areopagum ascendebant.* Sed non ideo, quia erant Archontæ, seu Thesmotethæ ascendebant ad Areopagum; sed de istis solum illi, dequorum moribus Athenienses satis instructi, & certi fuissent; quia erat Solonis lex, vt non prius ascenderent in Areopagum, quamvis probati essent semel in populi iudicio; vt Demosthenes adversus Leptinam, & Vlpianus, ibi: *Thesmotethæ annum gerebant Magistratum, secundo autem probabantur, eò quod inde ad Areopagum tenderent, nisi quis interea crimē ali-*

Anno Christi Domini 23.

quod intendisset: manebant vero Areopagitæ vsque ad obitum. Et Libanius in argumēto ad Orationem Demosthenis contra Androtionem, clarius hoc scripsit: *Thesmotetha* (ait) *annum dumtaxat Magistratu fungebantur, antequam in totam anteactam vitam inquirebatur, cum annum imperabant, quo finito, rursus flebat de illis iudicium, rectene imperassent, atque si iuste imperasse constasset, adscribebantur Senatui Areopagitarum.*

Num. 39. Nullus ad id munus obeundum admittebatur, qui aliquo fuisset irretitus crimine, aut favoribus, vel suffragijs adiutus, testante Guillermo Postelo, Libro de Magistratibus Atheniēsium, Cap. 4. Erant iudices perpetui, non ad nutum admoviles vt cum Demosthene tenent Valerius Maximus, Lib. 2. Cap. 1. & Pausanias, Lib. 1. eorum præcipuè muneris erat disquirere, vnde, & quomodo vnusquisque vivebat; erant adeo recti, vt de severitate notarentur; ibi solum causæ homicidiorū consulto commissorum cognoscebantur: nullūquè ad advocandum pro suis, vel alienis reis admittebant cum exclamationibus, vel vultuum distorsionibus, ne ad condemnandum, vel absolvendum possent moveri, relicto recto iustitiæ tramite; &, vt id melius consequeretur, causæ nocte enarrabantur, & decidebantur, vt Budæus in Pandectis, Lucianus in Sectis, & Celius in Hierogliphicis dicunt.

Num. 40. Sanctisimum Areopagi Consilium (propter iudicantium rectitudinem, & probitatem morū) vocabatur, ita Valerius Maximus, Lib. 2. Cap. 6. de Athenis scribens, de illo loquitur: *Est* (inquit) *& eiusdem Vrbis Sanctissimum Consilium Areopagus, vbi quidquisque Atheniensium ageret, aut quo nam quæstu sustentaretur, diligentissimè*

Anno Christi Domini 23. *inquiri solebat, vt homines honestatem (vitæ rationē memores reddendā esse) sequerentur.* Solonus hunc instituit Senatū, vel reformavit, & ad meliorē reduxit formā, si credimus Alexandro, ab Alexandro, Lib. 4. Cap. 11. ita de eo disserēte: *Postea Areopagitæ sanctior Senatus à Solone collectus est, quorū Consilio librato, moderatione Civitatis iura servabātur, bella indicebātur, lites explicabātur.* Et Lib. 3. Cap. 5. qualitates, & conditiones Senatorum quales fuisse demonstrat, ibi: *Tantique Areopagus fuit, vt Heroas, & Semideos illuc in iudicium advocatos dicerent.* Et Cicero tanti fecit Areopagiticum hunc Senatum, vt volēs inter litteras, & Arma Palæstrico modo in Oratione sua agmen dirigere; cessit arma Togæ, & susceptos in Laudatione sua Solonem, & Themistoclem, hunc pro victorijs partis, magnum, illum pro Areopagitici Senatus institutione, celebrem; Laudabiliorem Solonem censuit, ita Lib. 1. de officijs dicens: *Quamvis enim Themistocles iure laudetur, & sit eius nomen, quā Solonis illustrius, citeturquè Salamis clarissimæ testis victoriæ, quæ anteponatur Consilio Solonis, ei, quo primum constituit Areopagitas. Non minus præclarum hoc quam illud iudicādum est, illud enim semel profuit, hoc semper proderit Civitati, hoc Consilio leges Atheniensium, hoc maiorum instituta serventur, & Themistocles quidem nihil dixerit, in quo ipse Areopagum adiuverit, at ille adiuvit Themistoclem; est enim bellum gestum Consilio Senatus eius, quia Solone erat institutus.*

Num. 41. Magnum in hoc Consilio servabatur silentium, res quæ tractabantur, in summo erant secreto, taliter, vt proverbialiter, diceretur: *Areopagita taciturnior.* Vndè de occultandis Areopagitarum exemplo arcanis, atque Consilijs,

hunc

Anno Christi Domini 23.

hunc Iuvenalis, Satyra vndecima, versum dedit.

Ergo occulta teges, vt Curia Martis Athenis.

Magno illi Romano Senatui pro testimonio maximæ laudis Areopagum comparat Marcus Tullius Cicero Lib. 1. ad Atticum Epist. 13. his verbis: *Romana autem res sic se habet: Senatus Areopago nihil constantius, nihil severius, nihil fortius?* Quid mirum? Quando de eo ita Demosthenes adversus Aristocratem loquatur: *Hoc autem* (inquit) *ad Areopagi laudem accedit, quod nemo hic vsquam, vel reus damnatus, vel actor superatus ostendere potuerit sententiam perperam fuisse latam.* Magna observabantur in illo Magistratu, vt sententiæ omni rectitudine, & ab omni (licet levissima) suspicione liberæ proferrentur, nam vt inquit Lucianus in Hermosimo, vbi de eligendo Philosophiæ Magistro, hæc ait: *Neque ætatem dicentis spectandam esse, neque habitum, neque in Philosophia æstimationem: sed Areopagitas imitandos, qui noctu, & in tenebris iudicant, vt non ad dicentes, sed ad dicta ipsa respiciant.* Sed fusius idem Lucianus in Anacharside sub mediũ, Areopagitarum morem, in audiendis, aut cohibendis in iudicio Oratoribus scribit: *Ingressi* (inquit) *in Areopagum considunt cædis, aut vulneris ex destinato inflicti, aut incẽdij causam cognituri: deinde vtrique de iure contendentium dicendi copia permittitur: dicunt vero alternis vicibus, & qui litem intendit, & qui reus est, aut ipsi per se, aut Rhetorem sibi conducunt operam, quibus causa oranda est. Illi ergo, quamdiu ea, quæ ad rẽ sunt, dixerint, perferuntur à Senatu auscultante cum silentio. Cæterum si quis meditato proæmio orationem exorsus fuerit, vt iudicium animos aliqua be-* Num. 41.

Anno Christi Domini 23. *nevolentia sibi propensiores faciat, aut miseratio-nem, aut præcipuam aliquam Orationis vim, atque potentiam causæ adduxerit (qualia permulta Rhetorum filij machinantur, vt hisce verborum præstigijs iudicum pestringant oculos) progressus actutum præco illi indicit silentium non permittẽs Rhetori ad Senatum nugandi libertatem, ac verbi causæ involvendæ potestatem, quo minus Areopagitæ ea, quæ facta sunt, nudi queant perspicere.*

Num. 42. Intendebant etiam Areopagitæ in educanda iuventute, sicut aliarum ætatem rationem habuerunt, vti Isocrates in sua Areopagitica, inquit: *Curam igitur gerebant, cum omnium tum vero adolescentium in primis. Videbant enim eam ætatem turbulentissimis fluctibus agitari, & plurimis redundare cupiditatibus, maximeque necessarium esse, sic institui, vt honestis studijs, & laboribus voluptate temperatis delectari assuescerẽt. Eos enim, qui liberaliter edocti, & magnitudine animorum assuefacti essent in solis illis rebus perseveraturos.*

Num. 43. Iudiciaria fora quatuor fuisse Athenis profert Helladius apud Photium, Cod. 279. *Primum*: In Areopago, quod iudicabat eos qui ex destinato cædem fecissent. *Secundum*: In Palladio, vbi de ijs quærebatur, qui homicidium invitè commisissent. *Tertium*: In Delphinis adversus eos, qui iuste patratam cædem defenderent. *Quartum*: In Phreateo, contra deserentes vadimonia in causa cædis, de quibus fusius agit Iulius Pollux in Onomastico, Lib. 8. Cap. 10.

Num. 44. Quantum ergo Athenienses curarent ne Iudices illi Themosthetæ, seu Archontes ad Areopagi consilium magnum ascenderent, nisi prius diligenti habita inquisitione rectitudinis, prudẽ-

Anno Christi Domini 23.

tiæ, litterarum scientiæ, & morum probitatis eorum, passim Authores de Atheniensiũ moribus, & actis agentes, testantur, aliqua circa hæc notata reliquimus, num. 37. & 38. & præter ea vidẽdus Carolus Siginius, Lib. 2. de Republica Atheniensium de Oratione Lysiæ Oratoris de Evandri accusatione pertractans. Nam Lysias Orator accusans Evandrum sic ad populum aiebat. *Ac nemo vestrum arbitretur me in gratiam Laodamantis, quod mihi amicus sit, accusare Evandrum, sed vt nobis, atque vrbi prospiciam.* Et Isocrates in sua Areopagitica, non licuisse omnibus Archontibus in Areopagitarum ordinem ascendere, nisi probatissimos fuisse constaret, docet. Idemquè fuisse iudicium de Themostethis innuit Demosthenes contra Aristogitonem. *Hoc autem* (inquit) *quotquot è Themostethis in Areopagum nõ datur ascensus, omissa violentia, boni consulunt vestris cognitionibus acquiescentes.*

Num. 45. Quibus satis instruimur Athenienses de moribus Themosthetarum cognoscere solitos antequam in Areopagum ascendere permitterent; & aliquos non nunquam, qui nõ satis se probassent, fuisse ab ijs præclusos, nec vi adversus iudicia vsos: vndè facile in iudicando rectitudinem, prudentiam, scientiam, & omnis vitæ morum compositionem in Hierotheo colligimus, cum ad Areopagi magnum consilium ei sit concessus aditus, fuisseque Areopagiticum Senatorem, & de eorum numero; vt satis abunde ex dicendis numero sequenti constabit.

Num. 46. Plane, & plenè cõstat ex Græcis Menologijs, & Scriptoribus ex numero fuisse Areopagitarum Iudicum, seu Senatorum, Hierotheum: ita Menologium, apud Canisium Tom. 2. Lectionum antiquorum, fol. 881. die 4. mensis Octobris. *Na-*

Anno Christi Domini 23.

talis (inquit) *Sancti Patris nostri Hierothei, qui fuit vnus ex numero Areopagitarum, qui ab Apostolo Paulo est institutus vna cum magno illo Dionysio; cumque religiose vixisset migravit ad Dominum.* Aliud Menologium Græcũ, quod Basilij Porphyro geniti Imperatoris Orientis iussu conscriptum est, ex quo, pars sex menses continens, nempe, Septembrem, Octobrem, Novẽbrem, Dezembrem, Ianuarium, & Februarium, inventa est in Bibliotheca Baticana, quam ad fidẽ membranacci Codicis à Pedro Arcudio Corcyrensi Latinè versam, quam primum publice iuris faciendam à viro doctissimo D. Ferdinando Vgbello Abbate Cisterciensi, Hippolitus Marracius Lucensis in libro suo, Gæsares Mariani, §. 3. litt. B. fol. 14. constanter affirmat; in eo, de Hierotheo, hæc invenitur clausula. *Quarto Nonas Octobris. Commemoratio Sancti Patris nostri Hierothei Episcopi. Hierotheus Magnus Antistes ex novem virorum numero qui Athenis Sena tores erant, præceptor Dionysij Areopagitæ, Fide Christi institutus est à sacris Apostolis, quos sequutus magnam Christianæ gẽti laudem atullit. Nam & Exodios Hymnos in funere sanctæ, & preclaræ Reginæ nostræ, Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ conscripsit, & concinuit; & cum in Apostolorum oculis nihil non honestissimi, & optimi gereret, eo sapientiæ, & cognitionis divinæ processit, vt Dionysium quem Magnus Apostolus Paulus ad Christi Fidem converterat, virtute, & auxilio sanctissimi spiritus, de cælestibus virtutibus, atque Angelicis ordinibus, atque omni ornatu cælesti docuerit. Scripsit autem, & alios libros, in quibus de magnis mysterijs disseruit: cũquè totum suæ vitæ tempus in pietate, & virtute, multoquè Dei cultu consumpsisset, multisquè id*

 cir-

Anno Christi Domini 23.

circo à Deo donatus esset muneribus, ob dormivit in Domino. Menæum Græcum (de quo Pater Petrus Alloix in vita Sancti Hierothei, Tom. 1. Illustrium Orientalis Ecclesiæ scriptorum, Cap. 6. fol. 614.) etiam de hoc Divini Hierothei Areopagitico Magistratu memoratur, ita ait: *Quarta die eiusdem mensis sancti Patris nostri Hierothei Episcopi Athenarum.*

Tibi consecratus ante hac Hierotheus
O Christe iam iuvit adiunctus tibi
Quarta die tumulo concredidit Hierotheium.

Erat hic (prosequitur Menæum) *in Areopago vnus e novem Senatoribus. Qui primum à Paulo Apostolo Fidei doctrina imbutus, deinde Athenarum Episcopus ordinatus est. Ipse autem magnum Dionysium eadem Fidei in Christum doctrina instruxit.* Cæsar Baronius in notis ad Martyrologium Romanum die 4. mensis Octobris verbo, *Hierothei*, Græcos in Menologijs, ita sentisse scribit; idem firmat Pater Franciscus Bivarius in Commentarijs Chroniconis Lucij Flavij Dextri anni Christi 71. num. 3. fol. 168. ibi: *Multa isti* (loquitur de Græcis) *in laudem eius canunt in Menologijs, vbi propter eximiam morum rectitudinem, & philosophiam tradunt olim in numero Areopagitarum iudicum fuisse cooptatum.* In eadem sententia est Pater Petrus Alloix, Tom. 1. Illustrium Orientalis Ecclesiæ scriptorum in vita Sancti Hierothei, fol. 603. ibi: *Quod enim a capessendo Areopagi supremo ordine, vel iure impediret, vel vllatenus retardaret. Quo circa in sanctissimum illud, atque Augustissimum (vt iis tum habebatur) Areopagi consiliu merito suo est cooptatus.* Quibus se subscribit D. Ioannes Tamaius

Anno Christi Domini 23.

Salazar in suo Martyrologio Hispano, Tom.5. die 4. mensis Octobris in vita Sancti Hierothei, fol.400. ibi: *Tantus itaque fuit in eo virtutũ moralium splendor, doctrina specimen, ingenij acumen, & aliorum insignium facinorum excellẽtia, quod licet exterus omnium consensu ad Senatoris Areopagi fastigium eveheretur.* Sequuntur Rodericus Catus ad Chroniconẽ Lucij Flavij Dextri, fol.42. D. Paulus à Espinosa in Historia Hispalensi, Lib.2. Cap.4. Pater Antonius à Quintanadueñas, Historia Sanctorum Hispalensium, fol. 243. Pater Martinus à Roa in Historia Astigitana, Lib.2. Cap.4. fol.88. B. & alij quam plurimi, qui ita fuisse pro comperto habẽt; & est communis tàm Græcorum, quàm Latinorum oppinio, & sententia firmiori stabilita principio; ita vt pro se habeat tot Menologiorum, & Menæorum loca apertissimis verbis hoc idem declarantia.

Num. 47. Non latet Didacum Colmenares in sua Secoviensi Historia, Cap.4. §.10. fol.32. non eiusdem fuisse sententiæ, imo Hierotheum ex numero Areopagitarum Iudicum dicere, novam esse impositutam credat, audiantur ipsius ipsissima verba: *Dezir, que San Hierotheo fue de los Areopagitas, es aditiõ moderna, porque ni el Menologio antiguo de los Griegos, ni escritor alguno de los antiguos dizen tal.* Sed cum ita expresse non vnum, sed duo Menologia Græca, & vnum Menæum cõtrarium testentur (vt ex adductis in hac anotatione patet) & non vnus, sed multi ex antiquis Scriptoribus idem affirmant, & de communi Græcorum Cæsar Baronius in prædicta anotatione ad Martyrologium Romanum assereret, & antiquus ille celebris Poeta Aulus Hallus (qui florebat anno Christi 132. in illo Sepul-

Anno Christi Domini 23.

crale Poemate ad Divum Hierotheum, de eius iudicatu, ita canat.

Dimittens Patriam, Patriam mihi prabet Athenas
Hic Sophia mistes, iura severa dedi.

Omisso prædicto Canisio, dicto Tom.2. Lectionum Antiquarum, alijsquè plurimis ita sentientibus. Quomodo igitur, tan asseveranter, *Colmenarius*, dicit, quod nec Menologium Græcum, nec Author antiquus tale dicat? Persuasum est nobis elapsum fuisse *Colmenarium*, exuere volens Hierotheum origine Græciæ; nullo modo ibi sedem in iudicando admittẽs, cum pernotum videretur ad Magistratum illum solum incolas admissos extitisse? Sed quidquid in hoc observatum, sine discrimine aliquo, inveniretur (cum etiam reperiatur pro Hispano ortu Divi Hierothei multos, tàm Hispanos, quàm Exteros Authores fuisse) nullo iure Hierotheum hac Senatoria dignitate privare debuerat *Colmenarius*; nec ita in sua sententia tenaciter persistere, sed potius hunc Hierothei honorem posteris elaudatum relinquere; nam licet vt fidelis in narratione, & veritate Historiæ inveniretur, nihil ei addere concederetur; ita ei neque adimere, vel omittere aliquid permittitur; nam alias suspectus, & parũ diligens in conquirenda, & locanda veritate redderetur; vnde non immerito insurgit adversus illum, & magne inuehitur D. Ioannes Tamaius Salazar in dicto Martyrologio Hispano, Tom.5. dic 4. mensis Octobris, fol.403. vers. *Quid est.* Et miratus de novitate, suam, & nostram depromit sententiam, & *Colmenares* refutat: *Vnde miror* (inquit) *quo sensu Didacus de Colmenares in*

Hi-

Anno Christi Domini 23. *Historia Secoviensi, Cap. 4. §. 7. fol. 30. ausus fuit negare Sanctum Hierotheum fuisse vnum ex hisce Iudicibus Areopagitis. Suscepit iste eruditus scriptor onus illustrationis Secoviensis Vrbis, & tanti honoris meritum suo Pontifici primo adimere conatur, maximè stante Menologij textu, quo expressè legitur. Qui fuit vnus è numero Areopagitarum, qua ergo iustitia Chronographus Secoviensis textum apertum negat.* Quid ergo diceret Tamaius, si non vnum, sed duo (quæ in medium adduximus) & Menæum Græcum idem confirmans in conspectu haberet? Maiori cum ratione Colmenarium vehementius argueret, & objurgaret?

Anno Christi Domini 35. *HIEROTHEVS ATHENIS degens, & in Areopagitarum Magistratu ius dicens, audita Christi Domini morte à Iudæis Hierosolimis inflicta; visaque Solis eclypsi, mirabiliter præter natura cursum patrata:* A *Sciendi cupiditate motus, ex Areopago Hierosolimam venit, vbi cum multis tàm Iudæorum, quàm Gentilium, qui Hierosolimis habitabant, illucque novitatis causâ convenerãt:* B *Auditis Apostolis sacris verbum Dei, & Evangelium Christi prædicantibus, ab illis conversus est:* C *Sed cum in Ecclesia post Stephani Prothomartyris mortem magna Hierosolimis orta fuisset persecutio adversus Christianos, omnes (præter Apostolos) dispersi sunt:* D *Sed Hierotheus amoris Magistrorum suorum vinculis constrictus, Apostolos sacros sequutus est, vt satius doctrinæ suæ sacro ebiberet fonte.* E

Anno Christi Domini 35.

Num. 48.

(A) PAtrata) Solis deliquium in morte Christi Domini per totum Orbem diffusum fuit, & tenebræ operuerunt vniversam terram, ita Evãgelistæ sacri testati sunt: Matheus Cap. 27. vers. 45. ibi: *A sexta autem hora tenebræ facta sunt super vniversam terram, vsque ad horam nonam.* Lucas Cap. 23. vers. 44. *Erat autem fere hora sexta, & tenebræ factæ sunt per totam terram, vsque in horam nonam, & obscuratus est Sol.* Marcus Cap. 15 vers. 33. *Et facta hora sexta tenebræ factæ sunt per totam terram, vsque in horam nonam.* Eclypsis hæc Solis miraculose apparuit, naturalisque minime fuit, quod multis rationibus comprobari valuit, maximè ex principijs Philosophiæ tribus. *Primum:* Quia obumbravit totam terram, quod naturaliter fieri non potuit: quia Luna minor est Sole, nec eam proinde totũ possit toti terræ, nisi maximo miraculo occultare. *Secundũ:* Quia facta fuit in Plenilunio, quod alias nunquam; cum enim Solis defectio fiat ex coniunctione Solis cum Luna (id quod accidit in Novilunio) tunc facta est in eius maxima disiunctione, siuè in Plenilunio, nec Iudæi alio tempore Pascha celebrabant, quam in Plenilunio. *Tertium:* Quia duravit tres horas cum alioqui ob contrarium Solis, & Lunæ cõcursum brevissima esse debeat, & soleat, præsertim quod corpus solare ingentis sit magnitudinis, Lunare autem, eius respectu, perexiguum. Hæc mira, & inspectata sunt in prædicta Solis Eclypsi. Hanc cum Dionysius Areopagita (Civitate Helliopoli in Ægypto degens) videret, & tum temporis cũ quodam æquali suo, sophista maximo, nomine Appollofane versaretur, ambos magna tenuit admiratio, & non modo illam, sed & eius modus, adhibita regula Astronomica, curiose observa-

runt,

Anno Christi Domini 35.

runt, & tunc in hæc prolapsum verba Dionysiũ dicitur: *Ignotus in carne patitur Deus, cuius causa universum hoc obscuratum, atque concussum est.* Ita Michael Syncellus ex Græco transtulit, vel vt Suidas in Dionysio, tàm breviter, quàm elegãter intullisse memorat. *Aut Deus patitur, aut patienti compatitur*; vel vt in Breviario Romano in vita Sancti Dionysij 9. mensis Octobris: *Aut Deus natura patitur, aut mundi machina dissolvetur.*

Num. 49. Hoc Solis deliquium magis illi qui Philosophiæ, & Astronomiæ scientia periti inveniebantur, admirati sunt, cum præter regulas patratum aspicerent, de eo egerunt inter Ethnicos scriptores; Egregius Historicus Adriani Imperatoris Phlegon, Lib. 13. ad annum Christi Domini 33. Thallus quoque Historicus, secundi sæculi scriptor in sua Historia, Lib. 3. Ex Græcis meminerè Origenes, Tertullianus, & Sedulius Præsbyter, Lib. 5. Paschalis operis. Ex Latinis scribunt Divus Augustinus, Epist. 80. ad Hesichium, Tom. 2. Sanctus Hieronymus ex Chronicone Eusebij. Dionysius Richelius in expositione Epistolæ Sãcti Dionysij ad Appollophanem; & alij plurimi. Eclypsim hanc Solis; quæ (vt inquiunt Evangelistæ sacri) per totam terram manifestata fuit, latuisse Hierotheo non potuit, imo, vti scientia pollẽte, hoc admirabili spectaculo perculso, quid sibi vellent ista, inter se ipsum quæritabat, terruit magis vox illa celer post Christi Domini mortem, eius resurrectionem annuntians, quod Christus Dominus Apostolis suis varijs in locis, & diversis temporibus apparuit, certam, & manifestam, veram, & realem eius faciens à mortuis resurrectionem, adstruens, & confirmans eos in fidei rebus: quod post quadraginta dierum spatiũ

Anno Christi Domini 35.

videntibus illis, ad cœlos ascendit, & promissum Spiritum Sanctum in die Pentecostes misit, quo suscepto, varijs loquebãtur linguis, ita vt ab omnibus intelligerentur nationibus, prædicãtes Verbum Dei, & Evangelium Christi quæ, & alia, per vniversam terram divulgata multos ex omni parte ad hæc videnda Hierosolimam adduxerunt, inter quos Hierotheum fuisse, non solũ credibile, sed per notũ iudicatur; assentit Pater Martinus à Roa Societatis Iesu in sua Astigitana Historia, Lib. 2. Cap. 4. fol. 79. cum ita de hac sententia loquatur: *A San Hierotheo pudo despertarle a este viage el Eclipse tan milagroso, y tan admirado del, y de los Sabios de Athenas, y las nuevas de la vida, y muerte de Christo, y prodigiosas obras de los Apostoles, que por la comunicacion, y correspondencia de los Hebreos repartidos en las Naciones, yà llenavan el mundo.* Idem tenet Ildephonsus à Villegas in Flore Sanctorum in vita Sancti Hierothei, Tom. 1. fol. 398. infrà citatus, & post eum Pater Franciscus à Bilches Societatis Iesu, in suo Libro, *Santos, y Santuarios del Obispado de Iaen, y Baeza*, Part. 1. Cap. 10. fol. 21. *Y assi me inclino a lo que muchos, que Hierotheo recibio el Bautismo en Ierusalen, poco despues de la Ascension de Christo nuestro bien, no seria dificultoso vida su fama, y vidã admirable, y visto el Eclipse universal de su muerte, trocasse el suelo ageno, quien avia dexado el propio, por certificarse de tan grandes maravillas.*

Num. 50. (B *Convenerant*) De hoc, in prædicatione Apostolorum Hierosolimis, gentium ex omni parte, conventu, testatur Evangelista Lucas, in Cap. 2. Actor. Apost. vers. 5. ibi: *Erant autem in Ierusalem habitantes Iudæi viri religiosi ex omni natione, quæ sub cælo est: facta autem hac voce* (lo-

Anno Christi Domini 35.

quitur de adventu Spiritus Sancti in Apostolos, & Discipulos Christi) *convenit multitudo, & mēte confusa est, quoniam audiebat vnusquisque lingua sua illos loquentes, stupebant autem omnes, & admirabantur.* Et tunc recepisse Verbum Dei, baptizatosque fuisse circiter tria millium, idem Evangelista commemorat, vers. 41. ibi: *Qui ergo receperant sermonem eius, baptizati, & appositæ sunt in die illa animæ circiter tria milliū.* Et quotidie crescebat numerus credentium, vt idem Evangelista narrat, vers. 47. ibi: *Dominus autem augebat, qui salui fierent quotidie in id ipsum.* Non solum Iudæi, sed Ethnici ibi ex omni parte aderant, & factum divina providentia fuit, vt confluerent ad vmbilicum Orbis ex omni natione vt Ezechiel Propheta, Cap. 5. vers. 5. Verbis Dei refert Hierosolimam positam in medio gē- tium, & regiones in circuitu eius, ita Propheta: *Hæc dicit Dominus Deus: Ista est Hierusalem; in medio gentium posui eam, & in circuitu eius terras.* Et vt Theodoretus observat causam esse, vt per Iudæos, omnes homines, beneficio Deus afficeret; & hoc operatus est Deus in Hierusalem in medio terræ, vt Psalmista ait, Psalm. 73. vers. 12. *Deus autem Rex noster ante sæcula, operatus est salutem in medio terræ.* Et quamvis solum hic nominentur expresse Iudæi, in illo verbo, *Natione,* etiam comprehenduntur, & intelligūtur gentes; siquidem ex ijsdem dicuntur Ethnici, qui Gentiles, & sic non nulli putant, de Iudæis vsurpari non nunquam gentium nomen, vt apud Sophoniam, Cap. 3. vers. 8. ibi: *Qua propter expecta me, dicit Dominus in die resurrectionis meæ in futurum, quia iudicium meum, vt congregem gentes, & colligam regna, & effundam super eos indignationem meam, omnem iram furoris mei.* Et etiam

Anno Christi Domini 35.

eodem modo de Iudæis vsurpatur nomen gẽtis, sicuti videmus apud Regium Psaltẽ, Psalm. 105. vers. 5. *Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad Lætandum in Lætitia gentis tuæ, vt Lauderis cum hæreditate tua.* Et Ezechielẽ Cap. 36. vers. 13. ibi: *Hæc dicit Dominus Deus; pro eo quod dicunt de vobis: Devoratrix hominum es, & suffocans gentem tuam: propterea homines non comedes amplius, & gentem tuam nõ necabis vltra, ait Dominus Deus.* Et Lucam in caput vltimum Act. Apost. vers. 28. ibi: *Notum ergo sit vobis, quoniam gẽtibus missum est hoc salutare Dei.* Vndè colligi debet nõ solum Iudæos, sed Ethnicos fuisse in prædicatione Apostolorum Hierosolimis post adventum Spiritus Sancti Paracliti; vt omnibus fierent hæc Charismatum dona manifesta, & possent vbique de eis testificari; ita sentit Divus Chrisostomus Homil. in Act. Apost. ibi: *Et cum essent id temporis Iudæi in captivitates, conveniebat vt illis multi adessent ex gentibus, siue quod iam ad gentes fidei quoque dogmata seminata fuerint (videlicet celebritatem doctrinæ, miraculorum, mortis, & resurrectionis Christi) & hanc ob causam complures ex illis aderant, vt memorarent, quæ audierant: certissimum testimonium a Civibus, ab hospitibus, ab advenis.*

Num. 51. (c *Conversus est*) A quibus, quo tempore, & loco Hierotheus ad Fidem Christi adductus sit, varia sunt vota. A quibus triplex est sententia, *Prima*, quod à Christo Domino. *Secunda*, quod ab Apostolis sacris. *Tertia*, quod à solo Divo Paulo. Quo tempore, & loco etiam varia sunt iudicia. *Quidam* existimant eo fuisse quando Christus Dominus Hierosolimis ante eius crucifixionem Iudæis prædicabat Mesiæ adventum; ita Ioannes Schotus in Dionysium, Frater Ioannes à

Ponte, Lib. 2. *de la conveniencia de las dos Monarquias*, Lib. 2. Cap. 12. §. 4. fol. 150. ibi: *Buelve a repetir San Lucas, que se convirtieron otros* (loquitur post conversionem Dionysij Areopagitæ in Areopago.) *Algunos cuentan entre los convertidos à San Hierotheo; tengolo por fabuloso, por las razones q̃ darè en el libro septimo; mas creo à Iuan Escoto, Monge de San Benito, que le haze Discipulo de Christo, y sospecho que acompañò à San Pablo en su peregrinacion, y le dexò el Apostol en Athenas, para regir aquella Iglesia recien fundada, y instruir à San Dionysio en los Misterios de la Fè.* Quos sequitur Frater Franciscus Vivarius, Ordinis Cisterciensis, Lib. 1. de Monacatu Apostolico, Cap. 9. num. 3. fol. 117. *Ali*, quando Athenis convertit Paulus Apostolus Dionysium Areopagitam, Damatim, & alios vt etiã legitur Actor. 17. comprehendentes Hierotheum in illo verbo Lucæ. *Et alios*, & istorum non est Authorum minima pars, tenet D. Ioannes Tamaius Salazar in Martyrologio Hispano, Tom. 5. die 4. mensis Octobris, fol. 400. Licet non neget Hierosolimam ad audiendos Apostolos ivisse Hierotheum, ibique corde tactum pro Catholicæ Fidei veritate ex prædicatione sacrorum Apostolorum evasisse, sed conversum, nisi Areopago in Athenis cum Dionysio Areopagita negat. *Ali*, quando Apostoli Hierusalem prædicabant Verbum Dei, & ex omni natione illuc convenerant gentes, vt eos audirent, sicuti Evangelista Lucas in prædicto, Cap. 2. Actor. Apostol. quibus favent Menologia Græca, ab Apostolis Hierotheum conversum ad Fidem affirmantia. *Reliqui*, quando Divus Paulus degebat Cypro, & Papho, & convertit Sergium Paulum Proconsulem vt dicitur

Anno Christi Domini 35.
Num. 52.

Act. 13. quam sequitur Luitprandus in adversarijs, num. 236.

At in tanta varietate votorum pro soliditate veritatis, quid esset sequendum non facile fuit invenire; sed quod solidioribus fundamentis reperimus stabilitum, illud amplexi sumus; & quoad primum dubium, à quibus fuit Hierotheus ad Fidem conversus, ab Apostolis sacris creditur, nam hoc manifeste indicat, & docet expressus Menologij Græci textus, superius allegati, ita dicentis: *Fide Christi institutus est* (loquitur de Divo Hierotheo) *à sacris Apostolis, quos sequutus magnā Christianæ genti laudem attullit.* Petrus Galesinus in Martyrologio Romano die 4. mensis Octobris, hanc de Sancto Hierotheo, eiusque conversione clausulam apponit: *Athenis Sancti Hierothei Episcopi: hic in Christi Fide ab Apostolis, quod sibi ad imitandos proposuit, institutis, magnā populo Christiano laudem attullit.* De hac Apostolica doctrina, Magistro suo Hierotheo concessa, etiam Dionysius Areopagita in suo Libro de Divinis Nominibus, Cap. 2. memoratus, dicens: *Hæc inclitus Præceptor noster Hierotheus in Theologicis elemētis supra naturæ modum mirabiliter celebravit: quæ vel à Theologis sanctis* (id est, Apostolis, nam ita eos nominat Dionysius in multis suorum operum clausulis) *accepit; vel artificiosa litterarum sacrarum in dagatione perspexit, frequenti circa illas exercitatione, studioque diurno.* Confirmat prædicta, quod Ioannes Scotus, qui primus Areopagitam è Græco transtulit iussu Caroli Magni, vocat Hierotheum Apostolorum discipulum, & Episcopum; ita etiam tenet Pater Ioannes Lorinus è Societate Iesu in Cap. 17. Actor. Apostol. fol. 742. Haud obscurius hoc idem concinit in suo in Hierotheum Encomio,

Simeon Metaphrastes cum laudationis suæ his incipiat verbis sermonem. *Laudemus Hierotheũ, sacrum Dei Hominẽ celebrabo. Par enim, & iustum est. Quoniã nõ modo bonis operibus se se Deo dicavit (vtpotè inter se actio, & nomen convenirent) verumetiam, quia cum Ministris cœlestibus, Deo etiam consecratis, eumquè semper vidẽtibus, simul vigens, atque conversans, eorumdem gratia, & dignitate perfruebatur. Nam vna cum illis æquale ministerium aggressus, æque etiã gloriam reportavit. Ideò consentaneum est, vt pariter cum illis eum prædicemus, atque honoremus. Postquam enim concorditer, & Apostolicè viuẽs, è vita migravit, iure Apostolica Laus, & veneratio ipsi debetur; æqualium enim laborum, similitudo æqualia præmia reposcit.*

Ex prædictis facilis est intelligentia calculi tẽporis, & loci, vbi hæc Hierothei ab Apostolis ad Fidem conversio contigit: nempè primis illis annis eorum prædicationis, post Christi Domini mortem, eius resurrectionem, & ad cœlos Ascensionem; & sic rectè ratiocinatur Magister Ildephonsus à Villegas fuisse tempore Apostolorum, quando post Christi Domini ad cœlos Ascensionem, Hierusalem Apostoli Verbum Dei gentibus annuntiabant, & in Synagogis prædicabant: sic in Flore Sanctorum, Tom. 1. fol. 398. in vita Sacti Hierothei, ibi: *Mas San Dionysio dize del, què predicaua a Christo en Hierusalen, antes què San Pablo viniesse a España, y assi seria de los què dize San Lucas, què estauan en Hierusalen de todas las Naciones del Mundo gentes.* In eandem sententiam venit Pater Martinus à Roa in sua Astigitana historia, Lib. 2. cap. 4. fol. 79. ibi: *De alli satisfecho su deseo* (loquitur de accesu Hierothei ad Hierusalem ad videndos,

Anno Christi Domini 35.

& audiendos Apostolos) *y recibida la Fè por la enseñança de los Apostoles, pudo bolverse a Athenas, antes que a ella llegasse San Pablo, ò tambien en su compañia*; sequitur ex eadem Socitate Pater Franciscus de Bilches in suo Libro, Santos, y Sātuarios del Obispado de Iaē, y Baeza, Cap. 10. fol. 22. ibi: *Y asi me inclino a lo que muchos, que Hierotheo recibio el Baptismo en Hierusalē, poco despues de la Ascension de Christo nuestro bien, no seria dificultoso, oida su fama, y vida admirable, ò visto el Eclipse universal de su muerte, trocasse el suelo ageno, quien avia dexado el propio, por certificarse de tan grandes maravillas. Tambien, que fue instruido en los Misterios de la Fè por los mesmos Apostoles, y que les siguio en sus peregrinaciones, y ministerios; asisiente Pedro Galesino.* Novissime D. Ioannes Tamaius Salazar in vita Sancti Hierothei, Tom. 5. Martyrologij Hispani, die 4. mensis Octobris, fol. 400. prędictos Authores sequens, eandęm sententiam amplectitur, his verbis: *Huius enim officij munus* (loquitur de Magistratu Areopagitico Hierothei) *Hierotheus, cum per aliquos annos exerceret, illud tamē divino speramine dimittit, & Hierosolymam cōscendere disposuit, eo tempore, quo Apostoli Christū per Synagogas Iudaorum, validis contionibus esse filium Dei pradicabant, & Evangelij veritatem populos edocebant; quorum Sermones Macer exaudiens, lumine veritatis caelesti plenus, Apostolicam pradicationem meditatus, facili ingenij impulsione devinctus, Apostolicis monitionibus adhasit.*

Num. 54. Sed illico iuxta prædicta se offert non minima difficultas; nam Martyrologium Romanum, aliqua Menologia, & Menæa Græca, & multi Scriptores confitentur, & defendunt Hierotheū fuisse

Dis-

Anno Christi Domini 35. Num. 55. Discipulum Sancti Pauli Apostoli, & ab eo in fidei rebus instructum: quomodo ergò ab Apostolis ad Fidem conversum, affirmatur?

At, pro illorum, & nostra sententia (licèt prima fronte obiectio non exigui roboris videatur) respondendũ duplici ratione existimatur, satisque fieri difficultati: *Primò*, quòd licèt verum sit, Hierotheum Discipulum fuisse Divi Pauli (vt Martyrologium Romanum, & Menologia Gręca testantur) non sequitur ex hoc, quod ab illo fuisset ad fidem conversus; potuit ab alijs converti (vt factum dicimus) & ab eo instrui, nam differentia non parua versatur inter hæc verba, *conversus*, & *instructus*; *instructus* indicat, & supponit conversum. *Conversus* non præcisè includit instructũ; potuit Hierotheus ab Apostolis sacris ad Christũ conuerti, & posteà à Divo Paulo in eisdem Fidei rebus, & Mysterijs, instrui, & solidari (sicuti credimus evenisse casum) quando Areopago Dionysium Areopagitam Paulus cũ Damari, & alijs ad Fidem convertit: *Secundò* quia, concessa illa prima ab Apostolis Hierothei conversione, non obsistitur Magisterio Pauli, nec negatur, quod habuit Hierotheus Paulum Apostolum suum Catechistem, & Magistrum, & eum in Religionis Catholicæ initijs instruxisse; hoc ita in multis locis invenitur expressum; & sola hæc instructio sufficit pro suo discipulatu probãdo, & quod verè dicatur, & prædicetur Discipulus Divi Pauli, & Paulus eius Magister.

Num. 56. Adhùc pro contraria parte argumentari poterit; quòd licèt cõcedatur, diversitatem versari inter illa verba *instructus*, & *conversus*, attento eorum significatu; & videatur etiã, ferè omnia Menologia loquentia de doctrina Divi Pauli ad Hierotheum in Areopagi vico, magis, verbis, instru-

Anno Christi Domini 35.

ctionem, quàm conversionem significantibus vsa; Attamèn in illo primo Menologio, vbi dicitur: *Qui ab Apostolo Paulo est instructus vnà cũ Magno illo Dionysio*; in illo verbo *instructus* cõversionem voluisse magis demonstrare, quàm instructionem, nàm fuit vnà cum Dionysio, qui ibi ad Fidem conversus fuit á Paulo, vt Actor. 17. dicitur; ergò etiàm Hierotheus?

Num. 57. Cui difficultati respondetur, quòd quamvis Dionysius fuit ibi conversus ad fidem, fuit etiam simul, & instructus in illa, & in hac parte, ambo æquales remansère Hierotheus, & Dionysius, cũ vnà ab Apostolo fuissent in rebus Fidei instructi, & verificantur verba illa, *vnà cum Magno illo Dionysio*; sed cùm reperiatur aliud Menologium eorundem Græcorum, ab Apostolis fuisse cõversum Hierotheum affirmans, & non in illo Areopagi vico, vt conciliari posfint dicendum est, Menologij verba, quibus instructum fuisse Hierotheum edocemur, rigurosè esse intelligenda, vt sonant solam instructionem amplectentia, non conversionem significantia; illud, quod testificat ab Apostolis esse conuersum, rigurosè etiam intelligendum, ne contrarietas detur, quæ semper debet evitari, & tolli in omni dispositione, & legum interpretatione iuxta caput inter dilectos de fide instrumentorum, & legem vbi repugnãtia de regulis iuris, nec novum sit vnam per aliam legem interpretari, & explicari, vt lex ideò, & lex non est novum, ff. de legibus, docent.

Num. 58. Fortior redditur hæc sententia; quia si Athenis, vel Papho in Cypro fuisset ab Apostolo Paulo conversus Hierotheus (sicut aliqui existimãt) Divus Lucas, qui in actis Apostolorum quæque minutisima facta Apostoli Pauli commemorat,

maximè illa, quæ ad gentium conversionem pertinebant, vt videmus fecisse quando Athenis convertit Dionysium, Damarim, & alios, eiusdē Civitatis Incolas, & Papho in Cypro convertit Sergium Paulum Proconsulem, vt legitur Actor. 13. & 17. si ibi ad fidem Hierotheum attraheret, etiā de eo specialem mentionem faceret, cū ita apud omnes, propter summam eius Philosophiæ sciētiam, & in Areopagitico Magistratu sedem magno esset in honore. Vndè cum nec Athenis, nec Papho in Cypro de hac Hierothei conversione, nec verbum dicat Evangelista Lucas, ibi nō fuisse pro certo stabiliendum iudicamus. Hoc idem compulit Divo Hieronymo inter apocryphas adnumerare historias, Periodos Pauli, & Theclæ, & totam baptizati Leonis fabulam; & agens de Divo Luca in suo libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, ibi de hoc reddit rationem; *quale enim est* (inquit Hieronymus) *vt indiuiduus comes Pauli inter cæteras eius res, hoc solum ignoraverit*? Hoc idem dicere valemus de conversione Hierothei in Areopagi vico, vel Papho in Cypro, vbi Sanctus Lucas in actis Apostolorum Dionysiū, Damarim, Paulum Sergium, & alios ad fidem adductos recenset, cur ergo, si ibi Hierotheus conversus fuisset, haud etiam cum prædictis nominares?

Hac difficultate motus Pater Ioannes Lorinus in acta Apostolorum, cap. 17. fol. 742. Athenis Hierotheum à Divo Paulo conversum negat, ita ait: *Dionysius quidē crebrò Hierotheum Magistrum suum vocat, sed Hierotheum non nemo Hispanum facit, profectò Lucas hoc loco tanti viri conversionem non prætermisset.* Hanc etiam militasse rationem in Papho, ac in Athenis ipsa dubitandi occasio, suadet, & eas coniungens Pater

Anno Christi Domini 35.

Franciscus Bivarius in suo Demonachatu Apostolico, lib. 2. cap. 9. num. 3. ita docet: *Porrò Hierotheus, quem alij Pauli auditorem credūt, coadiutorem potius fuisse, & Iesu Discipulum non levibus coniecturis remur; Namque vnde à solo Paulo (vt Dionysius ipse) conversus Athenis, vt illic ortus (licèt Secovia oriundus) poterat ante Dionysium sic in theologicis facultatibus excoli, vt eius Praeceptor fieret? Nam & Dionysius in priori Pauli Athenas adventu ad fidem conversus est, cum iam philosophia esset apprimè excultus, quod eius scripta indicant; & fatetur in epistola ad Policarpum, & epistola ad Apolophanē. At primus Pauli adventus Athenas (vt communis fert opinio) accidit ad annum 48. ex quo fit perperam à Luitprando in adversarijs Hierotheū, quem Macrum praenominatum vult, dici cōversum in Cypro à Paulo anno 45. cum prius praefectum illum egisset Hispaniae Tarraconensis. Tum quia Paulus vsque ad annum 46. post famem ab Abago praedictam, non fuit segregatus in Evangelium, nec navigavit in Cyprum, nisi vt minimum ad annum 47. (quod nos stabilitum relinquimus in commentarijs ad Dextrum anno 48.) quarè nequivit converti à Paulo in Cypro; vbi nōdum erat, imò nec Apostolus designatus. Tùm etiam, quoniam nequaquam taceret Beatus Lucas rem tanta memoria dignam, qui omnium peregrinationum Pauli individuus Comes minutissima quaque recensuit in actis Apostolorum, & inter caetera Athenis conversionem Dionysij, & vxoris eius, multo magis commendatum memoriae conversionem Magistri sui, si contigisset. Nec assignari poterit congruēter locus, & tempus eius conversionis, ita praedecens conversionem Dionysij, vt à Paulo iam Apostolo ad fidem adductus,*

Anno Christi Domini 35.

tandiù in eius disciplinis versaretur, quòd Dionysij Praceptor evaderet, ea doctrina amplitudine pollens, qua ab eo tùnc iam excelluisse describitur; eo vel maximè, quod capite secundo de divinis nominibus versatū eum fuisse Dionysius prodat. Ab inclyto Praceptore nostro (Hierotheo) celebrata sunt sublimiter penitus in ipsius theologicis elementis, qua ille, sivè à Theologis sanctis accepit, sivè etiam ex solerti scripturarum indagine comprehendit longo exercitio, ac tempore. Vocat verò sanctos theologos omnes Prophetas, & Apostolos, Scriptores librorum Canonicorum; quos vel legit, vel viva voce consuluit, & audivit; vtpote sub eadem domini ferula cū eis eruditus. Quamobrem solertèr à Dionysio Divinus cognominatur, quo Apostolos cognominare ipse consuevit.

Num. 60. Multi huic assentientes sententiæ inveniūtur, quos longum esset recensère; sit vnus pro multis Simeon Metaphrastes, inter Scriptores Græcos tantæ authoritatis, vt de eo honorificam mētionem faciant Concilia Florentinum, & Ferrariēse; Beatum illum nominat Theodorus Balsamus, maximè, qui eius studia, & labores in conquirenda Sanctorum Sepulchra, & conscribenda martyria collaudat: *Magna itaque* (inquit Balsamus) *Beato Metaphrasti agenda est gratia, qui martyricas pro veritate fossas non sine multis laboribus, & sudoribus repugnavit, & exornavit ad Dei laudem, & Sanctorum Martyrum peremnē gloriam* (ita in 6. Synodo Constantinopolitana Canone 63.) qui in encomio Sācti Hierothei (quod ex Græco Latinum verti curavimus ex quodam M.S. codice in Scurialènsi Regia Bibliotheca M.S. invento, & recondito, quod ad annum 855. ad literam recensebitur) ita de conversione Hierothei loquitur: *Existimo autèm quod ante concio-*

nem

Anno Christi Domini 35.

nem illam (scilicèt Pauli in Areopagi vico) *à Deo inspiratam, Hierotheum credidisse, atque Divini Pauli Discipulum fuisse. Non enim si tùnc vnà cum Dionysio crederet, Sanctus Lucas silētio præterisset, & de nomine ipsius mentionem fecisset, cùm esset illustrior, & sapientia, ac virtute excellens.*

Num. 61. Ex quibus responsum datur Luitprandi loco, qui in Cypro conversum à Divo Paulo Hierotheum existimat, ibi: *Perrexit anno 45. Cyprum, vbi Paulum audiens, conversus est ad fidem, & eum secutus est*; Hocque fieri non potuisse triplici ratione demonstratur; *Prima* quia si hoc in loco, talis Hierothei conversio contigisset, non silentio præterisset illam Evangelista Lucas (vt adnotant superiùs allegati Authores); *Secunda* quia tē poris computatio, & calculatio obstant suę assertioni (vt Pater Bibarius meritò opponit prædicto Luitprandi textui) nàm anno 45. quo Luitprandus inquit Hierotheum audisse Paulum Cypro, & ab illo fuisse conversum, ibi Paulum non fuisse, à multis comprobatur. Cæsar Baronius ad annum 46. mittit hanc Pauli, & Barnabæ in Cypro prædicationem, ita tom. 1. Annalium anno Christi 46. fol. 358. *Dum hæc agerentur in Iudæa* (inquit Baronius) *Paulus, & Barnabas, qui vt diximus anno superiori solemni ritu ad prædicationem Evangelij Apostolatum acceperant, cum assumpto secū Ioanne, qui cognominatus est Marcus, peragrassent Seleuciam, atque inde Cyprū navigassent, ac venissent Salaminam, vniversamque demum insulam perambulassent. Paphum denique venientes Sergium Paulum Proconsulem nacti, ad fidem Christi convertunt.* Idem sensit Bartholomeus Gavantus, tom. 2. Thesauri sacrorum rituum in vita Sancti Pauli, fol. 316. vbi anno

Chri-

Anno Christi Domini 35.

Christi 46. ita ait: *Seleuciam, Cyprum, Salaminam, Paphum se contulit* (loquitur de peregrinatione Sancti Pauli, in prædicatione Evangelij) *& in Papho ad Christum convertit Sergium Paulũ Proconsulem, obcæcato Mago Iudæo, nomine Bariesu, seu Elyma, qui avertebat Sergium à fide.* Et assentientes venerabili Bedæ Præsbytero, qui ordinationem Pauli, quam vocat Apostolatum, ponit anno 13. post Christi Domini Ascensionem, hoc ad Cyprum Insulam Pauli, & Barnabæ iter ad annum 47. Christi ad minus fateri compellimur, cùm Ascensio Domini anno 34. & Cæsare Baronio, alijsque Scriptoribus Ecclesiasticis posita inveniatur; vndè additi huic anno alij 13. numerum 47. impleat; quomodo ad annum 45. ex Luitprãdi sententia ibi Hierothei conversionem fuisse credere licet? Ita Beda: *Quarto decimo ad Magisterium* iuxta *condictum Iacobi, Cephæ, & Ioannis profectum esse, atque consentire historiam Ecclesiasticam, quæ ait, Apostolis esse præceptum vt duodecim anni in Iudæa prædicarent*; *tertia* quia ex Menologij textu ab Apostolis hanc Hierothei conversionem comprobatur, & quamvis verificari posset, si Cypro facta constaret, cùm ibi Paulus, & Barnabas Christum prædicabant, ex ipso Luitprandi textu de his sacris Apostolis non intellexisse videtur, nec loqui, agit in singulari, personam Pauli tantùm referens, Barnabæ autèm reticens: *Paulum audiens* (inquid) *conversus est ad fidem, & eum secutus est*; non sileret Barnabam, si ab illo simul, vel illo tempore esset cõversus, sed in plurali ab Apostolis diceret ad fidem fuisse conversum? Credendum sanè est Cypro Hierotheum ab Apostolo Paulo conversum minime esse, sed multo retrò ab hoc anno, nec Athenis vti posteà ad annum Christi 52. latè

pro-

Anno Christi Domini 35. Num. 62.

probabimus, cùm de sede Episcopali Hierothei in Athenarum Ecclesijs egerimus.

(D *Dispersi sunt.*) Evangelista Lucas de hac dispersione fidelium post Divi Stephani Protomartyris mortem ab Hierosolymis, ita loquitur in cap. 8. actorum Apostolorum, vers. 1. *Facta autẽ in illa die persecutio magna in Ecclesia, quæ erat Hierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudeæ, & Samariæ præter Apostolos.* Prosequitur hanc eandem persecutionem Lucas in capite 11. actorum Apostolorum, vers. 19. ita dicẽs: *Et illi quidem, qui dispersi fuerant à tribulatione, quæ facta fuerat sub Stephano perambulaverunt vsque Phænicem, & Cyprum, & Anthiochiam, nemini loquentes verbum nisi solis Iudæis;* creditur de numero istorũ fuisse Galatas ad quos scribens Paulus Apostolus, cap. 3. vers. 1. dicit: *O insensati Galatæ! quis vos fascinavit non obedire veritati, ante quorum oculos Christus proscriptus est, & in vobis crucifixus.* Oportuit, vt hæc sævis persecutio oriretur in Ecclesia, vt dispersi Discipuli verbum Dei seminarent, cresceretque fidelium numerus, quod Beati Stephani precibus impetratum fuisse à Deo Gregorius Nyssenus in oratione de Sancto Stephano gravissimis verbis ostendit: *Quemadmodum* (inquit) *periti Athletæ subeunter corpus adversariorum per quandam artificiosam agilitatem, atque habilitatẽ graviorem lapsum illis struunt, ita magnus quoque Stephanus humi postratus gravem illam adversarij contusionem effecit. Hinc in Orbem terrarum Discipuli currere cæperunt. Hoc omnes in partes sermonis divulgationis initiũ est; nàm nisi ab illius cæde Populus Iudæorum in Discipulos sævisset, forsitàm solummodo Hierosolymis Evangelij gratia inclusa esset, nùnc verò agitati à Iudæis alius*

alio gentium per Orbem dispersi sunt, vndique per Mysteriorum doctrinam Diabolum exturbātes. Hoc modo Samaria verbum recepit: hoc modo obiter in via salus Eunuchi à Philippo conficitur; Ita magnum illud Ecclesiæ instrumentum Paulus ira, minisque à Diabolo armatus adversus ipsum armatorem tela vertit, ex omni eum exterminās Orbe terrarum, vt nullum relinqueret locum fidei Christianæ in accessum. Hinc Ægiptij, Syri, Parthi, & Mesopotamij, Itali Illirici, Macedones Christum agnouerunt, & omnes vtique gentes sermo percurrens ad fidem adducit.

Omnes dispersi dicūtur ex Discipulis, qui manifesti erant, ita intelligit hunc locum Lucæ Eusebius Cæsariensis lib. 2. historiæ, cap. 1. nàm ex fidelibus, & ad Christum conuersis multos latuisse post hanc persecutionem, ex ipsomet Luca cōstat, qui in eodem capite 8. Actor. Apostolorū dicit, Saulum Ecclesiam persequentem, viros, ac mulieres ex suis domibus deduxisse, & carceribus tradidisse, ita vers. 3. *Saulus autèm devastabat Ecclesiam, per domos intrans; & trahens viros, ac mulieres, tradebat in custodiā*; vndè rectè Pater Ioannes Lorinus in commentario ad hunc locum dicit, quòd facta dispersione perscrutabatur Saulus adhùc eos, qui clam remanserāt (quod idem satis eiusdem textus verba indicant) colligitque absconditos multos remansisse: *Arbitror etiàm non nullos* (inquit Lorinus in §. 1. huius capitis 8. Actor. Apostol. fol. 358.) *aut latuisse, aut propter vel familiam, vel favorem dimissos esse, saltèm ad tempus, licèt passim indicta persecutio in omnes esset, exceptis Apostolis, vel per anticipationem dixit Lucas omnes, quia paulò post in omnes pervasserit procella persecutionis.* Ex quo deducitur non difficile fore Hierotheo, vt latendo per-

Anno Christi Domini 35.

secutoribus in hac sæva persecutione, se manifestum præberet Apostolis, & charitatis munus ad implens, subveniendo eis, etiam fidei, & Christianę religionis apices attingeret, eos in prædicationibus suis, & documentis sanctis scrutans, & audiens.

Num. 64.

(E *E fonte*) Menologium Græcum, ab Apostolis sacris Hierotheum cōversum dicit, postcàquè eos sequutum, ibi: *Fide Christi institutus est à sacris Apostolis, quos secutus magnam Christiana genti laudem attulit.* Iuxta quæ verba credēdum est, quòd quamvis persecutio Ecclesiæ Hierosolymis in Christianos durè vexavit post Protomartyris sancti Stephani mortē, Hierotheum Hierosolymam aliquo tempore remansisse, ibique clā Apostolis sacris, Magistris, & præceptoribus suis opem præstabat, eorum Evangelica doctrina cōtinuò fruens, ita vt sensim in rebus divinis, Mysterijsque sacris proficiendo, in eorum intelligētia, plurimis alijs præficeret.

Anno Christi Domini 38.

HIEROTHEVS CONSORTIO sacrorum Apostolorum in Evangelij doctrina, fideique rerum, & Mysteriorum instructione; tantùm Hierosolymis profecit, vt quòd humanarum literarum studio cōsequi hùc vsque potuit, iam in divinarum exercitatione, & contemplatione, tempore exiguo, consumpta priùs tempora, maxima cum vtilitate fuerit lucratus. A *Et vt plenius, ac perfectius se in Scripturis sacris exerceat, orationique, & contemplationi vacet, Athenas revertitur suorum Magistrorum permissu.* B

(A LVcratus) Profectus in divinis Literis à Hierotheo post eius ad fidem conversionem factos, solus ille, qui ita appri nè novit, eisque potitus est, Dionysius Areopagita testari valet, quantum divinarum rerum scientiam Magistri sui extulerit in scriptis suis; passim lector eorum inveniet, sed Simeon Metaphrastes eam etiam contemplans in encomio eiusdem sancti per magnã multis demostrat: *Si enim*(ait) *ille Dionysius divinorum cognitione pollens, novem calestium ordinum interpres divina, & humana sapiẽtia plenus, se ab eorum*(quæ Hierotheus scripsit) *intelligentia procul ab esse fatetur, si Thimotheus inter Apostolos sanctissimus Martyr librũ ea circumplectentem, ut mentem suam superãtem eidem Dionysio, qui eum sibi utendum dederat, remisit, quis (licet sit sapientia alter Socrates, & Plato, vel eloquẽtia alter Demosthenes, aut Thucydides) attinget Hierothei scriptorũ, aut intelligentiã, aut laudem? Quidquid enim in illius scriptis perspicitur, excedit omnem sermonem, laudem, admirationẽ, & repræsentat ingenij magnitudinẽ, mentis præstantiam, scriptoris puritatem, necnon dictionis permutationem alternatim cum lepore, ac venustate, phrasis, & elocutionis puritatem, & suavitatem, orationis splendorem, & elegantiam fulgidos à se radios vibrantem, compositionis, & structura verborum ornamentum à fabrecompactum, atque dispositum, animi conceptum, copiam unà cum utilitate cogitationum divina maiestatem, & celsitudinem, gravitatem cum claritate, Sanctissima Trinitatis theologicam explicationẽ, & Verbi Divini Incarnationis arcanam expositionem, magnificentiam, magnitudinem, authoritatem, & alia omnia, qua tanquam divina, & veneranda ferè certant cum tabulis Dei digito*

Anno Christi Domini 38.

sculptis, nec minus aurem delectant, quàm utilem doctrinam exhibendo in se vim habentia, haud dissimilem illis, tabulis; etenim cum illis fædus, inerunt. Non enim tantopere delectant aurem, quantopere vitæ conferunt, atque expediunt; & sanè quam maximè? Valdequidem oblectare possunt auditores, sed magis effusè beneficio afficere fideles. Itaque nequis tantum elegantiam, ornatumque sermonis admiretur, quantū expiationē bene provenientem cōtempletur, atq; perpēdat. Verba magni ponderis sunt ista Simeonis Metaphrastis in laudem doctrinæ Divini Hierothei; ex quibus satis colligitur quantū post suā ad fidē cōversionem in divinarum literarum studio Hierotheus profectus esset, Lucratusque tempora in humanarū indagatione, priùs minus utiliter consumpta, quātoque propensiori animo, & assiduis lucubrationibus in eis insudaverit, ut Apostolicam doctrinam (quam sequendam totis viribus voverat) insequutus, in ea perfectus, & doctus remaneret, quod ita evenisse experientia docuit, & scripta sua testantur, de quibus posteà cum de sua Episcopali Atheniensi sede actum fuerit ad annum 60. laté agemus.

Num. 66. (B *Permissu.*) Quod post acceptam fidei cognitionem ab Apostolis sacris, qui Hierosolymis Evangelium Christi post eius ad cœlos Ascensionē, prædicabant, Hierotheus ad sua reverteretur, id est, ad priorem Athenarum habitationē, ut ibi Satius in literarū divinarum studio se occuparet, multorum est opinio, & assensus, rationi valde consona, quia licèt ille Pauli Apostoli Discipulus proponatur, ubi ab eo conversus nō dicitur (uno dempto Luitprando in adversarijs, qui Cypro cōversum affirmat, cui satis responsum datur in notationibus ad annū 35. num. 61.) creditur igi-

tur Athenis ab Apostolo Paulo fuisse instructum, & ab Apostolis Hierosolymis multò antè ad fidē conversum, & Areopago valdè in Mysterijs fidei confirmatum, & edoctum, vt ab omnibus scriptoribus communiter est receptū; simulque post eius conversionem Athenis vsque ad adventum Pauli, & Dionysij Areopagitæ conversionem vixisse, quos sequutus novissimè tenet D. Ioannes Tamaius Salazar in suo Martyrologio Hispaño, tom. 5. die 4. mensis Octobris, fol. 401. ibi: *Quorum sermones* (loquitur de prædicatione Apostolorum Hierosolymis) *Macer exaudiens, lumine veritatis cælesti plenus, Apostolicam prædicationē meditatus facili ingenij impulsione devinctus, Apostolicis monitionibus adhæsit. Hac enim luce munitus Athenas repedavit, vbi contemplationi rerum à Christo gestarum deditus, & Apostolicæ confessionis Mysteria ruminans, plures annos transegit, donec Paulus gētium prædicator Athenas ingressus, per foros, plateas, & cætera loca publica Evangelij gratia intrepidus seminavit, integram tùnc lucis copiam Hierotheus agnoscens, Paulum interpellavit, cum Apostolo disputavit, & tandèm veritatis convictus nomen Christi humili summissione Senator severus dedit.* Et licet ab Apostolo Hierotheum Athenis ad fidem fuisse conversum perperàm credat, cùm verè non esset conversio, sed instructio, ad quod ita credēdum maximè conducat quod ipsemet D. Ioannes Tamaius anteà confessus est Hierotheum Hierosolymis, monitionibus Apostolicis adhæsisse, quod est in Christū credere, & Evangelicis præceptis obedire, sicque ex illo tempore conversum creditur, licèt non negetur ab Apostolo Paulo Athenis cùm esset, in fide fuisse confirmatum, & plenissimè instructum, sic iam ad annum 35. ex

numero 55. vsque ad 62. clariùs expoluimus, & probabiliùs designavimus; sed quòd post eius cōversionem Hierosólymis Athenas reverteretur, satis apertè probatur.

Anno Christi Domini 52. *EX THESALONICA, VBI REceptus fuit Divus Paulus à Iasone Thesalonicense, & vbi multi adiuncti fuère Paulo, concitata est plebs adversus Paulum, sed potius contra Iasonem, qui eum occultaverat, sed nocte dimissus est in Bœream, & ductus vsq; ad Athenas.* [A] *Hic à Stoicis, & Epicureis Philosophis nominatus est Paulus Seminiverbius, & novorum Dæmoniorum annuntiator, ab istis in Areopagū ductus* Ignotum Deum *declarat, Dionysium convertit cùm Damari (quam multi vxorem suam dicunt) & alios.* [B] *Hierotheū in rebus fidei instruit, & cōfirmat,* [C] *eodem anno Corinthum venit Paulus.* [D] *Secum duxit Dionysium, & per triennium cum Paulo versatus est.* [E] *Communi Catholicorum consensu, & desiderio Hierotheum Patrem, & Pastorem Atheniensibus destinat, ibique relinquit Episcopum.* [F]

Num. 67. (A Thenas.) Divus Lucas c. 17. in Acta Apostolorum, ita de persecutione Populi Thessalonicensis adversus Paulum, & Iasonem, cum in sua recipientem domo, & de eius in Bœream, & Athenas dimissionem, num. 6. loquitur: *Et cùm non invenissent eos, trahebant Iasonem, & quosdam fratres ad Principes Civitatis, clamantes, quoniam hi, qui vrbem concitant, & hùc venerunt, quos suscepit Iason, & hi omnes*

Anno Christi Domini 52.

contra decreta Cæsaris faciunt, regem alium dicẽtes esse, Iesum; concitaverunt autèm plebẽ, & Principes Civitatis audientes hæc. Et accepta satisfactione à Iasone, & à cæteris, dimiserunt eos, fratres verò confestim per noctem dimiserunt Paulũ, & Silam in Bæream; qui cum venissent in Synagogam Iudæorum introerunt. Hi autèm erãt nobiliores eorum, qui sunt Thesalonicæ qui susceperunt verbum cum omni aviditate, quotidie scrutantes scripturas, si hæc ita se haberent; & multi quidèm crediderunt ex eis, & mulierum gentiliũ honestatum, & viri non pauci, cùm autèm cognovissent in Thesalonica Iudæi, quia & Bæreæ prædicatum est à Paulo Verbum Dei, venerunt, & illùc commoventes; & turbantes multitudinem, statimque tùnc Paulum dimiserunt fratres vt iret vsque ad mare. Silas autèm, & Timotheus, qui autèm deducebant Paulum, perduxerunt eum vsque Athenas, & accepto mandato ab eo ad Silam, & Timotheum vt quàm celeritèr venirent, ad illũ profecti sunt. Quod prædicatio Divi Pauli Athenis per annum Christi Domini 52. fuisset, est communis Authorum intelligentia, de qua Bartholomeus Gavantus in Thesauro sacrorum rituum, tom. 2. in vita Sancti Pauli, fol. 318. Marchio Stepensis in vita Sancti Hierothei, §. 7. fol. 8. Pater Martinus à Roa in Astigitana historia, lib. 2. cap. 4. fol. 83. Cæsar Baronius in Annalibus, tom. 1. anno Christi 52. fol. 407. & multi alij.

Num. 68. (B *Alios.*) Divus Lucas in cap. 17. Actorum Apostolorum, vers. 16. de hac Athenis prædicatione Pauli, & conversione Dionysij Areopagitæ, Damaris, & aliorum, ita ait: *Paulus autèm cũ Athenis eos expectaret* (*Silam scilicet, & Timotheum, qui Bærea manserant*) *incitabatur spiritus*

Anno Christi Domini 52.

tus eius in ipso, videns Idolatriæ deditam Civitatẽ; disputabat igitur in Sinagoga cũ Iudæis, & colẽtibus, & in foro per omnes dies ad eos qui aderant, quidam autem Epicurei, & Sthoici Philosophi differebant cùm eo, & quidã dicebant. Quid vult seminiverbis hic, dicere? Alij verò novorum Dæmoniorum videtur annuntiator esse, quia Iesum, & resurrectionem annuntiabat eis. & apprehensum eum ad Areopagum duxerunt; dicentes possumus scire, quæ est hac nova quæ à te dicitur doctrina? Nova enim quædam infers auribus nostris: volumus ergò scire quidnam velint hæc esse (Atheniẽses autem omnes, & advenæ hospites ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere, aut audire aliquid novi) stans autẽ Paulus in medio Areopagi, ait; viri Athenienses per omnia quasi superstitiores vos video. Præteriens enim, & videns simulacra vestra, inveni & Aram, in qua scriptũ erat; Ignoto Deo: quod ergò ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis: Deus qui fecit Mundum, & omnia, quæ in eo sunt, hic cæli, & terræ sit Dominus, non in manufactis Templis habitat, nec manibus humanis colitur indigens aliquo, cùm ipse det omnibus vitam, & inspirationem, & omnia; fecitque ex uno omne genus hominum habitare super universam faciem terræ, definiens statuta tempora, & terminus habitationis eorum, quærere Deum, si fortè attrectent eum, aut inveniant, quamvis non longè sit ab unoquoque nostrum. In ipso enim vivimus, & movemur, & sumus, sicut, & quidam vestrorum Poetarum dixerunt, ipsius enim, & genus sumus: genus ergo cùm simus Dei, non debemus æstimare auro, aut argento, aut lapidi sculpturæ artis, & cogitationis hominis, divinum esse similem. Et tempora quidem huius ignorantiæ despiciens Deus, nunc an-

nuntiat hominibus, vt omnes vbique pœnitentiam agant, eo quod statuit fidem præbens omnibus, suscitans eum à mortuis cùm audissent autem resurrectionem mortuorum, quidam quidèm irridebant, quidam verò dixerunt: audiemus te de hoc iterùm. Sic Paulus exivit de medio eorum. Quidam verò viri adhærentes ei, crediderunt. In quibus, & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cum eis. De hac conversione Dionysij Areopagitæ, Damaris, & aliorum in Atheniensi Civitate, præter scriptores in acta Apostolorum, tractant Sanctus Ioannes Chrisostomus de Sacerdotio libr. 4. Divus Augustinus serm. 29. de Sanctis, Hilduinus in Areopagitam, & alij.

(c *Confirmat.*) Licèt multi existiment Hierotheum Areopago cum Dionysio Areopagita, Damari, & alijs, à Divo Paulo esse ad fidem conversum, errorem passos iam ad annum 35. fusius demonstravimus maximè à num. 51. vsque ad 62. Nàm Areopago instructum, multoque anteà ab Apostolis Hierosolymis cõversum palam fuit ostensum; vndè benè erit ad notare, quoties de conversione Hierothei, Athenis agi à Menologijs, & Scriptoribus, vsos verbis, magis instructionem, & catechismum, quàm cõversionem significantibus, nàm multò ptiùs ad fidem conversum Hierotheum validis argumentis, & principijs multi tenent, & defendunt, licèt locum conversionis non assignent, ita Pater Petrus Alloix, tom. 1. Illustrium Orientalis Ecclesiæ Scriptorum in vita Sancti Hierothei, cap. 2. fol. 605. ibi: *Tametsi autem, qua in regione incident Hierotheus in Paulum, ab eoque devictus sit, & Christo adiunctus, literis proditũ non sit: Tamèn quin priùs Sancto Dionysio, & alibi quàm Athenis ab*

Anno Christi Domini 52.

eo captus sit, atque ad Ecclesiam traductus, nequaquam dubium est. Nàm in primo Beati Pauli Athenas aduentu, vnicus ex Areopago senator Dionysius illi adhæsit. Hierotheus autèm iàm ante hàc sub eiusdem Apostoli disciplina vsque adeò profecerat, vt & magisterio idoneus, & tradendæ fidei doctrinæ aptus esset. Negat Pater Allois conversionem Hierothei Athenis, anteàque fuisse confitetur, sed clarè demostrat ab Apostolo ad fidem adductum, licet locum, vbi peracta foret conversio ignoret. Sèd cùm pro discipulatu Hierothei hæc Athenis instructio, & cõfirmatio sufficiant, non est cur non ab Apostolis conversum Hierotheũ (vt Menologia testantur) haud credamus, vel dicamus, simul cum alijs Apostolis Paulũ illũ ad fidẽ adduxisse, quandò post tertiũ suę conversionis annum, ad videndum Petrum, Hierosolymam advenit, vt ipsemet testatur in epistola ad Galatas cap. 1. vers. 18. ibi: *Deindè post annos tres veni Hierosolymã videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim*; vel quandò eleemosynas attulit fratribus Hierusalem, vt fames ab Agabo Propheta prædicta subveniretur, de quo testatur Lucas in cap. 11. Actorum Apostolorũ, sed nullo ex his temporibus ita evenisse est aliquis authorũ, qui affirmet, quarè vt verisimile, quia nulla est, quæ obsistat ratio, credibile redditur.

Num. 70. ([D] *Paulus.*) Sanctus Lucas in cap. 18. vers. 1. Actor. Apostolor. de hoc Pauli itinere ad Corinthum ex Athenis ita loquitur: *Post hæc egressus ab Athenis venit Corinthũ*; quod esset in ipsò quoq; anno, quo Athenas ingressus fuerat Apostolus, multorũ est sentẽtia, quã sequutus Bartholomeus Gavãtus in Thesauro sacrorũ rituum in vita sancti Pauli tom. 2. fol. 318; profectionẽ hanc Athenis ad Corinthum ita describit: *Anno eodem* (lo-

quitur de anno Christi 52. & post ingressum Pauli Athenas) *Corinthum iuit, apud Aquilam Ponticũ genere, divertit, operatus est manibus proprijs cõsuetis militaria tabernacula ex Baronio Actor. 18. quam scenofactoriam artem didicerat Paulus adolescẽs iuxta patrios mores Iudæorũ. Per omne Sabbatum disputabat in Synagoga, & migrãs inde, intravit in domum Titi iusti: Chryspus Archi Synagogus credidit Christo cum omni domo sua. Animatus autem Paulus à Domino per visionẽ nocte, sedit ibi annũ, & sex menses, Actor. 18. ibidem ad Thessalonicẽses primam epistolam scripsit, ex Baronio, & signa Apostolatus sui ostendit in omni patientia insignis prodigijs, & virtutibus, 2. Corinth. 12.*

(E *Diversatus est.*) Quod post conversionẽ Dionysij Athenis immediatè secũ Divus Paulus duceret, vt melius in rebus fidei instrueretur, & per trienniũ cum eo in sua prædicatione deambularet, expresse docet Hilduinus Abbas in Areopagitam apud Laurentium Surium die 9. Octobris tom. 5. ibi: *A Beato Paulo per triennium instructus Thesalonica Magistro obsequẽdo revertens, ab eodem Beato Paulo Apostolo, Atheniensium est ordinatus Episcopus.* Ex eodem Hilduino idem tenet Cæsar Baronius in Annalibus tom. 1. anno Christi 52. fol. 407. vers. Postero autem die, ibi: *Qui protinus surgens cum omni domo, & Damari vxore sua (quã vt sumeret more terrenæ nobilitatis, propter amorem suscipiendæ caræ sobolis, eũ sui coegère parentes) ad mandata properat sancti Pauli, credensque fideliter, & abnegatis erroribus Paganorum, sacri est baptismatis vnda respersus, ac sic demum se tradidit eius magisterio plenius imbuendum, inque sanctæ Trinitatis fide, & Incarnationis, Passionis, & Resurrectionis Domi*

Anno Christi Domini 52.

ni nostri, seu cūctis arcanis Ecclesiasticæ sanctitatis affatim, ut comes eius inseparabilis quocūque gressum moveret, à Beato Paulo per triennium est institutus Thesalonicæ Magistro obsequēdo revertens, ab eodem Beato Paulo Apostolo Atheniensium est ordinatus Antistes, ac denique ipso iubente Christi Evangelium prædicavit, eamdemque ciuitatem, & maximam partem patriæ ad fidem veritatis convertit; Hoc idem insectatur sanctus Antonius Florentinus 1. part. Chronicæ, tit. 6. cap. 28. ibi: *Et Dionysius Idolis relictis conversus ad fidem cum uxore sua Damari, & familia baptizatus est, qui à Paulo instructus per triennium cum eo cōversatus, & de cœlestibus, quæ ipse in raptu viderat, multa edoctus, Atheniensium demùm ab eo Episcopus est ordinatus;* consonat Pater Petrus à Ribadeneira Societatis Iesu in vita Sancti Dionysij, ibi: *A cabo de tres años que le avia tenido consigo San Pablo le consagrò Obispo;* & in Flore Sanctorum prædicto antiquiore, idem affirmavit, ibi: *Y siguio a San Pablo por tres años, y despues q̃ fue bien informado ordenòlo en Obispo de Athenas;* in alijs multis Sanctorū Floribus vnanimitèr hoc cautum, & fundatum reperimus, præcipuè in M.S. quos oculis nostris vidimus, & legimus in Scurialensi Regali Bibliotheca M.S. vbi extat Flos Sanctorum M.S. Iacobi à Voragine in Scrinio literæ M. gradu 11. lib. 10. & alius incerti Authoris in eodem Scrinio litera M. gradu 11. lib. 5. in ambobus libris pro certo stabilitur per tres annos post eius Areopago conversionem, Dionysium Areopagitam cum Divo Paulo Apostolo commoratle, idem defendit Pater Petrus Alloix 1. Illustrium Orientalis Ecclesiæ Scriptorū in vita Sancti Dionysij Areopagitæ, cap. 4. fol. 19. sequutus Patrem Martinū à

Num. 71.

Anno Christi Domini 52.

Roa ex eadem Societate in sua Astigitana historia, lib. 2. cap. 4. fol. 81. ibi: *Haze en savor Hilduino en su vida, diziendo, que por tres años aprẽdiò San Dionysio del Apostol, y le acompañò, y despues aviendo buelto de Thesalonica se ordenò Obispo, y no es de creer, que tanto tiempo huviesse dexado aquella Iglesia sin Pastor el Apostol, cuya costumbre (como de los demas) era dar luego Pastores de los mas provectos Discipulos que tenian à las Iglesias que fundavan*; & Marchio Stepensis in vita Santi Hierothei, §. 7. fol. 8. quasi ad verbum, sentẽtiam Patris Martini à Roa sequitur, & confirmat, ibi: *Hincmaro Arçobispo de Remns, en vna carta q̃ escrive à Carlos Calvo, q̃ la pone Surio en el tom. 5. à 9. de Octubre dize, q̃ despues de bien instruido S. Dionysio, fue ordenado Obispo de Athenas; y assi aviendose acupado San Dionysio cõ San Pablo tres años, y en aprender de San Hierotheo (como hemos dicho, y diremos mas abaxo) no es mucho que gastasse otros dos años antes de llegar à ser Obispo de Athenas. De manera, que aviendo sido la entrada de San Pablo en aquella Ciudad en el año de 52. de Christo, la promocion de S. Dionysio, fue cinco años despues el año de 57. aviendo tenido el primer lugar en el govierno de aquella Iglesia su Maestro Hierotheo*: Hunc cum Divo Paulo post conversionem suam Dionysij Areopagitæ itinerem etiam supponit Michael Syngelus in vita Sancti Dionysij (quæ extat in codice operum eiusdem sancti, cum Scholijs S. Maximi, ac paraphrasi Georgij Pachimeres folio mihi 366.) ibi: *Neq; in Græcia finibus cursus ille terminatus est, sed usque Illyricum Paulum ducẽ suum, & sacrorum institutorem proxime sequutus est; cum enim Apostolicam gratiam, & signorum potestatem accepisset instar Apostoli ubique tan-*

quam

Anno Christi Domini 52.

Num. 72.

quam auis percurrebat. Evangelium veræ vitæ prædicabat sagenis Apostolicis, retibusque, quibus vivi homines caperentur ex ignorationis profundo erroris caligine oppressos; veritatis lucem provehebat.

([E] *Episcopum.*) Probatur Instrumentorum, & Authorum plena manu Hierotheum Atheniēsem Episcopum fuisse, quorum brevis hic mentio fiet; post eà de tempore, quo primùm hæc sedes adepta fuerit, ad longum exponemus. Quod Infulas Athenienses indueret Hierotheus in primis Kalendarium Græcum apud Genebrardum die 4. mensis Octobris testatur ita dicens: *Hierotheus Athenarum Episcopus.* Insequitur Menologium Græcum iussu Basilij Porphyrogeniti Imperatoris Orientis conscriptum, ibi: *Quarto nonas Octobris, commemoratio sancti Patris nostri Hierothei Episcopi. Hierotheus magnus Antistes, &c.* Consonant duo Menæa Græca, *primū* ita dicens: *Quarta die eiusdem mensis* (loquitur de Octobris mense) *sancti Patris nostri Hierothei Episcopi Athenarum. Secundum* è Græco in Latinum translatum à Patre Petro Alloix è Societate Iesu in lib. 1. Illustrium Orientalis Ecclesiæ scriptorum in vita Sancti Hierothei, cap. 6. fol. mihi 618. ita de sede Atheniensi Divi Hierothei apertè loquens: *Te Athenarum Pontificem, vt nova, & ineffabilia à te docti: laudibus celebramus: Nam Hymnorum cantor numine correptus extitisti; Cæterum ò beatissime Hierothee, pro nobis Deum deprecare, vt ab omnibus adversis liberemur, quo clamemus salve Pater sapientissime.* Martyrologiū Vsuardi cum additionibus Ioannis Molani itidem incidit: Nonas Octobris, ita de Sancto Hierotheo memorans die quarta (inquit) *Sancti Patris Hierothei Episcopi Athena-*

rum;

rum; Novissimè Martyrologium Hispanum à D. Ioanne Salazar compactum, tom. 5. die 4. mẽsis Octobris, fol. 398. in rubricæ breviloqua illa clausula vitæ Sancti Hierothei, hæc de Atheniẽsi sua sede refert: *Hinc Athtniensium Episcopus ordinatus, sui solerte munia Præsulatus exercuit; sed ad patriam reversus, apud Secoviam sistens, ibidem prædicavit*; & in eius vita, fol. 401. iterum de hac sede loquitur, ibi: *Hisce egregijs viris lucratis* (*loquitur de doctrina Divi Pauli apud Dionysium Areopagitam, & Hierotheum*) *Paulus Thesalonicam remeare disposuit, & cũ Atheniensem vrbem tot celeberrimis dicatam Philosophis conspiceret, eique etiam de Episcopo doctissimo sufficiendo satageret, Spiritu Sancto edoctus insignem virum Hierotheum tantæ vrbis Pontificem nominavit, & ipse in Corinthum perrexit.* Hæc sufficiant de instrumentis, Authorum verò innumerus est Cathalogus, nullus penè est, qui hanc in Hierotheo Atheniensem Episcopalem sedem non agnoscat, & fateatur, quare recensere omittimus.

Ex dictis procul abigitur dubitatio pro sede Atheniensi Hierothei, cùm nulla verò remaneat, sed quod in controversiam deduci valet est, an ante, vel post Dionysium Areopagitã, hanc Hierotheus adeptus esset, eique inserviret. Pro negativa parte, scilicet quod non primus Atheniensis extitisset Episcopus Hierotheus, est textus Romani Martyrologij, qui die 9. mensis Octobris cùm de Dionysio Areopagita agat, primũ Athenarum Episcopum dicit, ibi: *Lutetiæ Parisiorum natalis Sanctorum Martyrum Dionysij Areopagitæ Episcopi, Rustici Presbyteri, & Eleutheri Diaconi, ex quibus Dionysius ab Apostolo Paulo baptizatus, primus Atheniensium Episcopus*

Anno Christi Domini 52.

est ordinatus. Dionysio Areopagitæ successisse Publium in Athenarum sede, idem Martyrologium Romanum die 21. mensis Ianuarij expresse docet, dicens: *Athenis natale Sancti Publij Episcopi, qui post Sanctum Dionysium Areopagitam Athenensium Ecclesiam nobiliter rexit, & præclarus virtutibus, ac doctrina præfulgēs ob Christi martyrium gloriose coronatur.* De hac etiam successione agunt Cæsar Baronius in notis ad hūc locum Martyrologij Romani, verbo Publij, Dionysius Episcopus Ephesinus, Eusebius Cæsariēsis lib. 4. historiæ Ecclesiasticæ cap. 22. Origenes lib. 3. contra Cellum. Cōstat etiam Publio successisse *Quadratum*, ita in Martyrologio Adonis die 26. mensis Maij, ibi: *Natali Sancti Quadrati Apostolorum Discipuli, qui in locum beati Publij Athenarum Episcopi substituitur, & Ecclesiam grandi terrore dispersam fide, & industria sua cōgregat.* De hac etiam successione *Quadrati* tractant Sanctus Hieronymus de Illustribus Ecclesiæ scriptoribus cap. 19. Ioannes Tritemius lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, Pater Ioannes Pineda 2. p. Monarchiæ Ecclesiasticæ lib. 11. c. 29. §. 3. fol. 156. Pater Petrus Alloix de Illustribus Ecclesiæ Oriētalis scriptoribus to. 1. in vita Sancti Quadrati cap. 3. fol. 674. vnde in hac sedium successione ex Dionysio Areopagita vsque ad Quadratū ad minus elapsi videtur 76. anni; nā quando Dionysius in ipso primo anno conversionis suæ, quæ ab Apostolo Paulo Athenis anno Christi Domini 52. facta dicitur, in Episcopū esset electus, vsque ad annum 128. in quo adhuc Sanctus Quadratus Episcopus Atheniensis viverat, (& in illo Adriano Imperatori Athenis degenti, librum ab eo pro Religione Christiana compositum obtulit, vt tenet Lucius Flavius Dexter in Chronico

nc

Anno Christi Domini 52.

ne anno 128. ibeque fecisse Aristidem Athenienſem pro certo affirmet, & etiã cõfirmẽt Euſebius Cæſarienſis in Chronicone, & in lib. 4. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, c. 3. & 8. & Divus Hieronymus de Scriptoribus Eccleſiaſticis) ad minus 71. anni evaniti noſcũtur; & cùm Hierotheus ad annũ 52. Chriſti Dñi grãdæuum fuiſſe, propè ſexagenariũ dicatur, vt D. Ioannes Tamaius Salazar in ſuo Martyrologio Hiſpano, to. 5. die 4. menſis Octobris, fol. 404. in principio defendit, ſuccedere non potuiſſe *Quadrato* manifeſtiſsime patet. Cùm ſi ad annum 52. ſexaginta habebat Hierotheus annos, poſt annum 128. quo mortuus dicitur *Quadratus*, præciſsè Hierotheus 136. haberet, quando Athenienſis Eccleſiæ gubernaculum poſsideret, quos naturalitèr vivere non valebat; ergo ſi non primus Athenarum Epiſcopus Hierotheus ſed Dionyſius, vt indicat Martyrologium Romanum, nec ſucceſſor *Quadrati* exiſtere valuit, propter nimiam temporis intercapedinem.

Num. 74. Non parùm vrget hæc obiectio Athenienſi Cathedræ Divini Hierothei, ſed cùm ab omnibus pro certo affirmetur Epiſcopum Athenienſem extitiſſe, tempora diſtinguere oportet, vt cõcordentur iura, & cũ poſteriora poſt Quadrati mortem poſsibilitati repugnent, ad priora recurrendum neceſsitas petit; & dato quod Hierotheus Epiſcopus Athenienſis fuiſſet (quod tot Menologia, & Menæa Græca teſtantur, Authorumque communis tenet ſententia) ante Dionyſiũ Areopagitam ſedem obtinuiſſe affirmandum eſt, ita ſenſit Pater Petrus Alloix in ſuo primo codice, Illuſtrium Orientalis Eccleſiæ Scriptorum in notationibus ad cap. 5. vitæ Sancti Dionyſii Areopagitæ, fol. 242. lit. G. ibi: *Quod ſi Hierotheus Athenis Epiſcopus fuit, certè primus fuit Dionyſius*

Anno ChristiDomini 52.

sius autèm secundus, nàm Dionysio succesit Publius; Publio Quadratus; & non dubitat de hac prioritate sedis Alloix, licet verba haud affirmatiuà videantur, cùm annotatio sit ad illa Menæi Græci verba: *Primùm ab Apostolo Paulo eruditus, Athenarum constituitur Episcopus*; vbi pro certò prima Hierothei Atheniensis Ecclesiæ Cathedra constituitur, & declaratur, & multo anteà Iulianus Petrus Archipresbyter Toletanus in Chronicone anno 108. agens de Athenarũ Scholis, quando Theologia sacra ibi legi cępit; primos eius Magistros Hierotheũ, & Dionysium Areopagitam fuisse affirmat, & in prioritate nominationis, Episcopalis sedis prælationem in tempore indicat, quam Hierotheo concedit, ita num. 42. fol. 19. ait: *Scholæ Theologicæ fuerunt hoc anno, vt olim fuerunt, sub sanctissimis Pontificibus Hierotheo, & Dionysio Areopagita;* In hanc etiã venit sententiam Pater Martinus à Roa in Astigitana historia, lib. 2. cap. 4. fol. 80. qui ita Hispano sermone ait: *No voy con los que afirman, y dan por sucessor de San Dionysio à San Hierotheo en el Obispado de Athenas, de que ninguna otra razon proponen, sino que partiendosé el Santo para Roma, a ninguno otro pudiera dexar encomẽdada su Iglesia, que mejor quenta diera de su goviernno, que a tan sabio, como santo Pastor. Mas bien considerado, llanamente se acerca mas a toda buena razon, y discurso, que San Dionysio huviesse sucedido en la Silla a San Hierotheo, pues siendo el oficio de el Obispo ser Maestro, y enseñar a sus subditos, no parece tan acordado dar la Cathedra al Discipulo, negandosela al Maestro, que le enseñava, y tal Maestro como lo era San Hierotheo, a juizio del mismo San Dionysio, y de todos, de superiores ventajas.* Confirmat opinionem hanc

Magister Frater Ioannes à Ponte ex Dominicana Familia, & Chronographus Regius in suo primo libro concordantiæ Monarchiarum, lib. 1. cap. 9. ibi: *San Hierotheo Español, Discipulo de Christo, ò de sus Apostoles (como provaremos en el libro septimo) fue el primero Obispo de Athenas, a quien San Pablo encargò la conversion de Grecia, que el mismo Apostol començò.* Quibus favet Pater Petrus Sanselius è Societate Iesu in prologo operum Divi Dionysij, qui tunc à Divo Paulo Episcopum Athenarum Dionysium Areopagitã nominatum dicit; postquàm rectè à Hierotheo in Theologicis veritatibus instructum novit; sed à Hierotheo instrui nõ valuit, nisi post discessionem à Paulo, post tres ab eius conversione annos, ergò primus fuit Athenarum Episcopus Hierotheus iuxta Sanselij sensum: Hoc argumento cõvictus, eamdem sententiam tenet Marchio Sthepensis, in vita Sancti Hierothei, § 7. fol. 10. sic dicens: *Aviendo sucedido a San Dionysio Publio (como dize Dionysio Alexandrino, apud Eusebium, lib. 4. cap. 22.) si no es que le precedio Narcisso, Discipulo de Christo (segun Hypolito en el libro de los Setenta y dos Discipulos) y durado en aquella Silla Publio (segun la opinion de Cesar Baronio) hasta el año de 126. en el qual tambien le sucedio Quadrato, no queda tiempo, en que pudiesse aver tenido el Obispado San Hierotheo, si lo queremos desencajar del que verdaderamente tuvo, que fue antes de San Dionysio, ni alcançaria su edad, ni vendria con las demas circunstãcias. De donde parece, que da bastantemente probado, que San Hierotheo governò cinco años la Iglesia de Atenas, desde el de 52. hasta el de 57. ò principios del de 58. Ayuda a esto (como abaxo diremos) la antiquissima memoria hallada en un pergamino*

Anno Christi Domini 52.

con las Reliquias que parecieron el año de 88. en Granada; por dõde parece, que antes el año de 57. el que governava la Iglesia de Athenas, no era Sã Dionysio (aunque del se haze mencion,) Sequitur prædictos Authores Pater Franciscus de Bilches Societatis Iesu in suo libro, *Santos, y Santuarios del Obispado de Iaen, y Baeza*, c. 10. fol. 22. ibi: *En esta ocasion, que fue el año 52. de nuestro Salvador, hizo el Apostol la mayor prueva del valor de Hierotheo, y fue disposicion para consagrarle Obispo (como lo hizo) de la Ciudad de Athenas, y fue el primero de los que alli glorificaron al Señor. Tambien le encargò la reduccion de toda Grecia, aviendole dado los avisos que acostumbrava en semejantes casos. Ningun testimonio mas autentico del caudal de Hierotheo en ciencia, santidad, y zelo de dilatar la Fè Catholica, que averla puesto el Apostol en frontera de tantos, y tan fuertes enemigos, recibio el santo Obispo la dignidad por obediencia y el trabajo por su voluntad, prosiguio luego la obra començada por Sã Pablo, y a las obejas que le fueron entregadas agregò otras en buen numero, y hizo de todas un rebaño muy agradable a los ojos del Señor.*

Num. 75. Hæc prima sedes Hierothei Athenis ante Dionysium satis probata relinquitur Authorum sententijs; probemus etiam rationibus; Prima sit (quæ ab aliquibus Authoribus tacta, levis sanè non est, imò magni æstimata) nàm mos erat Apostolis sacris Ecclesias sua prædicatione fundatas Prælatis illico exornare, vt accolas labore suo ad agnitionem fidei attractos instruerent, & gubernarent. Scimus etiam Divum Paulum (anno Christi Domini nati 52. iuxta securiorem calculum) Atheniẽsibus evangelizasse, Areopago Dionysium convertisse, Damarim, & alios multos, vt

Anno Christi Domini 52.

Actorum 17. dicitur, ibique Hierotheum instruxisse (vt Græcorum, & Latinorum tenet communis opinio) & assumpto Dionysio Areopagita Corinthum commeasse, vbi per annum, & sex menses mansit, vt Actorum 18. scribitur; Posteàque Dionysium cum Paulo (per triennium conversatum, vt instrueretur magis in rebus fidei, vt latius in hoc anno 52. litt. E. num. 21. fundavimus) quis ergò per hoc tempus, vt Ecclesiæ Athenarũ præfuisset, relinqui poterat Episcopus, nisi Hierotheus? Quis pastor ita apptimè oves illas iã in Ecclesiæ ovile adductas pascere, & dirigere valebat, nisi magnus Hierotheus? Maximè cùm primus suus Pater, & Apostolus Paulus, & Discipulus eius Dionysius (quem aliqui primum credunt Pastorem) cum eo per alias Græciæ Civitates ad verbũ Dei seminandum congrediebantur, nullus sanè nisi Hierotheus? Qui relictus ibi Pastor, & Pater pascebat, & docebat oves illas à Divo Paulo Magistro suo sibi creditas, & commissas: *Secũda* ratio est, quia si immediate post conversionem Sancti Dionysij Areopagitæ, ibi à Divo Paulo ipse Dionysius relictus fuisset Pastor, & Episcopus, vt de re ita gravi speciali, & memoria digna in actis Apostolorum (sicuti de alijs rebus multo minoribus fit) mentio aliqua haberetur, sicuti est facta in creatione Timothei, & Titi, hic Cretensis, ille Ephesinus Episcopi creati, vt constat Actor. 20. & ex 1. ad Timotheum 1. & 2. Corinthiorũ 11. Divi Pauli epistolis, ergò pro tùnc constitutum nõ fuisse Athenarum Episcopum Dionysium ex adductis principijs credẽdum venit, sed multò post vt infra ad annum 57. dicetur. *Tertia*: Quia verò simile non est quod Divus Paulus illicò, quo ad fidem Dionysium Areopagitam convertit, illorũ, quos simùl cum eo ad veram Christi confessionẽ

Anno Christi Domini 52.

adduxit, Pastorem, & Rectorem constitueret; quomodò ergò docerè poterat, quod adhuc plene non didicerat? Et si nondum fidei rerum instructionem acceperat? Imò illa carebat, in eis, quomodò alios firmare, sufficiebat? Creditur igitur pro tùnc Episcopum ibi nominatum haud fuisse Dionysium, sed solum Hierotheum Episcopum relictū: *Quarta*, quia si Simeoni Metaphrasti (qui de scriptoribus Ecclesiasticis Græcæ Ecclesiæ non infimę notæ, sed potius maximæ authoritatis, ab omnibus habetur) credamus, asseveranter docet Dionysium Areopagitam tum temporis constitutum fuisse Athenarum Episcopum, quandò Divus Paulus Episcopum Ephesinum creavit Timotheum; sed Divus Paulus tùnc videtur Ecclesiæ Ephesinæ Antistitem nominasse, quando Ephesi degebat, scilicèt in initio tertij anni, quos ibi transegit, vtpote anno Christi nati 57. (iuxta saniorem calculationem, quam multi sequuntur, & inter illos Bartholomeus Gavantus in vita, & actis Sancti Pauli Apostoli, tom. 2. Thesauri sacrorum rituum fol. 318.) ergò si anno Christi Dñi 57. quādo Timotheus creatus est Episcop[9] Ephesiorū, est cōstitutus Dionysius Areopagita Athenarū, multo post prædicationē Pauli Athenis, & conversionem Dionysij, & aliorum Areopagitarū (quæ supra in hoc anno 52. assignata remanet) contigisse videmus, de cursu saltim septem annorum, ante quos Hierotheum, ibi Episcopale munus exercuisse indubiè credendū est.

Num. 76. Excussis his, restat nùnc vt respondeamus argumēto ex Martyrologio Romano adducto, quo probari nititur, Dionysium primum Athenarum Episcopum fuisse, cui tripliciter respondendum videtur. *Primò* quia Martyrologiū, & aliqui Au-

tho-

Anno ChristiDomini 52.

thores, qui Dionysium credunt primum esse Episcopum Athenarum, talemque vocitent, primatū non ex prioritate temporis intellexerunt, sed ex Natione, & cùm Dionysius ex Areopagitis, & Græcis verè primus Athenarum Antistes fuisset (nàm Magister eius Hierotheus, non Grecus nativitate, nec Areopagita, sed Hispanus nosceretur) in Diptica Atheniensium Episcoporum tanquam Areopagitam, & Grçcum primum descripserunt Dionysium, Hierotheum autem consultò omisèrunt, cum Natione Græcus, vel Areopagita non fuisset. *Secūdò*; quia hoc potuit fieri honoris gratia, nec est novum in serie Episcoporum texēda hunc observare modum, vt nominetur primus, qui vere fuit secundus; & Sanctus Ignatius Martyr scribens ad Ephesios, & agens de ædificatione Ephesinæ Ecclesiæ Paulum Ioanni præponit, & Ioannē Timotheo, cum Timotheus revera fuisset primus, *sic ait; Inveniat in sorte Christianorum, qui cum Apostolis in virtutem Iesu Christi semper conversati sunt, Paulo, Ioanne, & fidelissimo Timotheo*; & apertè videtur, quod ad Timotheū pertinet, nō sic putari vltimo loco positum, quod post Ioannis obitum, ipse illam curasset Ecclesiam; quem constat ab Apostolo Paulo adhuc in illis regionibus agente, fuisse præfectum ipsi Ecclesiæ Ephesinæ, sed honoris causa potius ante Timotheum, ab eo nominatum Ioānem ita etiàm censet Cæsar Baronius, tom. 1. Annalium, anno Christi 97. num. 3. fol. 736. vers. Quam ob rem; quid mirum vt primo loco in Diptica Atheniensiū Episcoporū, apponatur Dionysius Areopagita, & primus dicatur illius Ecclesiæ Antistes? Licet re vera facto primus extitit Hierotheus, præcessisseq; illum constet? Hæcque ratio fortius pugnat si inspiciamus, in Dionysio, & Hierotheo

Anno Christi Domini 52.

candē militaſſe rationē, ac in Timotheo, & Ioāne in deſcriptione ſuarum ſedium; ita vt primus deſcribatur Epiſcopus, qui erat ſecundus, & è cōtra; cùm notum ſit poſt Dionyſium Athenienſem Eccleſiam maximè floruiſſe eius intuitu, & reſpectu, vt teſtatur Origenes, & ob honorem Dionyſij poſterioribus Epiſcopis Athenienſibus pallio vti, eſſe conceſſum, vt refert Hilduinus, de quo etiàm memoratur Pater Ioannes Lorinus in caput 18. Actuum Apoſtolorum, verſ. 34. folio mihi 639. ibi: *Cæterum propter Dionyſium primū Athenarum Epiſcopum, fuit ea Eccleſia florentiſſima, vt docet Origenes, & ob honorem Dionyſij poſteriores Epiſcopi Athenienſes, pallio honeſtati ſunt; idq; illis Taraſius Patriarcha Cōſtātinopolitanus redonavit, vt refert Hilduinus, cum ob neſcio, quam contentionem diu ſubtractum eſſe.* Quid mirum vt honoris gratia, primus exiſtimetur, & dicatur Epiſcopus Dionyſius, licet revera fuiſſet ſecundus? Nec tantam vim verbo *primus* concedere debemus, vt rigoroſe ex vi ſignificatus excludat alium; qui revera illum præceſsiſſe videtur, hic primus erit ratione ſubſequutorum, non præcedentium. Non hoc idem, quod de Dionyſio, & Hierotheo circa Athenienſem ſedem, in Elpidio, & Eugenio, huius nominis *primo* circa Toletanam primam ſedem dubitabatur? Quis nō ex priſcis illis temporibus vſque ad præſentia Eugenium à Dionyſio Areopagita Toletanis nuntium emiſſum, poſteà Martyrem inclytum effectum, primum Toletanum Epiſcopum non dixit, & credidit? Ita inquam proprij officij ſui antiphona recitabatur, & cōcinabatur: *Egregius Eugenius fidus Toleto nuntius Chriſtum prædicavit prius*; Ita etiam ex quodam Breviario peranti quo prelo Venetijs excuſſo anno 1485. cum eſſet Ar-

Anno Christi Domini 52.

chiepiscopus Toletanus D. Petrus Gonzalez de Mendoza Sanctæ Romanę Ecclesiæ Cardinalis, tituli Sanctæ Crucis in Hierusalem, & alio posteà Typis dato anno 1506. in quo clarius Eugenij primatus exprimitur in prima antiphona ad vesperas, vbi loco adverbij illius *prius* apponitur *primus* sic dicit; *Eugenius fidus Toleta Nuntius Christum predicavit primus*; & in Breviario in lucē edito anno 1616. ab Illustrisimis Dominis D. Gaspario de Quiroga, & D. Bernardo Sādoual, & Rojas Sāctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & Archiepiscopis Toletanis, pro Sanctis suæ Dioecesis in officio proprio Sācti Eugenij die 15. mēsis Novembris in lectione 4. de eius primatu in Toletana Diœcesi, hæc dicuntur: *Eugenius Dionysij Areopagitæ Discipulus, primus Toletanus Episcopus fuit: Qui Dionysio Magistro suo ad Galliam erudiendam relicto, ipse ad Hispaniam Evangelij luce illustrandam profectus, in intima Provincia delatus, Toletum venit; vbi plurimos filios Iesu Christo peperit, parensq; Ecclesiæ Toletanæ, atque institutor fuit, quā Ecclesiā à se fundatā vt magis stabiliret, & cōmunicatis consilijs amplificaret, ad Dionysiū redijt in Galliā, &c.* Hoc quotannis Toletana Ecclesia Christiano populo proponit, hoc omnes docet, & in officio istius Sancti publice recitat, & cum hæc ita se habeant Eugenium huius nominis primum, primum non fuisse Toletanum Antistitē, sed Elpidium Sancti Iacobi Discipulum, & Martyrem, ex multis constat, relictus fuit à Magistro suo Divo Iacobo, Toletanorum Pręsul, & Episcopus anno Christi 38. posteà ad annum 60. Chersoneso in Valentino Regno vulgò *Peniscola* cum alijs Episcopis ibi in Conciliū adiunctis martyrium consummavit, de quibus Martyrologium Romanum die 4. mē-

Anno Christi Domini 52.

sis Martij, sic ait; *apud Chersonesum passio Sãctorũ Episcoporũ Basilij, Eugenij, Agathodori, Elpidij, Etherij, Capitonis, Ephrem, Nestoris & Arcadij.* Quod destinatus esset Elpidius, Toletanæ Ecclesiæ Præsul testatur Calcedonius Episcopus Bracharensis in vita S. Petri Rathensis, Flavius Dexter anno 38. in suo Chronico; *Multos etiam* (inquit) *Discipulos præcipuos saltèm duodecim more Apostolico in Hispaniam secum portat: ex his Basilius, vel Basileus succesit Petro Brachurẽsi, Athanasius fuit Episcopus Cæsaraugustanus; Pius Hispalensis: alios etiam Sanctus Iacobus creavit Episcopos; alterum Basilium, qui primus fuit Carthaginis Spartanæ Præsul; Eugenius Valentiæ; Agathodorus Tarraconẽsis; Elpidius Toletanus; & in his omnibus urbibus, & in alijs multis Hispaniæ mira celeritate S. Iacobus prædicavit.* Iulianus Petri in adversarijs num. 74. fol. 21. in eadem est sententia. *In Chersoneso Hispaniæ* (inquit) *Sãcti Elpidij primi Archiepiscopi Toletani, Discipuli Sancti Iacobi, qui passus est, cum alijs celebratur 3. Nonas Iunij;* Luitprandus Iulianum Petrũ sequens, hæc ait in adversarijs num. 263. *Sanctus Marcus Elpidius Iulianus S. Iacobi Discipulus, primus Episcopus Toletanus fuit*; recepta est, & apud quã plurimos amplexa opinio, Elpidiũ post Divum Iacobum Toletanorum Incolarũ Apostolum extitisse; illamque Toletanam sedem primum ascendisse, illique Eugenium succesisse, cũ illa sedes à prædicatione Divi Iacobi per annum 36. vsque ad annum 91. quo ex Gallia missus fuit nuntius Toletanis Eugenius à Magistro suo Dionysio Areopagita Parisios Episcopo, orbata pastore esse non poterat, nec ita credẽdum, nervosè defendit D. Thomas Tamaius a Vargas in vindicijs Dextri, vindicia 10. & 11. & in veritate Dex-

Anno Christi Domini 52.

tri novitate 13. multique alij eiusdē cēsuræ inveniūtur, D. Didacus Castejon, & Fonseca Episcopus Turiasonensis 1. p. primatus Ecclesiæ Toletanæ c. 5. Pater Antonius è Quintana Dueñas è Societate Iesu lib. Sāctorum Toletanorū siglo 2. *de la ley de gracia, prueua de lo referido*, fol. 181. Pater Hieronymus de la Higuera in Dipticis Toletanis, n. 75. fol. 579. D. Michael ab Erze & Ximenez in prædicatione S. Iacobi in Hispania parte 2. tract. 6. cap. 6. D. Ioānes Tamaius Salazar in suo Martyrologio Hispano, tom. 2. die 4. mensis Martij, fol. 63. & to. 3. die 2. Iunij fol. 429. Fr. Hieronymus Romā, c. 1. lib. 1. de Republica Christiana, cap. 4. & alij quam plurimi à dicto D. Thoma Tamaio à Vargas in dicta novitate 13. num. 48. allegati, & quam certus sit de veritate suæ sententiæ Iulianus Petrus, videri poterit, ab eo quod in Chronico suo, num. 137. fol. 37. adducit: *Nulla prorsus hoc tempore* (loquitur de anno Christi Domini 500.) *Sancti Marcelli Eugenij Toletani Pontificis memoria: qui in eo tempore, sub Raymundo Archiepiscopo Toletano in Monasterio Sancti Dionysij propè Parisios inventus est: dum hac scriberem, translatio facta est: iussuque Imperatoris duos fecit hymnos in eius laudem, alter incipit: nova refulgent gaudia: alter verò; Sancti Eugenij digna memoria; Quē sicut certe scio fuisse Toletanum Pontificem, sic certè scio ex dipticis, & scriptis non fuisse primum*; Sed quæ erit ratio, vt Eugenius, non Elpidius pro primo sit habitus, & prædicatus Toletanus Antistes, cum revera contrarium sit verius; non ex nostra, sed ex aliorum responsum dabimus mente, quia de Sancto Eugenio maior adepta fuit notio, quàm de Sancto Elpidio, & quia plus temporis in sede quievit, & floruit, vel quia non multum laboris in huius rei

Anno Christi Domini 52.

indagatione primores fuerunt impensi; sic iudicant duo ex prædictis Scriptoribus Pater Fr. Michael Muñoz in suo Elucid. propugn. lib. 2. tit. 2. art. 7. ibi: *Quod si Eugenius communiter primus Toletanus Episcopus habetur, ideo est, quia maior de illo notitia habebatur quod felitior ætate, vt diutius eidē præfuit Ecclesiæ: cum tamē fuerit primus Elpidius, vt constat ex Iuliano: Luitprando, & Cathalogo Episcoporum Ecclesiæ Toletanæ Gothico scripto idiomate Fuldensis Bibliothecæ*; & Pater Hieronymus de la Higuera in Dypticis Toletanis num. 76. fol. 585. loquens de Sancto Eugenio huius nominis *primo* ita ait: *Nec Martyrologia, nec Breviaria, nec tabulæ Ecclesiarum Hispaniæ testātur hunc fuisse primum Episcopum, nec Sanctus Antoninus, 1. part. tit. 6. cap. 184. nec Vicentius, nec aliquis alius, sed cum alium non vidissent, nec rem multum, diuque perpendissent, primum esse putaverunt*; Nō igitur à ratione alienum idē iudicare in Dionysio, & Hierotheo, quo ad primatum Atheniensis sedis, ac in Eugenio, & Elpidio quoad Toletanæ imo par erit licet secundi primatiæ laude glorientur, & vt tales iudicentur. *Tertio*, quia cū Hierotheus illico primo in illo cōversionis Atheniensium tēpore constitutus fuit à Divo Paulo Pater, & Pastor ovium illarum, quo in munere per pauca annorum curricula versatus esset, posteà Paulus Dionysium Areopagitā illorum nominasset Episcopum, facilis fuit in posteros primi Præsulis sui Hierothei dilapsa oblivio, primumque crederent, vel dicerent Dionysium, ita rectè sentit, & iudicat Pater Petrus Alloix, lib. 1. Illustrium Oriētalis Ecclesiæ Scriptorū in vita S. Hierothei, c. 2. fol. 606. *Multū proinde (inquit) Atheniensis Ecclesia Hierotheo debet, qui ipsam in suis primordijs vix dum natam suf-*

Anno Christi Domini 52. *cepit, fovit, coagmentavit. Haud multis quidem annis verum est, sed labore multo, & in periculis multis. Nihil enim ferè in magnis rebus, atque arduis, difficilius quam initia. Hinc illa sibi Apostoli, quibus vires spiritus maiores erãt, potissimè assumpserunt, iisque alicubi positis, data aliis superadifficandi cura, aliò immigrarunt, & nova itidem ingendarum Ecclesiarum fundamenta posuerunt. Quod & ipsorum successores viri Apostolici, illis e medio sublatis, per eorum gradiẽtes vestigia facere instituerunt. Quo factum est, vt cum nõ longo tempore in singulis hærerẽt locis, sed alia, atque alia festinatis Euangelii sationibus percurrerent, in obscuro reliquerint, vbi nàm Episcopatus sui sedem, ac domiciliũ statuissent. Ea scilicet causa est, quamobrem tacito à nonnullis sancti Hierothei nomine, primi Athenarum Episcopi, gloria magno Dionysio obvenerit; quod ipse nimirum, digresso in alias terras Hierotheo, longè diutius Athenis ad Ecclesiam inibi ordinatè digerendam, ac solidè confirmandam permanserit;* aliæ poterant addici causæ, ex quibus hoc ita factum crederetur; omittimus eas, vt brevitati consulamus.

Num. 77. Offert se alia difficultas ex illa Hymnodica Breviarii Græci clausula, quæ latinitati versa, & à Patre Martino à Roa in sua Astigitana historia, ex Marchione Stepensi in vita Sancti Hierothei visa, & allegata, hoc dicit; *Nactus est primum* (loquitur de Divo Hierotheo) *sui cathechistẽ Paulum Apostolũ, inde suffragiis creatus Episcopus.* Nam si prima fuit illius electio ad Episcopatum Atheniensem; quomodo suffragiis accolarum dicitur facta? Quia nisi post primam Ecclesiarum erectionem, & Antistitis nominationem, nõ suffragiis Episcopi eligebantur, vt in tota vniversali

Anno Christi Domini 52. Num.78.

Ecclesiæ praxis,& stylus docuere.

Cui difficultati, vt respondeatur, notare libet, verbum *suffragium* indifferens esse, non solum significat votum per calculum, vel vocem, sed auxilium quomodolibet impertitum; sicque suffragia hic, non vota per calculos, vel voces intelligēda veniunt, sed auxilia per supplicationē cōcessa, quia in erectione, & fundatione Ecclesiarū in primitiva Ecclesia, post conversionem ad fidē Incolarū, Antistites illis ab Apostolis destinabantur Ecclesijs, vt eas gubernarent, sine aliqua alia cōditione, vel circunstantia; post primā hanc electionē, crescente numero fidelium, & Ministrorū Ecclesiæ, suffragijs illorū eligebantur Episcopi, & a summo Ecclesię Capite, & Christi Vicario confirmabantur. Posteà succesit alia eligendorum Episcoporum forma, attentis Patronatibus Regum, quæ hodie in vsu est. Et cùm Athenienses de scientia, doctrina, & virtute Hierothei certi satis fuissent, & non minus de eius prudentia (quæ in omni moderamine præcipuè, & summè necessaria est qualitas) Paulū rogaverūt, vt primū eorum reliquisset Antistitem Patrē, & Doctorem Hierotheum, & suis humillimis precibus inclinatus Apostulus in totum fauisse, credendum est. Hoc idem indigitat (licet tacitis Atheniēsium petitionibus) Pater Petrus Alloix, lib. 1. Illustriū Orientalis Ecclesiæ scriptorum in vita Sāncti Hierothei, cap. 2. fol. 605. cum dicit: *Ipsum igitur* (loquitur de Hierotheo) *idem beatus Apostolus, vti ætate, sic & prudentia gravem, necnon in sacris litteris, (quas studiose pervoluerat) satis versatum, Atheniensi Ecclesiæ, iam primum nascenti ducem, ac Pastorem, præfecit.* Idem in notationibus ad hoc caput, verbo *Atheniensi*, lit. C. fol. 627. docet, & post illum D. Ioannes Tamaius Salazar in Mar-

Anno Christi Domini 53. tyrologio Hispano, tom. 5. die 4. mensis Octobris, fol. 401.

HIEROTHEVS NON SOLVM sibi, sed vt alijs etiã proficeret, post verbi Dei, & Evangelij Christi prædicationem, qua oves suas quotidiano pastu edocebat, simul & nutriebat; [A] *Gymnasio publico Theologiam sacram magisterio magno legit,* [B] *& multos sublimi sua Doctrina Ecclesiæ filios adiungit.* [C]

Num. 79. ([A] N*Vtriebat.*) Adepto munere Pastorali Ecclesiæ Atheniensis consequens erat Hierotheum ad officium sibi creditum peragendum haud solum vires suas in præstando temporali pastu, ovibus suis insumpsisse, sed atiã in doctrinæ cælesti pabulo elargiẽdo; maximè cum ita pollẽs sciẽtię dono inveniretur, vt ab omnibus in admiratione esset; nec defuisset virtutis amor, & docendi cupiditas, vt totũ se filijs suis dedisset, eos docendo, in fidei rebus instruendo, & in Dei servitium perducendo, vnde fit, vt continuò prædicasset, docuisset, & sermocinasset, ita fatẽtur ipsi Græci in laudationibus, & encomijs Patris sui Hierothei, vt videre est in Menæo Græco ex Græco Latino apud Patrem Petrum Alloix Societatis Iesu in lib. 1. Illustrium Orientalis Ecclesiæ scriptorum, in vita Sancti Hierothei, cap. 6. fol. mihi 615. in quo ita fassus de prædicationibus, & sermonibus Divi Hierothei: *Sermonũ tuorum magnificentia* (inquit) *ò Hierothee? Et sapientum demonstrationum congruentissima ratio, ac methodus, affectionis scientificæ fructus esse cognoscitur, qui & accurrenter illuminat, & legẽtes sapientia condecorat*, & alibi: *Pietatis tuæ documentis, ò*

Hie-

Anno Christi Domini 53.

Hierothee? Terram universam velut fluentis quibusdam irrigasti, nam vita tua fons Christus, ò Sancte Pater, in te conquievit. Tu libertate apud eum pollens, magnam nobis miserationem cælitus impetra. Et paulò inferius: *Eximie intellexisti, ò Sancte, & sapienter miracula naturam transcendentia cunctis fideliter illustrationem recipientibus, & contemplativam Theologiam intelligere cupientibus, ò beatissime atque optime, enarrasti.*

Num. 80. (B *Legit*) De hac Theologiæ sacræ Cathedra Athenis, quando Hierotheus illius Ecclesiæ infulas induebat, quam ipsemet Hierotheus laudabiliter moderabatur, multi memorati sunt; primus eorum Iulianus Petrus in Chronicone, anno 108. ibi: *Scholæ Theologicæ fuerunt hoc anno, ut olim fuerunt sub Sanctissimis Pontificibus Hierotheo, & Dionysio Areopagita*; Gregorius Lopez Madera in suis pro Monte Sacro Granatensi allegationibus, cap. 14. hanc Hierothei, & Dionysij Areopagitæ Athenis Cathedram agnoscens, ait: *El Maestro de las sententias, y todos los Escolasticos tuvieron, y deuen tener a San Dionysio por Patron, ya que se ha perdido tanto la memoria del primero, que fue San Hierotheo, tenido de los mismos Griegos por Español.* Clare hoc idem tenet, & docet Pater Martinus à Roa in sua Astigitana historia, lib. 2. cap. 4. fol. 80. ibi: *Y fue San Hierotheo el Maestro de la primera Theologia que se supo en toda Grecia, y abriò Escuelas para enseñarlas y las continuò su Discipulo San Dionysio, como lo nota el Arcipreste de Santa Iusta en el año 108. diziẽdo, que en este año huvo en Athenas Escuelas de Theologia, como las avia avido en tiempo de los santissimos Obispos Hierotheo, y Dionysio Areopagita.* Ex eadem Iesu societate,

in

in eandem sentētiam venit Pater Franciscus à Bilches libro Sanctorum Giennensis Episcopatus, cap. 10. fol. 23. his verbis: *Y porque en Athenas concurria mucha gente docta de todas las Naciones, abriò Escuela de la sagrada Theologia, y la leyò en publico* (Loquitur in hoc capite de Sancto Hierotheo) Addamus his tertium ex eadē Societate Patrem Antonium à Quintana Dueñas, libro Sanctorum Hispalensium, fol. 244. qui ita de Cathedra Divini Hierothei in sua Athenarum Ecclesia loquitur: *Constituido en esta Dignidad* (loquitur de dignitate Episcopali) *su principal empressa era la conversion de los Gentiles, que vencidos de su sabiduria, reconocian, y abominavā sus errores. Igual fue su desvelo en criar Ministros aptos para su Iglesia, no solo de generosas costumbres, sino de aventajadas letras* (*prendas que tanto ilustran el estado Eclesiastico.*) *A esta causa abriò Escuelas publicas en Athenas para leer en ellas la sagrada Theologia, siendo el primer Maestro della en toda Grecia, succediendole en esta Cathedra, como tambien en su Iglesia su Sapientissimo Discipulo San Dionysio Areopagita.* Eodem sensu abundant Marchio Stepensis in vita Sancti Hierothei, §. 9. fol. 13. & D. Ioannes Tamaius Salazar in Martyrologio Hispano, tom. 5. die 4. mensis Octobris, fol. 401. ibi: *Tunc Sanctus Præsul* (loquitur de Sācto Hierotheo nuper ab Apostolo Paulo Athenis relicto Episcopo) *vt exercitatione doctrinæ, & disputationibus scientiæ nuper assumptæ plurimi veritatis pondere allecti ad Evangelij fidē accederent, publico Gymnasio Christianā Theologiam legere incepit, qua innumeros Dei Ecclesiæ, filios adcrevit.* Sed quid egemus Authoribus hoc confirmantibus? Consulatur ipsi suo Discipulo Dionysio Areopagitæ in suo de divinis nominibus libro

Anno Christi Domini 53. cap. 3. iuxta versionem Marsilij Ficini, qui de hac Magistri sui Cathedra palam loquitur eius doctrinam magnificans: *Erat profecto* (inquit) *mirandum, quam longe Hierotheus Sanctorum Doctorum plurimos antecelleret, & diuturna docendi sedulitate, & puritate mentis, & exacta diligẽtia demonstrandi, & cæteris omnibus, quæ ad sacra eloquia pertinent.*

Num. 81. (C *Adiungit*) Quam sedulus per totam Græciam Hierotheus Apostolicus seminator semina veræ fidei, & Catholicæ Religionis mitteret suus ex corde filius, & Discipulus Dionysius passim in operibus, & scriptis suis demõstrat; paucis etiam verbis Pater Petrus Alloix, lib. 1. Illustrium Oriẽtalis Ecclesiæ scriptorum in vita Sancti Hierothei, cap. 4. fol. mihi 608. idem docuit, dicens: *Græciam igitur primo peragrauit, eamque accepta ab Apostolis Magistris suis fidei doctrina, sedulo imbuit; neque id verbo dũtaxat, sed & scripto. Antequam enim inde solueret, præcipua eruditionis Christianæ puncta, literis tradidit, quibus genti suæ, vel absens prodesset. Quod magnæ tum caritatis, tum prudẽtiæ fuit. Ea porrò erat huiusmodi, vt partim mediocribus, partim magnis ingenijs convenirent. His tamen potius, & maiori ex parte quam illis propterea scilicet, quod vereretur, ne si illa facile à vulgo caperentur, facile quoque ad homines à fide extraneos emanarent. Ipsi autem sine Magistro, & illotis (quod aiunt) manibus ea voluẽtes pro debito illis respectu, ac reverẽtia, ludibrio, & contemptu exciperent, & vt porci margaritas pedibus cõculcarent. Quare libris illis, quali tum decebat stylo exaratis, atque Dionysio Areopagitæ Discipulo suo vnicè dilecto commendatis in alias abijt regiones.*

HIE-

HIEROTHEI MEMORIA NON solum apud suos, sed apud totius Græciæ accolas floret. [A] *Cecilius Episcopus Illiberitanus Athenis ingreditur ex recessu Hierosolymæ, vbi ad sacra visenda loca accederat, itineris labore fessus, & oculorum lumine pene orbus à Hierotheo Athenarum tum Episcopo amicabiliter hospitio recipitur. Monet Hierotheus, vt Eucharistiam sacram summat, devotisque precibus se muniat, quo facto pro recuperatione visus, illius oculis virgineum velum, quo mater Dei lachrimas in passione, & morte Filij sui effussas exiccaverat, admovet, visumque perfectum Cecilius recuperat.* [B] *Dimidiā prædicti veli partem illi Hierotheus condonat, quandamque divi Ioannis Apostoli prophetiam, vt fæliciter iter ad Hispanias prosequeretur. Invēta postea fuere hæc sacra lipsana in sacro Granatensi monte.* [C] *Aliud dimidiū veli, & prophetiam Ioannis Evangelistæ originalem secum ad Hispaniam contulisse Hierotheum creditur, sed vbi hodie serventur, omnibus latet.* [D]

(A FLoret) Frater Marcus Antonius Alegre de Casanate, Ordinis Carmelitani, Hispanus Celtiberus Turiasonensis sacræ Theologiæ Doctor in suo libro, cuius titulus, Paradisus Carmelitici decoris, statu 2. ætate 2. c. 6. anno Christi 55. ita de Hierotheo loquitur. *Isto tēpore* (scilicet anno Christi Domini nati 55.) *floruisse sole lucidius apparet, quo autē superos pervolant ad cælos, penitus auolat à nobis, sed citatum Menologium ait, quod cum religiose vixisset, migravit ad Domi*

Anno Christi Domini 55.

nũ, qui à Christo nato felicissimus florebat adhuc anno quinquagesimoquinto sub summo Ecclesiæ capite Petro, & Romano Imperatore Claudio regnante Episcopum fuisse Athenienſem. Idem asserit Pater Hipolitus Marracius in suo libro Antistites Mariani liter. H. §. 24. fol. 274. ibi: *Viuebat Hierotheus anno à Christo nato* 55.

Num. 83. (B *Recuperat*) Marchio Stepensis in vita Sancti Hierothei §. 10. fol. 14. factum hoc ita depingit. *Aviendo rodeado por ver estas Escuelas de Athenas san Cecilio, primer Obispo de Granada, Discipulo del Apostol Santiago, que bolviò de Ierusalẽ a España a visitar el Santo Sepulchro, y los demas Lugares Santos, llegò a aquella Ciudad, ciego de un grave accidente, que en el camino padeció, y visitando a San Hierotheo, que a la saçon governava aquella Iglesia de Athenas; El santo Prelado le hizo cõfessar, y comulgar en la Missa, y luego sacando del tesoro de sus Reliquias un liẽço, en que nuestra Señora enjugò sus ojos de las lagrimas, mezcladas con sangre que derramò estando presente a la passion de su Hijo bendito, y tocando con èl el rostro, y ojos a san Cecilio, al instãte le restituyò la vista, y monstrandole una prophecia de san Iuan Evangelista, acerca de las principales calamidades que aviã de suceder en la Iglesia, hasta el fin del Mundo, traducida de Hebreo en Griego por san Dionysio Areopagita su discipulo, le permitio que la traduxesse, y sacasse, y le dio tambien la mitad del dicho paño de nuestra Señora, que el santo Obispo de Granada trajo a ella, y dexò a su Iglesia, dõde se hallò lo uno, y lo otro, derribanda una torre antiquissima el año* 1588. Didacus Colmenares in historia Segoviensi, cap. 4. §. 8. fol. 30. ita etiam casum refert. *Todos* (inquit) *convienen, en que este Obispado, y Magistrado de*

Athenas durò tres años, en los quales aviendo san Cecilio, primer Obispo de Granada, ido a visitar los Lugares Santos de Ierusalem, bolvio por Athenas, ciego de los trabajos, y temporales del camino, donde el santo Obispo Hierotheo, aviendole mandado confessar, y dezir Missa le puso sobre la cabeça vna toca, cõ que la Virgẽ Madre de Dios enjugò sus lagrimas en la passion, y muerte de su Hijo Redemptor nuestro, con que al instante le fue restituida la vista, y pidiendole con instantes ruegos alguna parte de Reliquia tan soberana, le dio la mitad, y tambien vna prophecia de san Iuan Evangelista sobre el fin del Mundo, y sus anuncios, traducida de Hebreo a Griego por san Dionysio, y de Griego a nuestro romance por el mismo san Cecilio, y Reliquia, y Prophecia oy se conservã en España.

Haud defuere qui tum temporis ad annum Christi Domini 55. non Hierotheum, sed Dionysium Areopagitam Athenarum Episcopum fuisse defensent, ita in terminis tenent D. Ioannes Tamaius Salazar in suo Martyrologio Hispano, to. 1. die 1. mensis Februarij, fol. 12. in vita Sancti Cecilij Episcopi Illiberitani, ibi: *Superatis igitur magnis periculis, Athenas devenit, vbi à Sancto Dionysio Areopagita confortatus, donis acceptis, & ab oculorum infirmitate sanatus, Hispaniam ingressus, protinus Apostolici muneris pẽsum exercere capit.* Sequuntur Gregorius Lopez Madera in defensorio pro Reliquijs Montis Granatẽsis, cap. 13. & Franciscus Bermudez de Pedraza in antiquitatibus Civitatis Granatensis.

Sed prædictos Authores sensu suo falli. & à veritate veri facti maximè fuisse lemotos, aliquibus demõstrabimus principijs, ex quibus illo in casu, non Dionysium Areopagitam Atheniensem Epis

Anno Christi Domini 55.

copum, sed Hierotheum fuisse agnoscetur. *Primo* quia, si bene assertioni Tamaij attēditur, à sua ipsa sententia cadit, cum post superius dicta, affirmet Cecilium Martyrium passum, & ad æternæ gloriæ præmium pervenisse Kalēdis Februarij, anno Domini 57. in quo institutus fuit Episcopus Athenarum Dionysius Areopagita à suo Magistro Divo Paulo (vt ad annū 57. latius probabitur) ergo nō Dionysius ibi Præsul tum existebat, sed alius? Nullus nisi Hierotheus iuxta communem scriptorum intelligentiam, tùm illam regere valebat Ecclesiam, igitur eum fuisse fatendum erit, maxime, cum retrò multis annis, transitum Sancti Cecilij per Civitatem Athenas fuisse, Authores describunt; vnde saniori temporis calculo cum Marchione Stepensi hoc anno 55. hoc cōtigisse assentimus. *Secundo*, quia in illa plumbea cartha Martyrij sancti Cecilij, quæ invēta est cum alijs sacris lipsanis in sacro Monte Granatensi, ex ipsius met Sancti Cecilij testimonio constat Hierotheum Præsulem Athenienfem sibi tot bona contulisse, scilicèt dimidiā partem veli Beatæ Virginis, Dei Genitricis Mariæ, quo lachrymas in passione Filij sui emissas exiccaverat, & Prophetiā sancti Ioannis Evangelistæ, quando Athenas ex recessu Hierosolymæ aduentarat. Et licet ibi nō proprio nomine, sed dignitatis eum nuncupet; cum accedit ad prædictæ Prophetiæ sancti Ioannis, ex Hebraica lingua ad Græcam traductionem enarrandam, inquit, à sancto Dionysio Areopagita fuisse factā vbi cōstituit duos Episcopos, illum, qui eum hospitio recepit, qui vere fuit Hierotheus; alium, qui Prophetiā ex Hebreo in Græcum trāstulit, nempe Dionysium Areopagitam; ergo si tùm Episcopus Atheniēsis foret Dionysius Areopagita, quādo de illo loquitur Cecilius (& non esset alius) ab

co dixiſſet fuiſſe Prophetiam traductam; non à Dionyſio Areopagita tanquam alieno,& diverſo ab illo,de quo loquitur,fuiſſe hoſpitio receptum. Magna ſane eſt hæc ponderatio,& manifeſtè demonſtrans Cecilium non loquutum de Dionyſio Areopagita tùm Epiſcopo Athenieñſi,& cum hoſpitio recipiẽte,ſed de Hierotheo,quem nominavit Polum legis, & Prælatum ſuper Eccleſiam Athenienſem,& ſuper eum gratiã Dei fuiſſe declamans(vt in ſequenti numero, ex prædicta ad longum adducta ſancti Cecilij declaratione,liquido apparebit,) vndè non miramur Marchionem Stepenſem in vita Sancti Hierothei, §. 10. fol. 18. lapſos affirmet,qui contrarium ſenſerunt,nempè tum Dionyſium Athenienſem Epiſcopum fuiſſe, cùm ex prædicto inſtrumento, & ex alia plumbea lamina in eodem Monte Sacro Granatenſi reperta,contrarium conſtet: *De eſtos dos inſtrumentos*(inquit) *aunque en ninguno de ellos ſe nombra San Hierotheo,ſe colige con harta certeza que fue èl,quien dio eſtas Reliquias a Sã Cecilio,porque del contexto de la relacion ſe mueſtra bien claramente de las palabras que vã ſeñaladas en ella (ſon eſtas: Y vi con ella vna Prophecia vulgariçada Hebrea, traducida por mano del ſanto ſabio Philoſopho,gloria de la ley Dionyſio Luitpagita) que no era Sã Dionyſio el Prelado de Athenas,ſino que el Prelado de Athenas,moſtrò a San Cecilio la Prophecia,que era traducida por mano de San Dionyſio. Auia yo reparado en eſto,admirandome de que el ſeñor Licenciado Gregorio Lopez Madera,con ſer perſona tan advertida,y conſiderada,y con auer viſto traduciones deſto,en el diſcurſo que eſcrivio del Monte Santo,diga que fue San Dionyſio el que dio eſta Reliquia,y no me avia maravillado menos,que dixeſſe lo miſmo el*

Anno Christi Domini 55.

Licenciado Francisco Bermudez de Pedraza, en las antiguedades de Granada que escriviò, con poner en ellas traducciõ de esta escriptura, los quales se han lleva do otros tras si, demanera, que no solo comunmente se tenia entendido, sino que lo he visto escrito en vna suplica al Papa, y en vn lienço de pintura con notas de San Dionysio, y mas me maravillava, que constando tan claramente, nadie huviesse reparado en ello; quando vi, que D. Tomas Tamayo de Vargas lo avia advertido, en el tratado que intitulò verdad de Flauto Dextro en el num. 3. por estas palabras: (habla de S. Dionysio) Y por lo menos consta desta relacion que era otro entonces el Prelado de Athenas, con que se verifica, que lo seria San Hierotheo; mas yerra luego, poniendo esto en el año 64. porq̃ consta de la dicha lamina, q̃ el año segundo de Neron (el qual fue el de 58.) estavã yà puestas las Reliquias dichas en la torre Turpiana, y padecio martyrio S. Cecilio a primero de Hebrero. Con lo qual queda verificado, conforme a lo que arriba probamos, de que este mismo año fue puesto por Obispo en Athenas San Dionysio (loquitur Marchio Stepensis de anno Christi nati 57.) y que Sã Hierotheo no fue sucessor suyo, sino antecessor, como tambien probamos; y contestan con ello estas memorias, y se verifica aver sido San Hierotheo, y no otro, el Prelado, a quien Sã Cecilio visitò en Athenas, que seria vn año, ò dos, antes de su Martyrio; Ex eodem facto hoc idem etiam (viso D. Thoma Tamaio à Vargas) colligit Pater Martinus à Roa in sua Astigitana historia, libro 2. cap. 4. fol. 83. ibi: *No desdize de nuestra opinion las laminas que estos años se descubrieron en el Monte Santo de Granada, donde se dize que està la vida de San Cecilio, Discipulo de Santiago, en que se dà a entẽder, que avia estudia-*

Anno Christi Domini 55.

do en Athenas, y que bolviendo de los Lugares Santos de Ierusalem passò por esta Ciudad, y aviẽdo perdido la vista con los trabajos de la peregrinacion, cubriẽdosele los ojos de escamas, en ella hallò vn santo varon por Obispo, que consolandole, le aplicò a ellos vn lienço, con que la Virgẽ purissima enjugò los suyos el amargo dia de la passion de su Hijo, con que luego cobrò la vista. Entonces Cecilio con encarecimiento pidio parte de aquella Reliquia para hõrar a su tierra con ella, alcançola con otras, y con vna Prophecia que traduxo de Hebreo en Griego por mano del santissimo Philosopho Dionysio Areopagita. Infiere de esto, y bien D. Thomas Tamayo de Vargas, que por lo menos consta dello, que era otro entonces el Prelado de Athenas, y assi es verdad, mas no se prueba que lo fuesse Hierotheo; si bien yo me persuado, que pudo serlo; y no lo auia sido antes Sã Dionysio, ni lo era entonces, aunq̃ estaua en Athenas, donde se muestra que hizo la traduccion de la Prophecia. Tertio quia Authores, qui primatum in Atheniensi Ecclesia Dionysio Areopagitę concedunt, eo nituntur quia in Martyrologio Romano, & ab alijs scriptoribus primum fuisse ibi Episcopum scriptum reperiunt, & argumẽtum sumunt ex ordine literæ, quod licet aliquando validum sit, non semper tenet, nam in multis fallit, quia ordo literæ nõ dat prioritatem temporis licet contineat prioritatem scripturæ (vt iam nu. 76. ex sede Ephesina Timothei, & Ioannis Evangelistæ argumentum sumpsimus, nam cum re vera Timotheus primus extitisset Ephesinus Episcopus, ab aliquibus primus iudicatus, & nominatus est Ioannes) tum enim non valet argumentum ab ordine literæ, vt optimè docent lex cùm pater, §. fidei tuæ, ff. de legatis 2. & lex nec ordo, ff. de solutionibus, late

Anno Christi Domini 55. Num. 86.

defendit Felinus in cap. cum dilecta de rescriptis, num. 4.

(C *Monte*) Anno Christi Domini 88. in turre sanctę Ecclesiæ Granatensis civitatis, vulgo, *Turpiana*; & anno 1595. in monte sacro prope eamdem civitatem, vocato, *Valparayso*, quasdam plumbeas chartas, libros, ossa, aliasque Reliquias sanctorum Cecilij, Thesiphontis, & Hiscij Discipulorum Divi Iacobi Apostoli, repertas fuisse à multis scribitur, hasque etiàm miraculis multis comprobatas extitisse, quare recepta informatione, visisque meritis causæ, Illustrissimum Dominum D. Petrum à Castro & Quiñones, Archiepiscopum Granatensem cum consilio Illustriss. DD. D. Ioannis à Fonseca Episcopi Guadicensis eius suffraganei, & comprovincialis, D. Sebastiani Quinteri Episcopi Galipolensis, & D. Ildephōsi à Mēdoza Abbatis Compluti Regalis iuxta decretum sacri Concilij Tridentini, & speciali Summi Pontificis Clementis 8. commissione eas approbasse, & diffinitiva sententia dignas cultui sacro declarantem, die 30. mēsis Aprilis anni 1600. plenè constat, etiamque in illa mentionem fieri de velo Beatæ Virginis, Dei Genitricis Mariæ à Sancto Cecilio adducto, sic in initio sententiæ: *Fallamos de vn mismo parecer, y assenso en q̃ fueron todos concordes, que devemos declarar, declaramos, difinimos, y pronunciamos las dichas Reliquias, en este processo cōtenidas, conuiene a saber, la mitad del paño, con que N. Señora, la gloiosa Virgen Maria limpio sus lagrimas, en la passion de su Hijo nuestro Redemptor*: & prosequitur ad alia, sed qui eam videre cupit, addat Licenciatum Gregorium Lopez Madera in suo libro discursos del monte santo de Granada cap. 41. fol. 165. in illa plumbea charta martyrij Sancti Cecilij, non

Anno ChristiDomini 55.

solum de hoc velo, sed etiam de Prophetia Sancti Ioannis Apostoli narratio texitur; sequentis invenitur tenoris: *Anno secundo Neronis Imperatoris Kalendis Februarijs passus est martyrium in hoc loco Illipulitano Divus Cecilius, Sancti Iacobi Discipulus, vir literis, linguis, & sanctitate praditus; prophetias Divi Ioannis Apostoli commentavit, qua sunt posita cum alijs Reliquijs in sublimi parte inhabitabilis turris Turpiana, sicut dixerunt mihi sui discipuli Divus Setetrius, & Patritius, qui cum illo passi sunt, quorum pulueres iacent in huius sacri montis cavernis, in quorum memoriam venerantur.* Ex relatione etiam Sãcti Cecilij, quæ invenitur tanquam præambulom ad Prophetiam prædictam Sancti Ioannis Apostoli ex Arabico idiomate ad Hispanicum traductum; ita fuisse, Marchio Stepensis in vita Sancti Hierothei, §. 10. fol. 16. affirmat.

PROPHECIA DEL EVANGElista San Iuan, sobre la destruccion del Mũdo, y lo que vendrà sobre èl de plagas, hasta el dia que se enseña en el Evãgelio glorioso, traducida en Griego, por mano de el sabio santo, gloria de la ley, Dionysio Lutipagita.

EN el nõbre de la essencia venerada, que enseña la verdad de la Fe grande, y del amor del Crucificado en la tierra de la casa santa, que es en Ierusalem, segundo en el orden de ella embiado a pagar el pecado original por su amor, y intercession por nosotros. Este es Iesus Hijo de Maria Virgen, nuestro mediador con la Encarnacion, y auer tomado la humanidad: y declarò lo que encomendò acerca de aquello a que vino, a los Apostoles en el Evangelio glorioso; que traxo al Mundo por

Anno Christi Domini 55.

mano dellos, y exhortò a su obediencia, y a la predicacion en este negocio que enseñò (la proteccion sobre nosotros se defienda, por su misericordia) y la suma de nuestro proposito en esta escriptura nuestra, es q̃ quãdo fuimos a visitar la casa sobredicha Santa, y su Sepulchro, y lo que se le allega de lugares reputados por de bendicion para indulugencia de los pecados, y rebeldias, que nos alcançaron por las concupicencias de la persona, y seguimiento de Satanàs. Despues que huvimos cumplido aquello, como caminassemos al deseo de las almas en la luz de la sciencia natural, y suprema en el lẽguage elegante Griego, que se estudia en la Ciudad de Athenas la Oriental (guardela Dios), y en el progresso de nuestro camino, con los vientos, y corrupcion del tiempo, nos sobrevino lo que Dios quiso de su visitacion, principio de Ophtalima en los ojos, hasta que faltò la vista, con ponerse blancos, gracias a èl por ello, y como vn dia estu viesse visitando à vno de los santos Polò de la ley, Prelado sobre la Iglesia santa que ay en la Ciudad sobredicha (la gracia de Dios con èl) descubriome vn mysterio admirable, despues que me mandò confessar los pecados, y tener limpieza de coraçon, y recibir el Cuerpo de nuestro Dios para esto en el sacrificio, sacò su tesoro, y era vna toca de la santa Maria Virgen, que con ella enjugò las lagrimas mezcladas con sangre de sus ojos, en la crucifixion de su Hijo electissimo, y pusola sobre mi rostro, y fueme restituida la vista al momento, y la sanidad, y misericordia, y vi con ella vna Prophecia vulgariçada Hebrea, traducida por mano del santo sabio Filosofo, gloria de la ley, Dionysio Areopagita, y su lenguage en prosa ligada, porque es declaracion de aquella vulgariçacion en Griego, y intitulase; Prophecia del verdadero Evangelista

Apostol San Iuan, en narracion del fin del Mundo, y de las cosas q̃ vendran sobre èl de plagas, despues de los tiempos del crucificado dicho. Y admiramonos de aquella platica cierta, è inclinòse nuestro coraçon a dezir sobre ella, y roguele sobre ello, y correspondio a mi ruego, y tradugela en lẽgua vulgar Aljamia, y sobre ella declaramos declaracion que comprehende el Mysterio sobredicho Arabiga, vsada en la Isla de España, y lo que està cerca della en Poniente, para los Christianos que saben Arabigo. Y no fue menester destruir la locuciõ, y narracion mysteriosa Hebrea, y Griega, que està encubierta en ella, y no comprehenderàn su intiligencia, y su declaracion las criaturas, sino el que Dios quisiere, y le diere gracia para darlo a entender en el tiempo determinado, para aviso de los Reyes, y no antes, y lo que traduximos en ella es verdad, que comprehende la vulgariçacion sobredicha, en la narracion q̃ ves, y es esta. Demas della traduximos la mitad de la toca sobredicha, la qual me donò el Prelado sobredicho, por su amor en Dios, y su buena voluntad para con èl. Sabe Dios lo que importunamos en pedirla, y mandòme, y tomòme la palabra, que lo guardaria, y hizelo assi, y vi cõ ella milagros grandes. Dios nos haga aprouechar con ella, y le de su gracia a èl, y a todos sus siervos. Amen. Acabose.

(E *Latet*) Didacus à Colmenares in historia Segouiẽsi, cap. 4. §. 10. fol. 32. de illarum reliquiarum absconsione dolens, ita ait: *En ambas Iglesias Griega, y Latina se ignoran tiempo, lugar, y modo de su muerte, hasta que alguna dichosa diligencia lo descubra (lo que es mas seguro) la immẽsa misericordia Divina se digne de hazer tan soberano fauor a la Iglesia, manifestando tantos tesoros en la parte de la preciosa toca, que enjugò aquellas*

llas preciosas lagrimas (q̃ segun su inmenso amor) sintio Christo mas que los dolores de su passion. Y en la Prophecia original de san Iuan Evangelista, en las Reliquias, y escritos de tan santo, y docto Maestro, de los quales dixo Maximo, que deviã estimarse, como segunda Sagrada Escriptura.

Anno Christi Domini 56.

FINITO TRIENNIO, QVO DIOnysius Areopagita comes peregrinationis Divi Pauli per Corinthũ, Ephesum, Cæsareã Palestinæ, Antiochiam Syriæ, Galatiã Regionẽ, Phrygiam, & ad Ephesum redditum deambulavit, [A] *multis tam de veritate Evangelij, quam Christianæ Religionis fundamentis eruditus, sed, & de suis raptibus, & cælestibus beneficijs è cælo acceptis particeps factus;* [B] *& tanto Magistro plenissime edoctus, Athenas repedat, aliumque sibi in sacra Theologia Magistrum Divinũ Hierotheum assumit, ex qua doctrina, multum profuisse passim commemorat, & Præceptorem habuisse gloriatur.* [C]

Num. 88. (A D*Eambulavit*) Corintho vbi anno Christi Domini 52. ex Athenis Divus Paulus est profectus per annum, & sex menses commoratus est, vt Acto. 18. dicitur, postea anno 54. Ephesum venit, ex quo descendit Cæsaream Palestinæ, & Antiochiam Syriæ, & ambulavit Galaticam regionem, & Phrygiam, & tandem redit Ephesum, vt invenitur Actor. 19. ibique per triennium degit Apostolus, vt etiã Actor. 20. describitur, per hæc deambulavit loca Dionysius Areopagita cũ Magistro suo Paulo, & transacto trienio ab anno 52. vsque ad 56. Athenas repedasse creditur, cum alibi, nisi ibi cum vixisse dicatur.

Hanc

Anno Christi Domini 56.

Hanc chronologicam deambulationē Pauli accurate describit Bartholomeus Gavantus tom. 2. Thesauri sacrorum rituum in fine agens de Divo Paulo Apostolo Henricum Spondanum, & Cæsarem Baronium in computatione temporum sequens.

Num. 89. (B *Factus*) Credere licet, & convenit Divum Paulum tanquam Cathechistem, & Magistrum Hierothei, & Dionysij Areopagitæ eos maximè in rebus fidei, & Catholicæ Religionis fundamētis edocuisse, & solidasse, sed non ita, quod suos raptus, & illas mirabiles revelationes earum rerū, quas illi loqui non licere affirmat 2. Corinth. 12. discipulis suis (licet chrarissimis filijs) patefaceret; sed cū habeamus ex scriptoribus nō singulos cōtrarium affirmantes, ab eorum censura sensum nostrū avertere non audemus. Extat in operibus Sancti Dionysij Areopagitæ cum scholijs Sancti Maximi, & paraphrasi Georgij Pachimeres, fol. mihi 340. quidam Nicephori Calixti locus, qui in libro 2. tractans de documentis, beneficijsque à Divo Paulo Hierotheo, & Dionysio præstitis ita ait: *Viveret etiam familiarius* (loquitur de Dionysio Areopagita) *cum Divo viro Hierotheo; quorū utrique res summas Paulus, ut eas in tertium usque cælum, & Paradisum ipsum raptus, didicerat, concredidit, & Theologia Deique verbi ratione scilicet, nec non cælesti Hierarchia, rerūque cælestium absolutissima dispositione, atque ordinatione; quas res posteà etiam in scripta retulit.* Haud ita authoritas hæc convinceret, si non ex ipso Dionysio in suo libro de cælesti Hierarchia cap. 6. aliter ac Magister suus Paulus in Angelorum ordine constituendo, disposuisset (quod accepisse à Hierotheo Magistro suo, vel certè Paulo, qui in tertium cælum raptus, hæc ita audi-

vit,

Anno Christi Domini 56.

vit, imo cōspexit defendit Pater Cornelius à Lapide in commentario in epistolam ad Ephesios cap. 1. vers. 21. fol. mihi 499.) nam Paulus hoc ordine Angelorum ordines enumerat. *Siue throni, sive dominationes, sive Principatus, sive potestates*; vndè Divus Thomas, & Gregorius Magnus putāt virtutes esse inferiores potestatibus, & virtutes esse primos in tertia hierarchia. Rursum principatus ponunt medios in secunda, vt illa cōstet dominationibus, principatibus, & potestatibus; tertia vero virtutibus, Archangelis, & Angelis. Contrà Sāctus Dionysius virtutes immediatè subijcit dominationibus, ponitque eos medios in secunda hierarchia, vt ea cōstet dominationibus, virtutibus, potestatibus. In tertia verò primos ponit principatus, secundo Archangelos, tertio Angelos. Hanc seriem idem Dionysius cap. 7. iterum confirmat, & rursus in libro de Ecclesiastica Hierarchia, cap. 1, quem ordinem est etiam insequutus cum alijs Sanctus Ioannes Damascenus lib. 1. de fide orthodoxa cap. 8. & ipsemet Dionysius de divinis nominibus lib. 7. ab ipso Paulo cōfitetur, gloriaturque accepisse altissima sacramēta, suamque Ecclesiasticam pariter, & cælestem hierarchiā. Vnde Pater Cornelius à Lapide in cōmentario in secundam epistolam Divi Pauli ad Corinthios cap. 12. vers. 4. nu. 133. fol. mihi 420. existimat omnia illa verba, quæ Paulus in raptu audivit, & non licebat loqui erant circa naturam Angelorum, dotes, gratiam, gloriam, & ordines, & eius doctrina ita mirabiliter Dionysium ergà hæc scripsisse. *Dico ergo* (inquit Cornelius) *nihil hic certo dici posse, cum ea Paulus silueret, opinari tamen licet Paulum vidisse, & audivisse mira de Angelorum natura, dotibus, gratia, gloria, ordinibus, ait Sāctus Gregorius hom. 4. in Ezechie-*

lem

Anno Christi Domini 56.

lem, vnde Sāctus Dionysius de cælesti hierarchia, ex Sancti Pauli doctrina, ita ordines Angelorum describit; quasi oculis omnia spectāt. Rursum audivisse mira de divinis quibusdā attributis, nobis hic incognitis; vidisse insuper gloriam Christi: à Christo enim doctus est Evangelium, ad Galatas 1. vers. 12. raptus enim fuit, vt ei authoritas adderetur, ne minor esset alijs Apostolis, qui Christū in carne viderant, ab eoque edocti erant ait Chrisostomus. Addit Theodoretus vidisse Paradysi pulchritudinem, sanctorum choreas, & gaudia, numerosam, ac modulatam hymnorum cælestium vocem audiisse. Vnde postea admirabundus exclamavit; oculus nō vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit; quæ præparavit Deus ijs qui diligunt illum. Ex his quis facile agnoscet quanta valuit Paulus Apostolus ex arcanis, & reconditis Misterijs in suis raptibus acceptis discipulis suis (maxime Hierotheo, & Dionysio tanquā magis Philosophia, & humanis literis apprime versatis, & doctis) in divinarum rerum intelligentiam, abscōdita, humanis sensibus manifesta (quantum valebat) demostrare, vt magis in doctrina abeo accepta proficerent in sui, & aliorum bonum, & Catholicæ Religionis augmentum.

Num. 90. (^c *Gloriatur*) Multis in locis operum suorum Sāctus Dionysius Hierotheo Magistro suo multum profuisse congaudet sic in cap. 3. de divinis nominibus. *A quo* (loquitur de Divino Hierotheo Magistro suo) *post Divum Paulū instituti sumus* (nominat illū Magistrum, & amicum ibi:) *Atque ita Præceptorē, amicumque nostrum iniuria afficere*; & cap. 4. *Hac inclitus noster in sacris literis institutor, divineque admodū in amatorijs hymnis exposuit*; Tanti facit Magistri sui Hierothei doctrinam Dionysius, vt non solum præcep-

Anno Christi Domini 56.

torem suum ore pleno vocitet; sed non audet, vt pro sua Præceptoris sui doctrina habeatur, purgat se, & palam fatetur aliqua, ab eo dicta, & educta, non sua, sed Præceptoris sui Hierothei extitisse, sic in eodem lib. 3 de divinis nominibus. *Purgationem forsitan nobis opus est. Cum enim inclytus præceptor noster Hierotheus theologica elementa mirabiliter profectò colligeret, mirabitur fortasse aliquis cur nos quasi minus illa sufficiant, & alibi, & hic theologica conscripserimus. tam verò, si ille omnia theologica ordine deinceps disposito digerere voluisset, particularibusq; explicationibus vnumquodque totius theologiæ caput disposuisset, nunquam nos in tantum furoris, vel ruditatis incidissemus, vt perspicacius, vel divinius quam ille theologica penetrare mysteria cõsideremus, aut eadem bis dicendo superfluo, frustra tractare vellemus.* Et post pauca subdit. *Enim vero diligentissime, id observabimus, vt quæ divinus ille præceptor, plane nobis expressit, nũquã attingeremus, ne forte repeteremus idem ad id exponẽdum, quod in verborum divinorum explanatione fuisset ab eo propositum.* Ita sublimiter loquitur de doctrina Hierothei Magistri, & Præceptoris sui, nulla alia indigens authoritate, cum tantus Doctor plane fateatur suã superasse mentem, captumque excedisse, quomodo non aliorũ quamuis sublimi ingenij acumine, & literarũ copia superpleni inveniretur? Excelluit sanè Hierotheus Sãctorum Doctorum multos in sublimitate doctrinæ; ita censet idem Dionysius ibi: *Quoties autem oporteret nostra multis communia facere, vt quam multos possemus in sanctam nostram disciplinam introducere, erat profecto mirandum, quam longe Hierotheus Sanctorum Doctorum plurimos antecelleret; & diuturna docendi sedulitate, & puritate*

Anno Christi Domini 56.

mentis, & exacta diligentia demonstrandi, ac cæteris omnibus quæcumque ad sacra eloquia pertinent; Et post pauca prosequitur. *Descendimus ad scribendum novi aliquid, audentes inferre, sed minutioribus quibusdam, & per singula dispositis inquisitionibus, discernentes, & explicantes ea, quæ ab illo verè Hierotheo, id est, sacro quodã Deo perspicacia compendiosã sunt tradita.* De hoc etiã discipulatu Sancti Dionysij Areopagitæ ita Simeon Metaphrastes in eius vita (quæ extat in operibus eiusdem sancti, cum scholijs Sancti Maximi, & paraphrasi Georgij Pachimeres, fol. mihi 325.) loquitur. *Et cùm primas* (inquit) *fidei exercitationes, & disciplinas à beato percepisset Hierotheo, & in verbo, & in vita ab eo docetur; & sancti spiritus communionem ab eo consequitur.* Sanctus Maximus in prologo ad opera Sancti Dionysij, magisteria Pauli, & Hierothei apud Dionysium ita proponit. *Omnibus quidem* (loquitur de Sãcto Dionysio Areopagita) *salutis dogmatibus à præstantissimo Paulo initiatur. Magister autem more Dionysius, à Maximo Hierotheo instituitur, sicut ipse ait. Posteà Dionysius* (*prout habetur in septimo libro Apostolicarum constitutionum*) *constituitur à Christifero Paulo Atheniensium fideliũ Episcopus.* Michael Singelius (apud Lanselium in Areopagiticis) idem tenet. *In Hierothei divino numine afflatus* (inquit loquens de S. Dionysio Areopagita) *præceptoris sui disciplinam se tradidit, & in eiusdem institutionibus eruditur.* Hæc est multorum sententia, quam inter alios tenent Ambrosius de Morales in historia Hispanica, lib. 9. cap. 12. Pater Ioannes Marieta de Sanctis Hispaniæ, lib. 6. cap. 1. & in fundationibus Civitatum, verbo *Ecija*, fol. 22. Pater Ioãnes Lotinus in Acta Apostolor. cap. 17. fol. 678.

Anno Christi Domini 57.

Anno Christi Domini 56.

Marchio Stepensis in vita Sancti Hierothei, §. 9. fol. 13. Frater Thomas Bravo de Mēdoza Abbas Sandovalensis Ordinis Cisterciensis, in tractatu de inuentione capitis Hierothei, §. 3. fol. 7. & §. 4. fol. 10. hoc idem inveniēt, qui legerint Aristarchum Chronographum, Methodium Episcopū, Anasthasium Bibliothecarium, Glycam, Suydā, Hilduinum, Venantium Fortunatum, Matthæū Galenum, Laurentium Surium, Cæsarem Baronium, & alios recentiores; quibus maximè favet Menæum Græcum in vita Sancti Dionysij Areopagitæ (de quo in libro de operibus, & scriptis Sancti Dionysij cum scholijs Sancti Maximi, & paraphrasi Georgij Pachimeres, fol. mihi 320.) ita de discipulatu Sancti Dionysij loquens. *Hic* (loquitur de Sancto Dionysio) *divitijs, & gloria, & scientiam, & sapientia omnes superans, vnus ex Areopago Senatorū erat, atque à magno Paulo venatu captus, & baptizatus, ordinatur Episcopus, ineffabilia mysteria à sapiēte Hierotheo edoctus, & libros reliquit opinione maiores, & admirandos, & sublimissimos.*

Anno Christi Domini 57.

DIVVS PAVLVS CVM EPHESI degeret, non permittentes eius discipuli, vt in populum contra se concitatum intraret, relicto ibi Timotheo Ephesiorum Episcopo [A] *venit in Graciam, & Creta Titum Cretensem Episcopum creat,* [B] *eodemque anno Dionysium Athenarum Episcopum eligit.* [C] *Hierotheoquè vt in Hispaniam se conferat ad Evangelium seminandum, facultatem impartitur.* [D]

Num. 91. (A. **E** *Piscopo)* Divus Paulus epistola 1. ad Timotheum, cap. 4. vers. 13. ita loquitur

Anno Christi Domini 57.

de sede Ephesina Timothei: *Dum venio, attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ. Noli negligere gratiam, quæ data est tibi per Prophetiam, cum impositione manuum Presbyteri.* Et in epistola 2. ad eumdem cap. 1. vers. 6. *Propter quam causam admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.* Agit etiam de persecutione, & concitatione populi Ephesini adversus Divum Paulum, Sanctus Lucas Evangelista in cap. 19. Actor. Apostolor. vers. 30. vbi ita ait: *Paulo autem volente intrare in populum, non permiserunt discipuli*; & in cap. 20. vers. 1. *Postquàm autem cessavit tumultus, vocatis Paulus discipulis, & exhortatus eos, vale dixit, & profectus est, vt iret in Macedoniam. Cum autèm perambulasset partes illas, & exhortatus eos fuisset multo sermone, venit in Græciam.* Sanctus Clemens Papa in lib. 7. constitutionum Apostolicarum, cap. 46. de hac Ephesina sede Timothei; Cretēsi Titi, & Atheniensi Dionysio ab Apostolo Paulo cōstitutis inter cæteras ab Apostolis sacris, alijs eorum discipulis designatas, reminiscitur. Hancque Timothei ad Ephesinam Ecclesiā electionem ad annum 57. Christi Domini mittit; Bartholomeus Gavantus in vita Sācti Pauli, tom. 2. Thesauri sacrorum rituum in fine, fol. 318. cū Divus Paulus quinquagesimum sextum ætatis suæ annum haberet: & ex Cæsare Baronio, tom. 1. Annalium, anno 57. fol. 510. vers. 186. colligitur idem, ibi: *Ac illud in primis, quod venturus in Macedoniam* (loquitur de Divo Paulo) *rationem habens Ecclesiæ Ephesinæ, ne penitus pastore destitutam relinqueret, vt eius necessitati prospiceret, Timotheum Discipulum, omnium amantissimum inibi remansisse voluit.*

Num. 92. (B. *Creat*) Ex epistola Divi Pauli ad Titum,

Anno Christi Domini 57. cap. 1. vers. 5. constat de Titi discipuli Divi Pauli electione in Episcopum Cretensem, ita Apostolus ait: *Huius gratia reliqui te Cretæ, vt ea, quæ desunt, corrigas, & constituas per civitates Presbyteros, sicut, & ego disposui tibi*; Hanc etiam in Episcopum Cretensem nominationem Titi à Divo Paulo, anno Christi Domini 57. factam, idem Gavantus tenet, vbi supra num. 91. nec Cæsar Baronius in suis Annalibus adversatur, imò tom. 1. anno 57. fol. 520. num. 220. in eodem anno constitutum Episcopum affirmat, ibi: *Cùm igitur Paulus magnam huius anni partem* (loquitur de anno 57.) *insumpsisset in Macedonia, illas confirmans Ecclesias; quid egerit post hæc, Lucas in actis* 20. *declarat his verbis: Cùm autem pertrãsisset partes illas, Macedoniæ scilicet, & exhortatus eos fuisset multo sermone, venit in Græciam, nõ quidem pedestri itinere, sed vsus navigatione, nã per Egeum mare Cycladas adnavigans, pervenit Cretam, illicquè ad eam curandam Ecclesiam, reliquit Titum Discipulum amantissimum.*

Num. 93. (C *Eligit*) Simeon Metaphrastes apud Laurentium Surium, tom. 5. fol. mihi 712. tum temporis Dionysium Areopagitam Athenis creatum fuisse Episcopum dicit, quando Ephesinæ Ecclesiæ præfuisse demandatum fuit Timotheo Divi Paulo discipulo. Hæc sunt eius verba: *Sed & vsque hodiè Græcorum maiores, & Athenæ incolæ perhibent, historiarum scriptis, & successionum traditionibus docti in eadem civitate Dionysium tum temporis primum fuisse Episcopum, quandò Timotheus Pauli æquè discipulus Ephesiorum rexit Ecclesiam ipsumquè (subrogato sibi Episcopo) Romam adiisse, & vt compererunt apud Gallorum gentem, glorioso martyrio consummatum fuisse.* Hoc idem etiam colligitur ex alia eiusdem

Simeonis Metaphrastis authoritate, Dionysium per omnes gradus ad maiorem Præsulatus dignitatem non subitò, sed gradatim ascendisse indicente: ergo non illicò post conversionem suam primus Athenarum Episcopus à Divo Paulo fuit constitutus, ita Metaphrastes; *Itaque breui Dionysius, ò miraculum! superat omnes, qui præcesserant, & cùm potestatem non suffuratus esset, nec rapuisset, sed per gradus transisset inferiores, & pulchrè pasci didicisset, ad superiora mox pervenit, & pascit posteà cum experientia, & cùm modestè parere didicisset, imperat modestius, & cum docuisset cum veritate, obijssetque boni ordinis partes, tandem ei mandatum Athenarum Pontificatu clavis præsidet Ecclesiæ.* Quid clarius? Quid manifestius? Ex traditionibus, ex historijs Græcorum hæc dicitur veritas comprobata, vt tum tẽporis creatus Episcopus Atheniensis esset Dionysius Areopagita, quãdo Ephesinæ Ecclesiæ destinatus esset Timotheus; sed Timotheus anno 57. videtur nominatus, & creatus Episcopus, vt ex Gavanto, & Baronio, num. 91. probatum reliquimus; ergo minimè post eius conversionem (quæ anno 52. fuisset sacra pagina testatur) à Divo Paulo ibi relictus fuit Episcopus? Ex quo etiã sequitur Divum Paulum, ne illa Atheniensis Ecclesia, suo labore fundata, fidelesquè sua doctrina, ad fidem adducti, remanerent destituti pastore, alium ibi constituisse Episcopum; & cùm nullus inveniretur ad tantum munus idoneus, nisi Hierotheus, hunc tùm creatum, & relictum fuisse Athenis Episcopum, ex tantorum Authorum sententijs credendum est; Dionysium verò anno 57. in eandem sedem esse subrogatum: quod etiã probat Marchio Stepensis in vita Sancti Hierothei, §. 7. fol. 10. ibi: *En esta façon* (loquitur de

Anno Christi Domini 57.

Num. 94.

Anno Christi Domini 58.

anno

Anno Christi Domini 57. anno Christi Domini 57.) *hizo San Pablo Obispo de Athenas a San Dionysio, aviendo sido su conversion, y la de aquella Iglesia el año de 52. como el mismo Baronio lo dize, y prueba, computando el tiempo por la expulsion que hizo el Emperador Claudio de los Iudios, en que fue expulso Aquila, que con su muger Priscilla, era recien venido de Italia, quando se vio con San Pablo en Corintho, acabando de salir de Athenas, como se contiene en el capit. 18. de los Actos de los Apostoles.*

Num. 94. (D *Impartitur*) Consequens erat, vt in locum Hierothei suffultus Dionysius eius Discipulus in Athenicnsi Episcopatu à Divo Paulo, & ibi benemeritus habitus, in Ecclesiæ Beneficium alijs non inferioris gradus negocijs fuisset destinatus, & cùm Apostolus gressum ad Hispaniam (iam diu desideratum, & promissum) adimplere satageret, ante tempus socium sibi extiturum Hierotheum nuntiaret (qui postea anno Christi 62. adimpletus videtur) & illico etiam hoc Apostoli desiderium igneum, Hierotheo ita charo, & amantissimo discipulo suo prævenisset, & prænuntiasset.

Anno Christi Domini 58.

HIEROTHEVS, ET DIONYSIVS Areopagita dormitioni Deiparæ Virginis Mariæ cum Divo Petro Apostolorũ Principe, Iacobo Apostolo, & Timotheo Ephesiorum Episcopo, adstant; A Multa beata Virgo de statu Ecclesiæ futura prædicit, & vt magis in Dei amorem, & seruitiũ Apostoli, cæterique in suo trãsitu præsentes accrescant, consilia salubria impertitur. At elargita sua benedictione, temporali vitæ finem imponit; B Post eius obitum vnusquisque

Anno Christi Domini 58.

pro suo posse arcam illam Christi Domini vivificam, laudibus attollere curant; [C] *sed post Apostolos, nullus, ac Hierotheus, ita sublimiter concionavit,* [D] *sepulto sacro Virginis corpore hymnis, & canticis, vt moris erat,* [E] *vale dicētes Apostolis, alijsque, qui ibi aderāt; Hierotheus, ac Dionysius ad sua revertuntur;* [F] *virgo beata septuagenaria obijsse creditur.* [G]

Num. 95. (A ADstant) Menæum Græcũm (quod extat in operibus Sancti Dionysij cũ scolijs S. Maximi, & paraphrasi Georgij Pachimeres, fol. mihi 319.) ita de intervētu Hierothei, Dionysij, & aliorum in dormitione Deiparæ Virginis Mariæ loquitur. *In honoranda dormitione tua virgo Sāctissima Dionysius aderat cum Hierotheo, & Divino Timotheo, quisquis vna cum Apostolis hymnum gloriæ tuæ convenientem decantans, cum quibus etiā nunc mortalis lingua omnis te Dei parentem, Mundique patronam laudat.* Aliud Menæum Græcum à Patre Petro Alloix lib. 1. Illustrium Orientalis Ecclesiæ scriptorum in vita Sancti Hierothei, cap. 6. fol. mihi 617. ex Græco Latinum ita de congressu Hierothei, Dionysij, & Apostolorum in transitu Virginis loquitur. *Apostolorum cætui contubernalis, ò beate, atq; eximie Hierothee vna cũ ipsis, Sanctissima Virginis Deiparā, quæ vitæ datorem nobis corporaliter genuit, divinæ dormitioni adstitisti.* Et paulò inferius fol. 620. ibi: *Quum verbi mater ad cælestes illas sedes transmigraret tu simul cùm reliquis aderas Apostolis, ò Hierothee eam abeuntem hymnis prosequens;* Sanctus Dionysius Areopagita etiam in suis scriptis, tanquam testis oculatus de hac Virginis beatæ dormitione, & eius,

Anno Christi Domini 58.

Hierothei Magistri sui Petri Apostoli, & Iacobi fratris Domini ad eam adventu loquutus est, nam libro de divinis nominibus, cap. 3. ita ait: *Quando & nos, vt scis, & ipse* (Hierotheus scilicet) *& multis ex sanctis fratribus nostris ad intuendum corpus, quod principium vitæ, & Dei conceptaculum fuit, cõvenissemus; aderat autem & Iacobus frater Domini, & Petrus supramum, & venerabilissimum Theologorum culmen.*

Num. 96. Verba hæc Dionysij à diversis diverse capiũtur: *Vni* de corpore sacrosancto Virginis Mariæ (ad quod intuendum, & tumulandum convenerant Apostoli) intelligunt; Alij de ipsomet Christo Domino adhuc vivente; Alij de ædibus Ioannis Evangelistæ, vbi Virgo benedicta post Christi Domini ad cęlos ascensionem commorabatur, ibique Dionysium, Hierotheum, & alios, eam visitasse; Alij de Sepulchro Christi Domini interpretantur; ad quod omnes venerandum advenerant; Harum sententiarum, quæ magis verborum genuinæ significationi accedit, prima est, quæ tenet, de corpore beatæ Virginis Mariæ intelligi debere. Hæc communissima, & antiquissima opinio est; quam amplectuntur, & sequuntur Iuvenalis Patriarcha Hierosolymitanus; qui de traditione testatur ante mille & centum, eoque amplius annos, relatus in historia Euthimiaca, lib. 3. cap. 4. qui ita ait: *In sancta quidem, & divinitus inspirata scriptura de decessu sanctæ Deiparæ Mariæ nihil traditur. Ex antiqua autem, & verissima accepimus traditione, quod tempore eius gloriosæ dormitionis, vniversi quidem Sancti Apostoli, qui Orbem terræ ad salutem gentium obibãt, momento temporis sublime sublati, convenerunt Hierosolymis. Tunc autem aderãt cum Apostolis sanctissimus Timotheus Apostolus, & primus*

Anno Christi Domini 58.

Episcopus Ephesiorum, & Dionysius Areopagita, sicut hic ipse magnus testatus est Dionysius in his, quæ de beato Hierotheo (qui ipse quoque tunc aderat) conscripsit; ad dictum Apostolum Timotheum sic dicens. Hunc sequuntur ex Græcis Sanctus Ioannes Damascenus in oratione 2. de dormitione Deiparæ, sub finem: Sanctus Maximus Martyr Sancti Dionysij Scholiastes præcipuus, in suis Scholijs: Michael Syncelus Presbyter Hierosolymitanus; Simeon Metaphrastes; Nicephorus Calixtus; Georgius Pachimeres; & Isidorus Archiepiscopus Thesalonicensis, in suo Mariali nuper in lucem edito; ibi: *Tunc omnes miram in modùm convenerunt in domum virginis, momento advecti* (loquitur de sacris Apostolis) *nec ij solum, sed & cælestium ille doctus enarrator Dionysius Areopagita, & sublimis Hierotheus, & admirandus Timotheus, nec non Sionis Ecclesiæ tunc Præsul Iacobus eximius*; Ex latinis Sanctus Gregorius Turonensis lib. 1. de gloria Martyrũ: Sanctus Ildephonsus, serm. 4. de Assumptione Beatæ Mariæ: Albertus Magnus, & Divus Thomas, qui (licet intelligi posse de corpore Christi Domini illam Sancti Dionysij Areopagitæ sententiam credat) non negat, etiam de Beata Virgine Maria iuxta aliorum sensum interpretari valere; ita ad illum de divinis nominibus, cap. 3. respõdit in lection. 1. *Dicit ergo* (inquit Divus Thomas) *primò quod ipse Dionysius (similis cum Timotheo, & ipso Hierotheo, & multis alijs sanctis fratribus convenerunt apud Apostolos, ad videndum corpus eius, qui est principium vitæ, & quod suscepit Deum; & potest intelligi de corporali visione Christi, de qua facit mentionem Apostolus 1. Corinth. 15. Corpus enim Christi est corpus Dei, qui est vitæ princeps, & illud corpus per unionem*

Anno Christi Domini 58.

Deum suscepit, unde & templum dictum est, secundum illud Ioh. 2. hoc autem dicebat de templo corporis sui. Potest etiam intelligi, quod convenerunt ad videndum corpus Beatæ Virginis Mariæ in eius morte, quod etiam suscepit Deum incarnatione. Et in illo conventu aderat etiam Iacobus frater Domini, & Petrus, qui erat summum caput omnium Apostolorum. Post visionem autem prædictam visum est omnibus, ut universi Apostoli, & Episcopi qui ibi aderant, laudarent infinitam bonitatem divinæ infirmitatis (id est humanitatis) sicut unicuique erat possibile. Et tunc Hierotheus superabat omnes Magistros, post Apostolos, quibus nullus alius comparari poterat, & illa laude erat totus excedens omnia sensibilia, & mūdana, & quasi extra se ipsum positus, his, quæ laudabat per quamdam unitionem coniunctus videbatur, & sic omnibus quicumque audiebant, & videbant, sive ante eū cognovissent, sive non, iudicatus est Deo acceptus, & divinus laudator. Et quid potest dici de his, quæ ipse ibi theologizavit, quæ tam sublimia fuerunt? Quæ (ut Dionysius dicit) si ab eius mente non excidit, multoties recognovit quasdam partes illarum divinarum laudum, quas Hierotheus protulerat (Deo inspirante) dum eas à Timotheo prolatas audivit. Hoc eodem sensu abundant præter Authores relatos Epiphanius Presbyter Constantinopolitanus; Andreas Cretensis orat. 2. de dormitione Deiparæ; Michael Glycas 3. parte Annalū, post medium; Genebrardus in Petro; Pelbartus in Stellario lib. 10. p. 5. art. 5. cap. 11. sanctus Sabbas Abbas in Menæis Græcorum die 15. Augusti, & multi alij ex antiquis. Ex recentioribus preter allegatos Colvenerius in Kalendario Mariano die 15. Augusti nu. 18. Pater Hyppolitus Marracius

Anno Christi Domini 58.

Lucensis in notis ad Mariale Isidori Archiepiscopi Thessalonicensis num. 8. fol. 232. Pater Christophorus à Castro Societatis Iesu, in historia Deiparę cap. 20. fol. 478. verbo Apostoli, & folio 461. Pater Martinus à Roa in historia Astigitana lib. 2. c. 4. fol. 86. Pater Petrus Allois lib. 1. Illustrium Orientalis Ecclesiæ Scriptorum in vita Sãcti Hierothei cap. 3. fol. mihi 606. Pater Antonius Quintana Dueñas Sanctorum Hispalẽsium, folio 244. D. Ioannes Tamaius à Salazar in Martyrologio Hispano tom. 5. die 4. mensis Octobris fol. 401. Nec omittere licet Patrem Ioannem Bonifatium Societatis Iesu, qui agnoscens Hierotheum nostrum Hispanum fuisse, copiose etiam ea, quæ illi in conventu Apostolorum dormitioni Deiparæ virginis adstantium acciderant, lib. 2. historiæ virginalis cap. 3. enarrat; *Hierotheus* (inquit) *Hispanus, & nostras re, & nomine sacer cũm Apostolis, cumque Timotheo primo Ephesiorum Episcopo, & cum divino illo Areopagita Dionysio Mariæ Virginis exequias celebravit, hymnosque panxit admirandos, quales nemo fudit sociorum, (Apostolos semper excipio) quos omnium plenissime sanctus afflavit spiritus, ac præter cæteros Dei numen implevit. Apostolis ergo supremis theologis quicunque inferiores essent. Hierotheo divinitate carminũ concedebant. Quod virginale funus cælesti esset missa prosequutus. Incitabatur divina quadã vi, trahebatur, & alienabatur à sensibus seque ipse vincens omniũ vt animos, & aures rapiebat, vt merito divinorũ patiẽs haberetur, sed tamen artẽ quamvis egregiam poematis materia ipsa superabat. Quis enim vates quamvis altus, & sapiens virgeneæ possit dignitati respõdere?* Novissime frater Thomas à Bravo & Mendoza, Abbas Sandovalensis, Ordinis Cisterciensis in

Anno Christi Domini 58.

tractatu suo de inuẽtione capitis diviniHierothei §.5.fol.14.& §.6.fol.15.cum nostra Secoviensi Ecclesia loquens circa hæc,sequentia profert. *No le parece a V. S. tesoro inestimable, y dragma de valor sobre humano el que hemos descubierto? Y que despues de las de los sagrados Apostoles,no ay reliquia que iguale a la cabeça del Divino Hierotheo? En quien el Espiritu Santo hizo su morada, manifestandose en ella con dones tan maravillosos de sabiduria sobrenatural? A quiẽ tan grãdes Maestros califican, y tan aventajados Discipulos honran, y dotrina tan celestial abona? Que coraçon no se movera a devocion? Viendo con sus ojos la cabeça en quien la Reyna de los Cielos puso sus sagradas, y virginales manos, echandole su bendicion a la hora felicissima de su sagrado trãsito, como lo hizo tambien con los Apostoles? Que privilegio ay que a este se compare? Que dones, que misericordias no daria Dios a Hierotheo con la bendiciõ de su Madre? Dichosa mil vezes España, que tuuo vna cabeça Española, en que recibirla en aquel transito, y no menos dichosa en aver participado de los bienes que alli recibio, quando dexada la Grecia bolvio a su Patria.*

Num. 97. Hi, & cæteri Authores, qui hanc sequuntur sententiam preter alia, his fundamentis se firmãt. *Primò* quia corpus Deiparæ Virginis Mariæ aptissimè vocatur *principium vita*, quia si Christus est vita (vt se ipse appellavit Ioann. 14. *Ego sum via, veritas, & vita*) & Deipara est illi principium generationis, certè etiam dici potest *principium vita*; rectè etiam corpus Beatæ Virginis, *Dei susceptiuum, sive Dei conceptaculum*; quod scilicet Deũ in vtero conceperit, & gestaverit. *Secundo*; quia transitus virginis, eiusque sepultura merito hunc Apostolorũ, & aliorum Patrum, & Sanctissimorũ

Anno Christi Domini 58.

virorum adventum (sivè miraculosum, sive naturalem) vt eius aspectu, & benedictione fruerẽtur, & vt eius sepulturam, velut Matris, & Reginæ curarent, & cohonestarent, efflagitabant; non ergo negari fas erat virgini Dei parenti, quod cõcessum videtur alijs sanctis (vt Ecclesiasticæ ostẽdunt historiæ) cum in eorũ exitu, fœlicique transitu, nõ solum Religiosi, sed & Angeli famulabãtur, & adstabant; & præmissis ex Ecclesię instituto Psalmis, precibus, & orationibus ad Deũ, corpora sua honeste, & religiose tumularent. *Tertio*; quia si Paulus Apostolus scribens ad Romanos dicebat: *Desidero enim videre vos, vt aliquid vobis impertiar gratiæ spiritualis ad cõfirmandos vos, id est, simul consolari in vobis per eam, quæ inuicẽ est, fidẽ vestram, atque meam.* Virgo beata multo iustius, illa sacra verba vsurpare valebat, & ipsius pietati, atque charitati valde consentaneum fuit, vt prius quam terram relinqueret, Apostolos, & discipulos filij sui, aliosque viros sanctos videre, extremumque salutare, ac potissimum solando, docendo, hortando, aliquid eis gratiæ spiritualis impertiri cuperet. Quid de Sanctis Apostolis, Discipulisque Domini, alijs etiã ibi adstantibus, gaudij spiritualis in hac tantæ Matris commonitione, & benedictione plenitudinem percepisse, dubium existere valuit? Quomodo Christus Dominus charissimæ Matri suæ hoc nimium gaudium videndi suos auferret? Imò potius eam maximè consolaretur? Et Apostoli Discipuli Domini, & alij ibi adstantes verbis tantæ Matris, & doctrina eruditi remanerent, & eius amantissimo aspectu, visuque recreati, omni consolatione pleni, huius tanti beneficij memores, grati semper apud Deũ existerent, agentes gratias pro tãto bono. Et Beata Virgo Dei genitrix Maria eorum conuentu

Anno Christi Domini 58.

alacris, & solata in illo sancto vitæ suæ fine lætabunda, & gaudens migraret ad filium.

Num. 98. Refertur apud aliquos de excessu virginis, & sanctæ multitudinis ad eam accessu particularem scripsisse tractatum Cosmam quemdam Apostolicorum temporum vicinum, & ea quidem audivisse ab his qui sacro illi conuentui interfuerant; non extat hodie illa narratio, quam habuisse, & legisse videtur Pelbartus Osualdus Temesuariẽsis, acceptam fortassis è nobilissima Mathiæ Corvini Regis Hispaniæ Bibliotheca ad quam illi, vtpotè vicino, seu transilvano, facilis fuit accessus. Videantur idem Pelbartus in Stellario suo libro 10. part. 5. art. 5. cap. 11. vbi nonnulla inde excerpta repræsentat; & Pater Petrus Allois Leodiensis è Societate Iesu, lib. 1. Illustrium Orientalis Ecclesię Scriptorum in notationibus ad cap. 3. vitæ sancti Hierothei, verbo solet, litera A. fol. mihi 628.

Num. 99. Passim hic ad notare convenit cum Patre Frãcisco Bivario in commentarijs ad Chroniconem Lucij Flavij Dextri anno 48. fol. 99. Dionysium nomine Pontificum ibi, non solùm Apostolos, sed omnes Episcopos, qui illic aderant, subnotasse; cum scilicèt inter ipsos, vel cum ipsis, posteá Hierotheum numerat inter Pontifices. *Qui tamẽ* (inquit) *non erat Apostolus, sed Episcopus Athenarum*; vnde elicitur, quod si placuit, vt omnes Pontifices hymnos dicerent, & Hierotheus etiam dixit, profecto inter Pontifices numeratur; quare nomen *Pontificum* nō solum positum censendũ est propter Apostolos sacros, quos tamẽ peculiari nomine, *Theologos*, nuncupavit, sed propter alios, qui Episcopali dignitate fruebantur, in quorum numero Hierotheus appositus invenitur.

Num. 100 (B. *Imponit*) Quo anno Beata Virgo Maria

mor-

mortalitatis vinculo soluta fuerit, scriptores non vnà sentiunt, sed variè eos annos computant, & cum ex ætate Virginis tempore dormitionis suæ calculationem faciant, hanc etiam non omnes vnanimiter figunt, vt infra littera G. num. 138. clarè demonstrabimus; sed verisimilibus fundamentis moti, hoc anno Christi Domini nati 58. matris suæ transitum fuisse credimus, sicque in eodem apposuimus. Quæ præclaræ Virginis Dei Genitricis Mariæ dormitioni sacræ præcesserunt, & successerũt mirabilia, nõ licet reticere, sed eorũ, quæ nobis nota sunt, cum etiã non lateat, non omnia omnibus cognita fuisse, vt rectè censet Petrus Cellẽsis lib. 9. Epistolarum, epistola 10. ad Nicolaum Monachum Sancti Albani, vbi inquit: *Credo, & cõfiteor plura esse apud nos ignota de Virgine sacrosancta, quam nota, quia conformata est & gratia, & gloria, & non possumus ad eam.* Et Ioannes Baptista Novatus, tom. 2. de Eminentia Deiparæ, cap. 7. q. 19. quærit, vtrum plura Virginis privilegia nobis ignota sint, & probat affirmativam partem sine dubio admittendam esse. Pro fidelium devotione, & amore erga Deiparam aliqua attingemus, ne in tantæ matris abscessu, sine teneri aliqua recordatione eius trãsitum inconsideranter, & cum silentio trãseamus, quare saltim duodecim (inter alia) privilegia memorabimus; sex ante dormitionem, & sex post transitum, quæ breviter in beneficium suorum filiorum exponemus.

Sex privilegia Dei Genitricis Mariæ ante eius dormitionem.

PRIMVM, *Quod Angelus Gabriel nuntiavit ei ad altissima ascensum.* Privilegium

Anno Christi Domini 58.

hoc in suo Mariali in oratione 4. de dormitione Beatæ Virginis, Isidorus Archiepiscopus Thessalonicensis his exprimit verbis: *Hanc in terra cœlestē vitam traducenti Virgini de Ascensu eius ad altissima nuntiat Angelus. Hunc sacrum fuisse Gabrielem tradunt, huiusmodi quoque verbis tunc vsum; verū conditor Dei Verbū, Deus, & Filius tuus ad se te vocat, ò Virgo, post triduum, ò laudatissima, excelsas, vt te suscipiat, paratus est locus, nuntius hic etiā, ò purissima, felix, & gaudij plenus est, qui primam tibi attulit salutationem; nihilominus lætam alteram affert; sicut enim illa plena fuit lætitia, quia descendentem in terram sola portasti Creatorem. Ita nunc etiam: Aut ò benedicta, quia solus te vniversorum Dominus excipiet ascendētem in cælos, vbi voluptate ineffabili perfunderis, Deoque digno contubernio perfrueris: Divina verò re, & sempiterna speciositas super affluenter splendidā reddet; induceris enim immortali vita, tanquam splendida veste ineffabilem tribuēte voluptatem, nimirum exultationem cum filio tuo, & Deo in omnem æternitatē.* De hoc Angelico annuntio multi ex Græcis, & Latinis scriptoribus loquūtur, sanctus Sabbas in Menæis Græcorū die 15. mensis Augusti; Simeon Metaphrastes in oratione de vita, & dormitione Deiparæ; Epiphanius Monachus, & Presbyter Cōstantinopolitanus in vita sanctissimæ Dei Genitricis; Nicephorus Callixtus lib. 2. historiæ Ecclesiasticæ cap. 21. Georgius Cedrenus in compendio historiarū; Albertus Magnus super *Missus est*, c. 169. & 170. Bernardinus à Busto in Mariali parte 11. serm. 1. de Assumptione; Clictoveus serm. 5. de eodem festo; Iacobus Bergomensis in vita Beatæ Mariæ; Pelbartus in Stellario lib. vlt. parte 1. art. 1. Hyppolitus Marracius in notis ad Mariale Isido-

ri Archiepiscopi Thessalonicensis, nu. 3. fol. 225.

Secundū. Quod Angelus Gabriel iussus Beatæ Virgini palmæ ramum dedit in hac obitus sui annūtiatione. Ita de hoc testatur Isidorus Archiepiscopus Thessalonicensis in prædicta 4. oratione dormitionis Beatæ Virginis in suo Mariali loquutū sic Angelum Deiparæ Virgini, introducēs: *Ave igitur fulgentissime sol puritatis; Ave alabastrum odoris nunquam defuturi plenissimū; Ave horte vitalis facultatis largitor, ferēs immortalitatis fructus; Ave, quod incorporeos efficis lucidiores, dum huiusmodi nuntia afferunt, id quod ego experimento didici; Simbolum porrò indeficientis, semperque virentis in te iucunditatis. Hunc palmæ ramum tibi do iussus. His dignissima Deo spōsa auditis accepit ab Angelo ramum, & perfusa gaudio, suavitatisque rore spirabat lætitiam, & voluptatis halitū emittebat; iucunditatisq; plena omni ex parte signa exultantis dabat.* Expressè hoc etiam tenet Sanctus Vincentius Ferrerius, serm. 1. de Assumptione Deiparæ, dicens: *Statim apparuit sibi Angelus Gabriel salutans eam, & portans ramum palmæ: ramus ille significabat victoriam, quam virgo habuit de mundo per humilitatem, de diabolo per paupertatem; de carne per purissimā virginitatē.* Et testis est Amadæus in Apocalypsi sua, raptu 8. vbi inquit: *Antequam Maria Regina nostra à vobis migraret; Ego Gabriel salutans eam attuli ramū sibi palmæ de Paradyso Dei, virētibus folijs, in signum eius victoriæ, quæ palma ferri debebat ante feretrum eius.* Multi igitur de hac palmæ portatione virgini sacræ ab Angelo Gabriele reminiscūtur Authores; Sanctus Sabbas in Menæis Græcorum die 15. Augusti; Simeō Metaphrastes in oratione de vita, & dormitione Sāctæ Mariæ; Nicephorus Callix-

Anno Christi Domini 58.

tus lib. 2. historiæ Ecclesiasticæ cap. 21. Ioannes Episcopus Thessalonicēsis, oratione in dormitione Sanctissimæ Deiparæ; Bartholomeus Pisanus de vita, & laudibus Beatæ Mariæ lib. 5. fructu 7. Pelbartus in Stellario lib. 11. parte 5. art. 3. cap. 2. Nicolaus Horios Rhemensis, in libro de gloriosa Virginis Mariæ Assumptione; Vincentius Beluacensis in speculo historiali libro 8. cap. 75. Petrus de Natalibus in cathalogo sanctorum lib. 7. cap. 65. Petrus Cresperius in triumpho Beatæ Mariæ die 28. num. 7. Ioannes Baptista Novatus de eminentia Deiparæ tom. 2. cap. 8. q. 2. Aloysius Novarinus in vmbra virginea num. 1706. Georgius Colvenerius in Kalendario Mariano die 13. Augusti, §. 1. num. 3. quos omnes in vnum congerit Pater Hyppolitus Marracius in notis ad Mariale Isidori Archiepiscopi Thessalonicensis, tit. 4. fol. 226. Et licet hoc etiam inveniri dicatur in lib. illo Apocrypho de transitu Mariæ à Gelasio proscripto cap. Sancta Romana Ecclesia, optime advertit non propterea statim reijciendum esse tanquam falsum, cum in Apocryphis etiam vera quædam contineantur. Hinc Baronius to. 1. Annaliũ anno Christi 48. postquā hoc, & alia retulisset ex Apocrypho esse accepta, mox subdit: *Sed hæc cum dicimus, non sic impugnamus quasi minime vera, quandoquidem non sit impossibile apud Deum omne verbum; sicut nec ob eam causam, quod ibidem fertur eadem resurrexisse, & animam cum corpore esse assumptam in cælum, id negamus, vel in dubium revocamus accidisse.*

Num. 103 *Tertium: Quod ascendente Beata Virgine in montem Olivarum cōsciā sui obitus, & collegisset ibi filium suum oraret, plantæ illæ, & arbores venerabantur illā inclinatione.* Miraculū hoc manifestis & claris verbis patratum fuisse testatur prædictus

Anno Christi Domini 58.

Isidorus Archiepiscopus Thessalonicensis in dicta 4. oratione de dormitione Deiparæ, ibi: *Itaque ascendit, vt dictum est, vltima creatori persolutura salutationis officia, & orantis preces. Insolitum tunc ergo visum est spectaculum & auditu horrẽdum, vna tamen virgine dignum. Ascendebat, vt enarravi, orandi causa. Dumque illa ascenderet, multitudo plantarum ibi positarum suo in statu manebat; nihil enim agebat quasi sensu prædita, seu rationis compos. Vbi autem virgo inclinans se se movebat, & manus, & genua in terrã flectebat (o rem novã, & admirandam!) plantæ illæ, & arbores quasi ministri participes mẽtis divinæ, simul omnes famulabantur, tanquam pudore suffusæ, nisi summam reverentiam exhiberent, vt illam, qua ratione possent, palam significarẽt; cõveniebat enim omne genus flecti purissimæ quoque virgini, propter excelsum eius nomẽ. Sylva igitur illa procubuit, & quasi vltimũ vale dicẽs abitura adoravit: & videbatur quidem deducere, sed quasi lamentis, & luctu tristis esse; quod peregrina sanctitate privaretur; qua, propter Virginis præsentiam fruebatur.* Etiam de hoc plantarum virgini exhibito famulatu memoratur Sanctus Abbas in Menæis Græcorum die 15. Augusti, dicẽs: *Virgo itineris ad filium suscipiendi desiderio mox flagrans in montem Olivarum ascendit, precibus accurate fundẽdis intẽta. Hoc enim solemne iam habuerat, vt in eo monte iugiter orationis studium cõtinuaret. Verum id loci inopinatum quidam evenisse tunc perhibent; quippe arbores in monte isto plãtatæ spontaneo motu inclinaverunt se Virgini colendæ, planè ceu vivo tantæ Dominæ serviendi affectu pollerent.* Nec minus clarè, & apertè hoc idem docuit Ioannes Episcopus Thessalonicensis oratione in dormitione Sanctissimæ Deiparæ, cũ

scrip-

Anno Christi Domini 58.

scripsit. *Tunc ascedete illa, id est, Virgine, in montẽ Olivarum, exultavit totus mons cum plantis suis, ita vt ipsæ plantæ venerabũdæ inclinarentur.* Conformari etiam posse autumat Pater Hyppolitus Marracius in notis ad Mariale Isidori Archiepiscopi Thessalonicensis num. 5. fol. 230. ex eo, quod commemorat Episcopus Abulensis in cap. 2. Matthæi; videlicet præter illam arborem, quæ aduentantem in Ægyptum Christum cum Maria, & Ioseph venerata fuit, aliam etiam arborem Palmæ antiquissimã fuisse; quæ post quã se sanctissimæ Virgini Ægyptum intranti inclinavit, vt dactylos inde colligeret; iterum se erexit. Et corroborari ex eo, quod refert Turselinus in historia Lauretana lib. 1. cap. 6. nempè è Dalmacia in Picenum venienti Deiparę domicilio, arbores obuias velut venerabundas se inclinasse, ac exindè pronas perstitisse quoad euo, ventis ferro procumberẽt. Proindè dum staret nemus (quod hodie excissum est) inclinatas ad ædis adventum lõgo ordine arbores monstrari solitas peregrinis tanti miraculi testes.

Num. 104 *Quartum. Quod antę obitum Virginis domus, vbi iacebat, concussa fuit.* Rationem huius miraculi præbet Isidorus Thessalonicensis Archiepiscopus in Mariali suo, in prædicta oratione 4. dormitionis Deiparæ, ita dicens: *Post expletum orationis opus domum se Beatissima recipiebat, & ecce tibi rem insolitam; quatiebatur enim domus, & quod nunquam illi contigerat, tunc tota contremuit; Genitũ arbitror illum fuisse, significante loco planctus, per illam concussionem domo, quod migratura esset sanctior universis, & incomparabili pulchritudinẽ pollẽs inhabitatrix: Quod si maiori gloria super terram opus fuisset, Virgini futurum fuisse extstimo: vt & cœlum, & terra, & mare, &*

vni-

vniversa tunc creatura, luctu vnaquaque ederet, & cōtremeret, & plangeret, & graviter ingemeret propter illius migrationē. Visusq; fuisset vltimus terræ motus adesse, cuius horrore & mortuos audimus excitandos, vt, & in aëra ferantur, parumquè distaret ab illa concussione generalis commotio luctus ob Virginē; sed quia summum ipsa gloriæ splendorisquè gradum assecuta erat, vt Deum enixa, nihil opus erat, vt novo tellus motu quateretur, instante sacra dormitione Virginis. Confirmat hoc idem Sanctus Sabbas in Græcorum Menæis die 15. Augusti, dùm scribit: *Oratione peracta, demùm regreditur Virgo, eamque totam repente concuti sensit*; quem allegat Pater Hyppolitus Marracius in notationibus ad Mariale Isidori Archiepiscopi Thessalonicensis in dicta 4. oratione in dormitione Virginis, num. 6. fol. 230.

Quintū. Vt sine proprio moreretur virgo, duas, quæ sibi erant vestes, duabus Virginibus donavit. De hac etiam vestium sacrarum largitione describit idem Isidorus Archiepiscopus Thessalonicensis in suo Mariali in prædicta 4. oratione pro dormitione Beatæ Virginis, licèt non alijs conveniat affirmans, duabus viduis mulieribus esse cō donatas, cùm multi nō inferioris notæ Authores duabus Virginibus fuisse elargitas edoceāt. Sic inquit Isidorus: *Duas, quæ ipsi erant vestes, vtrique Viduæ dat; nullum quippè thesaurum possidebat Virgo nisi supremarum virtutum opus, & siquid necessitas exigebat. His auditis, honestæ mulieres magno plāctu ingemuerunt, intima dederunt, & amara suspiria, lachrymarum rivulos miserūt ex oculis, nec ferre poterant cordis avulsionem.* Sub nomine viduarū, de hac donatione vestium Virginaliū loquuntur alij tres Authores, nempè Ioānes Episcopus Thessalonicensis, oratione in dor-

Anno Christi Domini 58.

mitione Sanctissimæ Dei Genitricis, qui Beatam Virginem filio suo Ioanni Evangelistę in postremo vitæ suæ tempore proloquentem introducit sic. *Fili Ioannes, vides, quia nihil habeo super terram præter solum meum funus, ac duas tunicas. Sunt autem hic duæ viduæ. Quando igitur à corpore egressa fuero, da unicuique earum unam.* Cõspirat cum Ioanne Sanctus Sabbas in Menæis Græcorum die 15. Augusti, his verbis. *Porrò, de duabus tunicis suis negotium dedit, ut ex duabus indigentibus viduis dono traderetur, quas quidem longa consuetudine cognitas alimentis quotidianis adiuverat.* Tertium locum obtinet Nicephorus Callixtus lib. 2. historiæ Ecclesiasticæ c. 21. in eodem casu, hæc referẽs: *Tum Virgini discipulo, & itidem alijs ipsa Virgo præcipit, ut duas eius tunicas vicinijs viduis, quæ præter cæteras propensiore erga eam amore, atque pietate fuissent, donent.* Ex his hic idem Nicephorus lib. 15. historiæ Ecclesiasticæ, cap. 24. loquiens de vna harum vestiũ, quæ, à Leone Imperatore Cõstãtinopolim fuerat perlata, Virgini cuidam Hebreæ ab eadem Beata Virgine donatam inquit, ibi: *Hanc mater Dei, ad filium migrans, mulieri Hebreæ Virgini reliquit.* Vnde primus eius locus lib. 2. cap. 21. de Virginibus, non viduis intelligendus, & emendãdus venit, huic sensui accedit Simeon Metaphrastes in oratione de vita, & dormitione Sanctæ Mariæ, dicẽs: *Deipara vitam finiens duabus mulieribus Virginibus duas suas vestes donavit loco benedictionis.* Modum, quo vna ex his vestibus virginalibus reperta fuit, aliqui referunt Authores, maximè dictus Simeon Metaphrastes, qui apud Laurentium Surium die 15. Augusti ad longum recẽset, quem secutus Benedictus Gononus in Chronicone sanctæ Deiparę ad annum Christi

460 fol.66. in substantia eadē repetit, sed brevi-loquio, & magno laconismo hanc inventionem sacræ vestis Dei Genitricis Mariæ delineat. Pater Christophorus à Castro in historia Deiparæ Virginis Mariæ, cap. 20. nu. 12. fol. 489. *Postquam autem* (inquit) *Candidus, & Galbius germani fratres, patritia dignitate præditi, Hierosolyma profecti, omnia ibi loca perlustrarunt, & exosculati sunt, atque indè etiam in Gallileæ partes venerūt, & thesaurum tunc apud iudæam quandam servatum repererunt, consilium eius auferendi ceperunt, & Hierosolymorum urbe peragrata, & sancto quoque loco salutato, ex Palestina discessuri arcam eadem longitudine, & latitudine, qua illa erat, in qua divina Dei matris vestis reposita erat, fieri curarunt, solito ornamento coopertam per fraudem in loco suo deposuerunt: alteram autem illam cum sacrosancta veste receperunt, & cum ea, quàm celerrimè, Constātinopolim recurrerunt, in suburbana regione, cui Balcherna nomen erat, occultare divinum thesaurum volentes. Quandoquidem verò rem tentare, quæ fieri nequiret, visi sunt, ingratiis etiā eam ad Imperatorē retulere, atque ille incredibili elatus voluptate, rotundo in eo loco, ubi asservabatur, constructo Templo, cum magna veneratione sacram arcā in eo collocavit, ubi nunc quoque veneranda illa vestis servatur integra; veluti invictum, perpetuumque urbis præsidium, quæ varios repellit morbos, & miraculis, quæ in ea fiunt, naturam, & vim temporis superat.* De structura huius templi in Divæ matris Dei Genitricis Mariæ obsequium à Leone Imperatore Constantinopoli erecti, ad longum agunt Ferreolus Locrius Mariæ Augustæ, libr. 4. cap. 47. & in sua Anacephalæosi Chronica, anno 457. & Cæsar Baronius ad hunc annum, in suis

Annalibus, & tom. 6. anno 474. Pater Petrus Canisius, è Societate Iesu, de Maria Deipara, lib. 5. cap. 23. fol. mihi 1052. & Pater Antonius Spinellus, ex eadē Societate, de Maria Deipara, tractatu de festis, ac templis Deiparæ, n. 74. fol. 725. ibi: *Leo Imperator huius nominis primus, qui anno* 458. *regnare cœpit, duas ædes Deiparæ à fundamentis exædificavit: Vtramque pro Vrbis mænibus tanquam inexpugnabile eidem vrbi propugnaculum. Alteram in Blachernis ad maris littus figura rotundam, in qua vestem Deiparæ, suo tempore à Galbinio, & Candido Patritijs Constantinopolim delatam in arca ex argento, & auro confecta deposuit.* Et fusius tàm de hoc templo, vesti sacræ Deiparæ dicato, quàm de donatione harum duarum vestium, seu tunicarum eiusdem Matris Dei Virginibus Iudæis, tractat idem Pater Antonius Spinellus, cap. 29. num. 52. fol. 415. ad quem lectorem sciendi cupidum mittimus.

Sextum, Conventus sacrorum Apostolorum, aliorum sanctorum Præsulum, & Discipulorum Domini fit per nubes, ante Mariæ Virginis obitū, vt illi inserviant, & famulentur. De hoc Apostolorum, & aliorum sanctorum conventu ante dormitionem Beatæ Virginis, & Dei Genitricis Mariæ ex testimonio Sancti Dionysij Areopagitæ, & aliorum Scriptorū egimus in hoc anno 58. litter. A. nu. 59. cum sequentibus: addimus nunc Sanctum Germanum Archiepiscopum Constantinopolitanum in sermone de obdormitione Sanctissimæ Virginis Deiparæ ita de hoc Apostolorū congressu loquentem: *Lumen illud Hierosolymorum Apostoli* (inquit) *accesserunt ad te, ò Deipara, sitim &, Abacuc Propheta à partibus Osrhoenæ vnius horæ spatio per nubes raptus, & Angelica dextra in Babylonem Persicam ad lacum*

Anno Christi Domini 58.

Danielis translatus fuit. Quæritât aliqui, an hoc, secluso miraculo, fieri potuisset, affirmativè aliqui cũ Patre Francisco Turriano è Societate Iesu lib. 2. adversus Magdeburgenses pro defensione canonum Apostolorum, & Patre Melchiore Inchoferio, ex eadem Societate, in epistola Beatæ Virginis ad Messanenses, cap. 8. tenent. Sed verè antiquorum, & gravissimorum Authorum sententia est, illum Apostolorum adventum miraculosum omnino fuisse, cùm, momento temporis per aëra rapti fuerint, vt morienti Virgini adessent; vt ex Simeone Metaphraste; Michaele Syngelo; Nicephoro Callixto; Sãcto Ioanne Damasceno; Iuvenale Hierosolymitano probat P. Hippolitus Marracius lib. Apostoli Mariani, c. 1. fol. 23. & quidquid sit, an naturaliter, vel miraculosè acciderit; verũ sanè esse, hunc Apostolorũ ad trãsitum Virginis Beatæ adventum omnes profitentur; sic Pater Petrus Canisius, è Societate Iesu, lib. 5. de Deipára, cap. 3, illis in verbis: *Verùm enim verò, sivè per miraculum, sivè sine miraculo ad Mariæ mortem Apostoli convenerint, divinæ dispensationis hoc opus vtique proprium fuit, in quo Christus suam erga Matrem curam, & dilectionẽ insigniter declaravit, cum perlectissimos discipulos, & quasi advẽtus sui prænuntios, illam in extremo vitæ spatio amantèr invisit, officiosè salutavit, fidelitèr consolatus est: Maria verò eosdem Filij sui præcipuos vicarios, & legatos agnoscens, & ob Evangelici muneris, quo fungebantur, maiestatem, honorans; non potuit eos, reliquis credentibus non chariores habere, ac peculiaritèr venerari, præsertim, quod summis de rebus sæpè alias cum illis ipsis reverentèr conferre soleret. Illi verò (nihil ambigo) qui summoperè desiderarent talem Matrem ac Magistram, adeo-*

Anno Christi Domini 58.

què primariam illius Ecclesiæ columnam diu vivere superstitem, cuius præsentiam, sapientiam, atque sanctitatem sibi ac alijs valdè frugiferam, & salutarem esse persæpè sensissent. Hoc què generalitèr de adventu Apostolorum ad Deiparæ Virginis transitum, dictũ sufficiat. Descendamus nùnc, vt de singulis, tum Apostolis, tum Domini Discipulis, seu de Prælatis sanctis, qui ibi adesse describitur, aliqua testimonia proferamus.

Num. 107 In primis dicitur, adstasse Divum Petrum Apostolorum omnium Principem & caput; testatur ex revelatione Sancti Gabrielis Archangeli, in sua Apocalypsi Amadæus, raptu 8. de hac Divi Petri præsentia, & ad longum orationem ab eo in laudem Virginis factã coram alijs Apostolis, & viris Sanctis profert, quæ sic se habet.

ORATIO

Divi Petri Apostoli in dormitione Deiparę Virginis Mariæ.

SCio, Fratres mei dilectissimi, notum esse omnibus vobis, quanta dignitatis sit hæc, quam corã vobis cernitis, Virgo in qua, & si omnes sint collecta virtutes, omniaque collecta dona, fervor tamẽ Divini honoris, & zelus divina venerationis in ea super omnia effulsit; quia, & si verè Deo nihil maius sit, vel esse possit, homines tamen (etiã sancti) quadam familiaritate Dei assueti, ipsum tanquam amicum quemdam, & familiarem existimant, & non tanti eum faciunt, quanti ipse est. Sed hæc, quamvis semper gratiam Dei habuerit, Deumque ipsum viderit, & ab eo super omnes exaltata fuerit, semper tamen quadam ineffabili humilitate se quotidie minorem existimans, &

Deum

Anno Christi Domini 58.

Deum, quo magis et in dies appropinquabat, a se remotiorē existimabat, remotiorem dico, quia semper ipsum digniorem iudicabat. Hac est illa, quæ dum eligeretur in Matrē Dei, dixit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum. Hac est illa, quæ iam electa in Matrē Dei, statim Filio dicebat: Respexit Dominus humilitatem ancillæ suæ Quo ergò magis crescebat, eò se minorem censebat: & quò minor erat in oculis suis, eo maior coram Deo efficiebatur. Rectè id egit, quia omne bonum sibi collatum, donum Dei fuit; & nihil habebat, quod non acceperit. Omnia in ea sunt laude digna; sed omnia, vobis fratribus meis me peritioribus, non sunt recensenda. Cætera igitur omnia relinquens, hoc solum dicam eo, quod Magister noster Christus Iesus dixit: Qui se humiliaverit, exaltabitur; & qui plus se humiliauerit, maior erit in Regno Cœlorū. Quia ergo Domina nostra Dei Genitrice nemo humilior fuit, iustum est, vt in Regno Cœlorum nemo sit maior, atque sublimior ea. Nos igitur, Fratres charissimi, humilitatē Reginæ nostræ Virginis Mariæ imitemur; &, quoad possumus, vestigia eius sequamur; vt ille, qui eam super omnes sublimavit, nos quoque tantæ gloriæ, ac sublimitatis participes efficiat; qui cum Patre suo, & Spiritu Sācto vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amē. Dionysius Areopagita de Divinis Nominibus c. 3. ibi adfuisse Divum Petrum etiam dicit; ex quibus idem tenet Pater Hyppolitus Marracius in suo de Apostolis Marianis libro cap. 2. fol. 55. dicens: *Beatissima Virginis obitu instante, non sine præsagione divinitus iniectâ convocatus, adfuit etiam admirando spectaculo Divus Petrus, qui post Deiparam omni affectu, ac reverentia coram alijs Apostolis, virisque Apostolicis salutatam, eiusdem Deiparæ Lau-*

Anno Christi Domini 58. Num. 108

des enarrare capit.

Secundo loco Paulum Apostolum dormitioni Deiparæ etiam adfuisse, sermonēque fecisse de eius laudibus, Amadęus in sua Apocalypsi, raptu 8. defendit, & orationem ad literam refert tenoris huius.

ORATIO

Divi Pauli Apostoli in transitu Beatæ Mariæ Virginis.

NVnquàm ego, Genitrix Dei nostri inclyta, & tu Petre, cui claves Regni Cælorũ spiritualiter datæ sunt; vos que Apostoli dignissimi Domini nostri Iesu Christi, in hunc locum conscendissem; nisi verba Andreæ constantissimi Apostoli, immò verba ipsius sapientiæ Christi Domini movissent, dicẽtis: Qui maior est vestrum, erit minor, & minister vester: non enim inter nos debet esse, sicut in curijs, & domibus Regum huius sæculi. Maiorē itaque me faciendo, minorem fecistis; quia hæc maioritas servitus est Iesu Christi. Enitar ergo tanto humilior esse in omnibus, quãto me maiorē fecistis; quia hæc maioritas (vt dixi) servitus est Iesu Christi. Ille vtiquè maior est, qui Deo magis se humiliat; ille dignior est, qui indigniorem se putat; ille sanctior est, qui se iniustiorem credit; cuius rei exemplum, ecce, coram nobis habemus in Virgine humillima, cuius humilitatē supra omnia alta respexit Deus; quamvis enim ipsa sit decora mente, & corpore, & nulla virtus sibi deficiat, tamen Altissimus, qui in Excelsis habitans humilia respicit in Cælo, & in terra humilitatem eius respexisse dicitur, superbumquè Luciferum de Cælis ad thartara detrusit, & Mariam humillimã super omnes Choros Angelorum sublimavit. De cuius

Anno Christi Domini 58.

ingenti gloria, & innumerabili gaudio in sempiternum duraturo, & de cælestis curiæ dispositione, tãquam ille, qui raptus fui vsque ad tertium Cælum, quædam coram vobis ego minimus Apostolorum, dicam. Cæli, ad quos nunc, ò Maria properas, vt oculis mentis meæ clare conspexi, septem sunt, quorum vnumquodque vnam lucem tãtùm gerit. Primum quidem Lunam; secundum Mercurium; tertiũ Venerem; quartum Solem; quintũ Martem; sextum Iovem; septimum Saturnum: Deinde est octavũ Cælum, in quo sunt omnes aliæ stellæ, quas videmus, & plurimæ sunt, quas videre nõ possumus; omnes tamẽ sunt in Cælo illo, in quo sunt etiã duodecim signa, scilicet Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornius, Aquarius, & Pisces. Super illud est vnum Cælũ, in quo nulla stella est, sed ipsum motu diurno iugiter movetur, cuius motus vnicus est, & velocissimus, & miro modo secum ducit omnes Cælos inferiores; qui Cæli etiam alio motu moventur, & motu continuo; nã & si velocissimè moventur ab Oriente in Occidentẽ; tamèn mixtim cum mirabili proportione moventur tardius ab Occidente in Orientẽ, in quolibet enim minuto magna portio Cæli inferioris ab Oriẽte in Occidentem fluit; & dùm fluit illa magna portio, parva, & penè imperceptibilis portio eiusdem revertitur, quam reversionẽ Luna citissimè consummat: Mercurius: Venus, atque Sol penè in tẽpore æquali. Cursus autem Solis sub circulo Zodiaci notus est omnibus; Mars in sex annis: Iupiter in tredecim: Saturnus in triginta: Cælũ stellatũ in centum annis gradu vno. Super omnes istos Cælos mobiles est Cælũ immobile, in quo, tanquã in loco, omnia movẽtur. Locus autẽ ipse manet immobilis, vnde omne aliud cõtinens, vt cõtentũ continet, & prout

Anno Christi Domini 58.

ratione illius continet, immobiliter continet: Vndè omnes de loco tractantes, ipsum immobilem esse dixerũt, vt verũ est: Nam, & si immediatè continẽs, vt aqua, vel aër, fluat, non tamen cõtinẽs vltimũ fluit ratione huius firmitatis, & immobilitatis; Locus dicitur immobilis, & res nunc existẽs in vno continente proximo, nunc in alio, non dicitur locũ mutare, quia ad primum continens, eundẽ secundum semper terminatur: Si illud Cælum non esset, nihil propriè locum haberet. Illud autem Cælum est mira arte confectum; vt non solum Spiritibus, sed etiam corporibus humanis sit habitaculum aptissimum, & gratissimum. Ibi prima, post Deũ, erit anima Christi Filij tui, ò Maria Sãctissima, quæ ab ipsa Trinitate illuminatur, & perficitur. Tu verò etiam ab illa illuminaberis, & perficieris. Post te erit Michael, Gabriel, & ita vlterius; iuxta quod Dionysius meus hic existẽs iã literis cõscribere cœpit. Scio te, ò Maria, nihil eorũ, quæ hodie loquor, fugere: Loquor tamen vt probes corã fratribus meis verba mea. Merces tua (vt ipsa nosti) est magna nimis, omnem certè beatitudinem, & mercedẽ superat: tui sumus famuli, tui omnes: memor esto nostri tu Regis nostri Mater, vt vota nostra persolvetes, efficiamur digni repromissionibus Christi, cum quo, ecce, viuere, & regnare feliciter pergis: qui cum Patre, & Spiritu Sãcto viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen. Cosmas cognomẽto Vestitor, apud Pelbartũ in Stellario, lib. 10. p. 5. art. 1. dicit, quod cum Beata Virgo morti proxima, inter Apostolos videns sanctum Paulũ, cũ nominatim salutasset, illumq; genuflexum, respondisse; *Aue impetratio mei solaminis; licet enim Christum in carne non viderim, tamẽ cũ te video, ac si ipsum tuum Natum videre, cõsolor in spiritu: vsq; modo Deum te genuisse gentibus præ-*

di-

Anno Christi Domini 58.

dicavi: amodò te ad ipsum translatàm docebò. Et Bartholomæus Pissanus lib. 5. de laudibus Virginis, fructu 8. virgineo corpore sepulturę commisso, Paulū, de facundia, & sapiētia Dei Matris, alijs coram Apostolis perorasse, testis est.

Num. 109 Affectum suum ergà Deiparam *Andream* Apostolum clarum effecisse ex oratione illa, qua eidem Deiparæ paulò pòst extremum acturæ diem, supremos in terris honores debitè impensos, demonstravit. De hoc sermone etiam agit Amadæus, raptu 8. Apocalypsis suæ, qui incipit.

ORATIO

Sancti Andreæ Apostoli de laudibus Virginis Mariæ.

PVlchra es, & valdè decora Genitrix Dei nostri, tuamque pulchritudinem Sol, & Luna, & cuncta sidera, immò & omnes virtutes Cælorum admirātur. Iustum ergò, & rationabile fuit, vt Mater Dei tanta puritate splenderet, tantaque pulchritudine fulgeret, vt sub Dei nostri pulchritudine, nulla in terris, vel in Cælis maior cogitari posit. Tu enim tota pulchra es, & macula nulla in te est: nihil in te sordidū: nihil tetrū: omnia splēdēt, omnia rutilāt. Quia ergo Ioannes frater meus, & filius tuus, licèt illi Primogenito Filio tuo lōgè impar, de maternitate tua tanquā filius multa præclarè attulit: & Petrus novus omnium Pastor tanquàm omnium nostrùm humillimus, tuā humilitatem, quæ admodum in te Deo complacuit, extulit: ego germanus ipsius, qui decoris nomen gero, de tuo decore, de tua speciositate, de tua formositate, & pulchritudine aliquid coram his maioribus fratribus meis dicere curabo: Maximè

Anno Christi Domini 58.

quia tu sola ita electa es, vt nunquã salus tua, beatitudo tua, ac felicitas tua, in dubio fuerint, etiam quando Angelis mandata dabantur, cum conditione, vt, si ea seruarent, Beatitudinem detinerent: quandò totum genus humanum damnatum erat, totum perierat, totum hæreditate priuatum fuerat; tu sola ab omnium vniuersali damnatione præseruata fuisti. Electa enim eras in Dei Genitricem, & omnium Reginam; ita vt si homo non peccasset, tu inter omnes, post Filium tuum, prima in Regno Dei esses; peccante verò homine, iam remedium illud, ac si non peccaret, paratũ erat. Labores, inquã, & dolores Iesu Christi Filij tui, & Domini nostri tibi profuerunt. Sic enim decreto æterno firmatum erat, vt passio eius super omnes tibi prodesset, quãuis nondum exhibita esset; quæ tamẽ valuit, quãtum à Deo accepta fuit. Non enim ergò tu mortua in Adam fuisti; quamuis ratione propagationis, morti obnoxia fuisti; quia sicut etiam alij ex vtroque parente es nata, ita & mortua fuisses; quamuis vterque illorum parentum tuorum sanctissimus esset. Vnica columba, & sine felle; vnica immaculata recessisti à peccato quocunque; recedere à peccato tã longè nemo potuit; de te Propheta locutus: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascẽdet. Tota gracilis, recta: tota recta, nõ curua, sine nodo, & sine cortice: ò Maria Dei Genitrix, ò Virgo perpetua, rectè cecinisti. Ecce enim ex hoc beatã me dicent omnes generationes. Laudabunt enim præconia tuæ puritatis, & tandẽ omnes agnoscẽt. Plerique de tua virginitate dubitabunt, & credẽt te alios filios, quã Dominũ nostrũ, habuisse. Alij dubitabunt de tua maternitate, & credent te esse Matrem vnius solius hominis, & nõ prorsus Dei: & si Dei, nõ tamen veri Dei reputabunt. Matrẽ, sed illũ nõ distinguẽt à suo Patre, sed

cre-

credent eumdē esse, qui & Filius est. Propter quod sæpius rogavi, vt talia fieri nō sineret Altissimus; & dictum fuit mihi: Sufficit tibi, quod tibi datur: noli esse sapientior Deo. Sed scio, quòd exclusis de tua puritate aliĳs opinionibus falsis adhærebunt. Vltimò quoque hæc falsitas à tota Ecclesia excludetur. De pulchritudine, & de maximo decore tuo, ò Domina nostra, loqui volens, tetigi tantùm principium pulchritudinis tuæ, quæ nihil aliud est, quàm donum Dei: Et de tuo ingenti decore, & virtutum tuarū omnium splendore Thomas; Philippus; Iacobus; Matthæus; & ĳ adstātes, altiori ingenio altiora dicent. Nos omnes peccatores sumus, & fuimus: tu verò peccatorum omnium Redemptorem, ò Virgo immaculata, concepisti, Virgo peperisti, & inviolata sempèr fuisti. Tibi, & Filio vnico tuo Domino nostro, nos commendatos fore velis, vt quæ sine peccato sempèr fuisti, nos, & posteros peccatores, tua charitate, & dilectione complecti digneris; mihiquè, si in dicēdo prolixior fuerim, ignosce. Senes quippè, quādo incipiunt, abundantius loqui consueverunt. Ignosce ergò Domina; ignosce Regina; ignosce iterum, iterumquè ignosce, Mater Dei nostri, Mater suauissima. Beatā Virginē eum benedixisse, in Cœlum conscensuram, huiusmodi salutatione idem Amadęus asseverat. *Vale Andreas, qui primò, & ante omnes sequutus es Christum, nec præmio eris posterior.* Sed & tradito Beatissimæ Virginis corpore sepulturæ, Andream eiusdem Beatissimæ Virginis in fide constantiam oratione pulcherrima celebrasse; Author est Bartholomæus Pisanus libr. 5. de laudibus Virginis, fructu 8.

Adfuisse in spiritu Beatissmæ Virginis ex hac mortali vita migrationi *Sanctum Iacobū* Maiorē, etiam tenet Amadęus in sua Apocalypsi, raptu

Anno Christi Domini 58.

8. Virginem morti proximam sic Filio locutam tradēs. *Filij mi charissime Iesu, cuperem, vt adessent Apostoli tui omnes, qui supersunt, & etiam Iacobi fratris mei nuper decollati ab Harode, vt videatur ab Apostolis, præsertim à Ioanne fratre suo*; quod & à Filio obtinuit, vt ipsa alijs Apostolis testata est his verbis: *Ecce hic inter vos anima fratris mei Iacobi Zebedæi, quanihil locuta est, quia aliud est commertium illius & aliud istud; non licet cōuersationem illam facere istā.* Deipara verò in Cœlum ascendente, hunc idem Iacobum cum Ioanne Baptista, Ioscpho, Anna, Ioachim, Simeone, Stephano primo Martyre, atque alijs dixisse, refert idē Amadæus loco supra citato: *Ecce genus nostrum, & caro nostra: Ecce Regina, & Domina nostra, quæ scandit super æthera in æternum, regnatura ipsa est gloria nostra, ipsa magnificentia Ciuitatis nostræ: prosequamur eam laudibus, comitemur cantinelis dulcibus: pulchræ sunt genæ illius, sicut turturis; collum eius sicut monilia Regis: murenulas aureas faciemus: et vermiculatas argēto. Ecce tu pulchra es Maria, & colli tui columbarum.*

Num. 111 De indiuiduo socio Virginis Matris *Ioanne* Apostolo, & Euangelista indubia redditur eius ante obitum tantæ Matris accessio, & famulatio, imò continua semper erat obsequela, & adhæsio, vndè de obitu suo certior reddita Deipara, tam lætum nuntium illico denuntiavit Ioanni, quo omnia ad decessum pararet necessaria. Ioannem verò omnibus fidelibus Hierosolymam deb gentibus Mariæ obitum deuulgantem, vt omnes eius, quæ vitæ Authorem mundo ediderat, migrationi interessent; nihil omninò omisisse ex ijs, quæ ad tanti excessus Mysterium dignè celebrandum necessaria forent, defendunt Pater Christopho-

phorus a Castro in Historia Deiparæ cap. 20. & Pater Hyppolitus Marracius, Apostoli Mariani cap. 6. fol. 162. huc in tempore referunt Simeon Metaphrastes in oratione de vita, & dormitione Deiparæ, & Nicephorus Callixtus Historię Ecclesiasticæ cap. 21. Virginem ad Ioannem aspicientem, cùm pauca cum eo esset locuta, mandasse, vt duabus, quæ ibi aderant, Virginibus, quibus, cùm iàm diù vixerat familiaritèr, duas tunicas, quibus ad contegendum corpus per vitam vsa fuerat, distribueret, vt posteà distribuit; his addit Laurentius Maselli, lib. 6. de Beata Virgine, cap. 21. Beatam Virginem paulò ante mortem sacras Reliquias, quas apud se conservabat, ipsi Ioanni reliquisse, vt *Fasciam* Christi; *Syndone* sepulchri Domini: *Zonam* itèm, cuius meminit Germanus Patriarcha in oratione de zona Virginis: *velum*, quod verecũdissimo Virginis cultui, cùm nupsit, deservivit, cuius meminit Gabriel Barius, lib. 2. de antiquitate Calabriæ; *Pectinem*, quem deindè Trevirensibus ab Helena Constantini matre donatum tradit Iacobus Maddendorpius lib. 5. Academiarum: *Annulum* Sponsalitij Beatæ Virginis, quo Semimurensis apud Mandubios in Burgundia Prioratus nobilitatur, cuius meminit Genebrardus in Chronographia, lib. 4. ad annum 868. reliquit etiam *coronam spineam*, & *velum*, quo ipsa caput operiebat: insuper *capillos*, atque etiam *lac* vberum suorũ. Habemus ex lib. 4. c. 4. Insinuationum, divinæ pietatis sanctæ Gertrudis, quod eadem sancta in vigilia Assumptionis gloriosæ Virginis Mariæ, dùm devotioni mentẽ suam aptare studeret, vidit in spiritu ipsam Beatissimam Virginem, tanquam in tranquillissimo quodam iubilo suavissimæ contemplationis iam agonizare incipientem, quæ amabilissimi vultus

Anno Christi Domini 58.

sui severitate, ac gestus amicabilitate, omni se gratia plenam demonstrabat. Vidit etiam Beatum Ioannem Evangelistam quasi ad caput Virginis Mariæ orationi devotius incumbentem, à quo etiam Mater Domini videbatur, quasi vaporem quendam mirificum intrahere sibi. Cùm verò in his sancta Getrudis plurimum delectaretur, mirari cœpit, quid per hæc significaretur; vndè edocta est à Domino, quòd per hoc, quòd Beata Virgo visa est, de corde Ioannis vaporē trahere significabatur, quod Regalis Virgo specialē gloriā ex parte Beati Ioannis attulerit pro singulis bonis, quibus, ipso providente, liberiùs potuit vacare in omni vita sua: & cum Getrudis inquireret, quem profectum Beatus Ioānes ex talibus haberet, respondit: *Quasi tot gradibus affectuum cor meum ipsi est dulciter acclinatū, quot obsequiis Matris meæ virtutibus ipsius sollicitudinem sensi affuisse.* Etiam in transitu Virginis sermocinasse, tenet Amadæus in sua Apocalypsi, raptu 8. orationem his verbis incipientem.

ORATIO

Sancti Ioannis Apostoli in transitu Beatæ Virginis.

EGO, Patres, & Fratres mei charissimi, quid de tanta maiestate dicere potero? Qui sicut ætate, ita & scientia minor sum omnibus vobis. Ex quo tamen me cum Petro, & Iacobo fratre meo decollato, cuius anima hic nobiscum est (tunc eam omnes viderunt, quam alia vita iam viventem loqui lingua mortali non decet) Dominus ad fidei sua splendorem elegit; & vos (in quibus nulla invidia nunc est, quia in gratia confirmati estis, &

de bono meo, tanquam de bono communi gaudetis) mihi hunc locum dedistis, à laudibus huius Virginis non cessabo. Est omni laude dignissima; & quamvis in ea sint omnia laude digna, omnia splendida, omnia pulchra, omnia decòra; id tamèn pro nùnc (cætera vobis relinquens) in ea commendabo, quòd digna fuit esse Mater Dei; Genitrix Verbi divini appellari, & esse. Magnũ valde esse puto servum Dei vocari, quia qui verè Deo servit, regnat; sed plus est Dei amicum nuncupari, plus certè filium: sed hæc omnia nihil sunt respectu huius, quòd est Matrem Dei appellari, & esse. Ioseph quidem Pater Dei appellatus, sed non fuit, nisi putativè. Hæc verò vera est Mater Dei, verum enim Deum concepit, verum Deum peperit: sed in ipsa Cõceptione Mater facta est Dei, quia non solùm hominem purum, vt aliæ matres, sed Deum carni humanæ vnitum genuit, & primò concepit, quamvis ipsa Conceptio sit generatio, formata carne illa, & omnibus mẽbris distincta in eodem ictu oculi, & anima creata, & infusa fuit, & divinitas humanitati vnita, id est, illi rei, quæ homo dicitur, quæ non solùm est anima, vel corpus, sed ex eis est illa res alia. Tu, ò Genitrix Dei nostri, hæc, quæ ad fratres meos Apostolos, Discipulos, & has sanctas mulieres, quæ hic sunt, dico, meliùs nosti. Nosti, inquam, te Filio tuo vnico, Domino, & Salvatori nostro, totam, vt aliæ matres, ministrasse materiã, de qua caro illa pretiosa formaretur; & omnem operationem habuisse, quam & aliæ matres habent in filios suos; & nosti, quòd te operante, & Spiritu Sancto superveniente, antequam humanitas illa in se staret, & Verbo Dei, Filioquè eius ante sæcula à Patre genito, assumpta fuit, vt non in se ipsa, sed in ipso verbo staret, & à verbo sustẽ-

ta-

Anno Christi Domini 58.

taretur. Idcircò vere Dei nostri Genitrix, & non alicuius puri hominis mater dici, & nominari, & per totum mundum prædicari poteris. Multi mirabuntur, quomodo Deus, qui semper est, & ab æterno fuit, concipi potuit; & non considerabunt, quomodò vnus homo alterius filius dici possit, & vnus homo ab alio genitus esse. Ratio admirationis est similis; nàm homo, per animam est homo, corpus aliquid facit ad esse hominis; sed anima dat principale esse: Tamen, quia anima illa a Deo creata in eodem instanti, vel in eodem ictu oculi, corpori infunditur, in quo corpus à parentibus plasmatur; ideò hominem totum, & non solùm carnem genuisse parentes dicuntur. Sic & tu, ò dignissima Dei nostri Genitrix, Spiritu Sancto tibi virtutem tribuente, tecum concurrente, & modum, vt secum talia agere posses, præstante, quia esse carneum, & esse humanum Deo tribuisti, verè Deu concepisti, verè genuisti, & peperisti & educasti, quod nomen, & res nominis valdè te, ò Domina, & Regina nostra, dignificat. Dignare tu, ò Cœlorũ, & Angelorum Regina, & Domina, nos omnes, & qui nos in hac confessione sequuntur, adiuvare, & salvare. Et me, quem in filium, voce de cruce delata, accepisti, & ego virtute verborum Christi Domini, fideliter te ex tùnc in meam accepi Matrem, non derelinquas: sed me filiũ indignũ, qui seruus magis tuæ Maiestatis debeo dici, habeas in omnibus adversitatibus cõmendatũ: &, vt omnes alios hic existẽtes, & qui sequũtur, pro filijs saltẽ adoptionis admittas, rogo; qui tuã credent corde, & ore confitebuntur Maiestatẽ, ò Mater Dei, ò Mater Dei, ò Mater Dei, conticeo, sileo, dicere non audeo: ò Mater mea; quia, & si iàm te accepi in meam, timeo tamèn dicere meã; tùnc enim me ipsum facere Domini Iesû Filij tui

om-

Anno Christi Domini 58.

omninò veri Dei, fratrēque ipsius Dei: Mater tamèn etiā mea es, peculiari modo, nō tamèn illo modo, quo, & Mater Filij Dei, nec illo modo, quo es Mater omniū hominum: sed quodā medio modo, sum enim Filius tuus magis, quàm alij; sum lōgè minus, quā ille, quē cuncti colimus, veneramur, & adoramus. De hoc etiam tractat Iacobus Portanus, lib. 2. Florid. de Virgine Matre, &, post impertitam à Beata Virgine Virgini Discipulo Ioāni benedictionem, his eum dulcissimis verbis affatam esse, prosequitur Amadæus: *Vale Ioannes fili mi, annuntia Divinitatem Christi, & prophetabis, ante translationem, & posteà.*

Num. 112 Sanctus Thomas Apostolus Orator etiam extitit coram Apostolis ad virginale funus Dei Genitricis Mariæ congregatis, & ijs suum incepisse verbis sermonem, refert dictus Amadæus in sua Apocalypsi, raptu 8.

ORATIO

Sancti Thomæ Apostoli in transitu Beatæ Mariæ Virginis.

ABYssus abyssum invocat. Petrus noster Princeps, propter humilitatem exaltatus, de humilitate multa dixit; Ioānes Filius, de maternitate. Andreas virilis Dei virtute Mariam Reginam nostram ab omni labe præservatam proclamavit, & decurrens, illius pulchritudinem summam post Deum ostēdit. Simon verò, iuxta nominis sui interpretationem, de obedientia, & de Cruce, atque morte, & compassione plura dixit. Ego quoque alludam nomini meo. Abyssum enim me vocatis, & ideò de abysso divinæ prædestinationis, qua Genitricem suam Deus super omnes elegit, &

Anno Christi Domini 58.

praelegit, quadam afferam coram vobis. Mirantur homines, & adhuc mirabuntur; Cur Deus ipsam Mariam potiùs elegit in Matrem, & ad tantam Beatitudinem praordinavit, quàm aliam quamcunque mulierem, aut creaturam; & non cogitant, quod, si aliam filiam Ada in Genitricem elegisset, eadem admiratio de illa quoque fuisset; vnam namque oportebat esse, vntus munus illud erat perfectissimum, & anima, & corpore illam, & in naturalibus, atque accidentalibus optimè dispositam esse decebat. Congruebat quoque, vt quẽadmodùm homo ille à Deo assumptus, plenus fuit, & est, & erit omnis gratia & virtutis, & esset super omnes creaturas; Ita, post ipsum, Genitrix sua superaret omnes in gratia, & beatitudine. Donum eximium maternitatis consequitur donum beatitudinis. Et sicut Deus Pater Deo Filio suo vnico Domino nostro Iesu Christo primò voluit Beatitudinem, deindè merita, & hoc ratione assumptionis Humanitatis; sic tali tantæque Virgini primò voluit Beatitudinem, deinde merita, de qua Virgine Verbum æternum voluit ab æterno in tali & pro tali tẽpore, carnem assumere. Generatio autem Filij à Patre æterna est; qua scilicet Deus Filius exivit à Deo Patre ab æterno, & ab vtroque est processio Spiritus Sancti, quam tamen Filius à Patre accepit, & illa quoque processio est æterna, & ad æternum terminum. Æterna est etiàm Dei cognitio omnium creaturarum in tribus personis, scilicèt in Patre, Filio, & Spiritu Sancto, similis cogitatio existens ad omnes creaturas terminatur: Volitio praterea in tribus ipsis vnica existens, in initio ad ipsos duos, scilicèt ad Filium, & Matrem terminata est; pracipuè enim, & super omnes alios, voluit Deus hominem illum, cuius humanitas copularetur Divinitati, deificaturũ,

Anno Christi Domini 58.

& eius Matrem. In initio itaque viarum suarum Deus, antequàm quidquam faceret à principio, imò & antequàm facere disponeret, quodam modo loquendi (quia hæc omnia sunt æterna, tamèn quemdam ordinem in se tenet) voluit humanitatem illam plenam gratia, plenamquè Beatitudine assumere, ita, vt ipsam sic assumptam, simùl & beatã faceret, & Genitrici suæ, post ipsam gratiã, præstare O Maria, quã felix es, & quàm fortunata, quæ & initio, & ante sæcula, & in initio viarum Dei, ab ipso electa fuisti, & Adæ peccato præviso, non fuisti cũ omnibus alijs condemnata: Sed voluit Deus, vt merita Filij tui tibi super omnes prodessent, te què pro minimo momento noluit inimicam, sed semper pro charissima amica. Alios autẽ omnes Sanctos cũ cõditione Beatos facere voluit, scilicet, si mandata eius servarẽt. Verum est tamèn quod & alios plures, antequam quidquam boni, vel mali agerent, elegit, vocavit, & sanctificavit; sed cur non omnes ita sanctificavit? Hic est altitudo, profunditas, & abyssus scientiæ, & sapientiæ Dei: aliquos enim in principio, & ab æterno prædestinavit, & omninò sanctificavit, vt nullo modo damnarentur; & aliquos reliquit in manu cõsilij sui vsque ad extremum vitæ diem, & quales eos ibi vidit, tales ab æterno, & in æternum iudicavit. Nullus tamèn est ex filijs Adæ, quem aliquando non habuerit pro inimico Deus, præter te, ò Virgo Maria: Nullum punit, nisi peccatis præcedentibus, multos præmio æterno ipse dignos facit; nulli debitor est: punire etiam, nullo crimine præcedente, posset, sed nunquàm sine crimine proprio creaturã, eam punit, nec propter peccatum Adæ solùm quemquam vllo supplicio, vel pœna in alia vita afficit, aut dolore, seù quavis tristitia plectit, sed solùm Beatitudine super naturali privat: sic

Anno Christi Domini 58.

tamèn, quod & si tales habent damnum, nunquā tamèn tristantur de tali damno, sed sunt sua sorte contenti, ignorantes, talem privationem eis accidisse, nec de illa dolētes. Magnus est Dominus Deus noster, & iudicia, ò Deus, abyssus multa! Te adiuvante, te patrocinium afferente, ò Maria, plurimi salvabuntur; obstinati in malo, & in peccatis damnabuntur, quorum pœna ideò æterna est, quia & utilia, sempiterna sunt. De hac abysso plurima dicere possem; quia vere abyssus abyssum, & difficultas difficultatem invocat. Sèd satis est dixisse de præcipua, & prima super omnes alias creaturas electione Mariæ Dominæ nostræ, & de bonitate Dei, quæ tantam, tamque magnum bonū contulit creaturæ suæ sua mera bonitate, benignitate, clementia, nihil inde sperans accipere quia bonorum nostrorum non indiget. Est enim sibi in se ipso bonum sufficientissimum. Satis etiàm est ostendisse, quod nulli iniuriam facit, quia & nulli debitor est, & nullum affligit æternaliter propter peccatum alterius, & unumquemque beatificare, quantum in se ipso est, non postponit. & quòd soli obstinati in peccatis damnantur. Sperandum est igitur in Deo, & omnia nostra ei committenda, quod tu, ò Dei Genitrix Maria, nos facere docuisti. Nos igitur adiuvabis, tuoque Filio commendabis; ut & nos, post te, in odorem unguentorum ipsius occurrere valeamus. Cui sic allocutam Beatam Virginem, prosequitur idem Amadæus. *Vale Thomas sancte. & prudens Dydime, & meum cinctorium, quod tibi ascendens porrigam, suscipe: & gentem utriusque Indiæ in aqua, & igne baptiza.* Cū verò in anima, & corpore glorificata, cœlesti proxima esset ascensui, Thomas non dubius tùnc, sed fidelis, ad eam clamavit, dicēs. *Tu ad felicia Regna, ò Mater Dei,*

Anno Christi Domini 58.

progrederis, relinque aliquid, pro signo amoris tui, Fidelibus: Maria vero; *Annulum meum dixit, quo me desponsavit Ioseph vir meus, cum omnibus vestimentis meis, & partem capillorum, ob devotionem Fidelium, reliqui Magdalenæ. De lacte etiam, quo Deum nutrivi, & de sanguine Filij mei, quem pariter collegimus, & præputiũ, id est, pelliculam circuncisam. & tu Thoma accipe cinctorium renum meorum: ecce, illud mecum ex industria detuli, vt tu, qui dubius vocabaris, fidem Domini, plus alijs credens, vsque ad superiorem Indiam amplies, & augmentes.* Et ascendente illo in Montem Oliveti, Maria suis proprijs manibus cingulum porrexit Thomæ, & dimisit ei, pleno gaudio, & gratiarũ actione. Obstat hec assertioni aliquorum asserentium, Divum Thomam Apostolum Virginis funeri abfuisse; & post tres dies venisse; cùmque corpus illud, quod Deũ susceperat, ipse quoque adorare voluisset, loculũ aperuerũt, sed intemeratum quidèm, & omni ex parte laudandum corpus, nequaquàm invenire potuerunt; Ita affirmãt Iuvenalis Patriarcha Hierosolymitanus, in historia Euthimiaca relatus lib. 3. cap. 40. & Nicephorus Callixtus, lib. 2. Historiæ Ecclesiasticæ, cap. 23. vndè in hac re liberum opinandi relinquens vnicuique locum Pater Hippolytus Marracius in suo de Apostolis Marianis, libro, cap. 7. fol. 193. Amadæo adheret, fidemque integram eius asseverationibus libenter cõfert; cui multi alij etiam adhærescunt, Bartholomæus Pissanus, lib. 5. de Laudibus Virginis, fructu 8. Pater Christophorus à Castro, in Historia Deiparę, cap 20. num. 7. in fine, fol. 485. qui hãc, ex Ioanne Damasceno; Andrea Cretensi; Euthimiaca Historia; Maximo Abbate; Simeone Metaphraste; Michaele Glyca; Epiphanio Presbyte-

Anno ChristiDomini 58.

ro; Michaele Syngello; & alijs Palestinis Episcopis: & ex Latinis, quicumque Dionysium Areopagitam commentantur, sententiam probat, sufficereque tantùm Dionysij assertum, his verbis docet: *Sufficiat ergò vnicum hoc, si alia non essent ad historiam hanc confirmandam, testimoniũ Dionysij in hunc sensum à tot Interpretibus acceptũ, vt quod de congregatis Apostolis ad Virginem contuendã, & sepeliendam est dictũ, verum fatemur.*

Num. 113 Iacobus Minor eo die, quo Sanctissima Dei Genitrix Virgo Maria migratura erat de mundo ad Christum, a Sancto Petro Apostolo vocatus ad dicendum, & laudandum, prout poterat, infinitam divinarum virium in Beata Virgine bonitatem, coram Apostolis, atque ipsa Dei Genitrice orationem habuisse, refert dictus Amadæus in sua Apocalypsi, raptu 8. quæ sic incipiebat,

ORATIO

Sancti Iacobi Minoris Apostoli habita in dormitione Dei Genitricis Mariæ.

SVpplãtari ab inimicis nostris, favore præditi Mariæ, Dei & Magistri nostri Genitricis, non poterimus: Ipsa enim contrivit caput venenosi serpentis, ipsa vicit mundum: Victoria eius talis fuit quod cunctas hæreses interemit: Hæc est enim mons ille, de quo abscissus est lapis sine manibus, qui implevit sua magnitudine totam terrã, qui cito prædicabitur in toto Orbe: Sed bestia insurget; cuius vox implebit terram, & durabit quousque impleatur voluntas Altissimi, & iterum emerget, quasi submersa fides, & regnabit Agnus in toto Orbe terrarum, quod fiet precibus, & assiduis

Anno Christi Domini 58.

intercessionibus huius gloriosæ Virginis, quā prono vertice omnes veneramur: Ipsa enim supplātavit, & vicit diabolum, vicit Luciferum, & Principē huius sæculi eiecit foras; iterum atque continuè eijcitur. & illo tēpore perfectè eijcietur, qui parētes nostros ex Paradiso voluptatis eiecit; vt qui tunc eos supplantavit, à filijs ipsorum supplantetur, & præcipuè ab hac Filia sancta, & immaculata, & perfecta, atque omni bonitate, veritate, sanctitate, & sinceritate plena; in qua sunt reconditi omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei; accidet Lucifero, vt, sicut per arborem Evam supplantavit, ita & ipse, per arborem, vel lignum Crucis Mariæ, quod interius latebat, & lignum Crucis Christi, quod exterius erat, supplantetur: Et qui matrem superavit, supplantavit, & vicit; à Filia eius superabitur, supplātabitur, & vincetur. Multæ certè, & aliæ filiæ congregaverūt sibi divitias, sed Maria supergressa est vniversas. Hæc est illa mulier fortis, de qua scriptum est. Mulierem fortē quis inveniet? procùl & de vltimis finibus pretiū eius; O purissima omnium Angelorum, ò constantissima omnium hominum, fac nos quoque veros supplantatores inimicorum nostrorum, veros Victores, veros Imperatores, vt vincamus diabolū, superemus mundum, & vincamus proprios contra rationem insurgentes appetitus: Ecce, in continuo prælio sumus; hostes nos nunquàm deserunt: inimici nostri inter nos sunt: Si prælium non esset, nec victoria haberetur: Bonum est prælium, quādo illud consequitur victoria: Bonum est malū, quod in bono vincitur: Bonus est dolor, cui succedit gaudium; Bona est infirmitas, quā perpetua sequitur sanitas: Diligentibus autem Deum, omnia cooperantur in bonum; & omnibus tam bonis, quàm malis: Bonum oritur bonis; & sicut mundis om-

nia

Anno Christi Domini 58. *nia sunt munda, ita & bonis omnia sunt bona. Exteriora quidèm bona in bonum corporis: bona corporis in bonum animæ diriguntur, & illa in summam beatitudinem, & ipsum Deum. Certamèn itaquè & prælium, & assidua militia data est homini in vita ista, vt ex ea boni, vel, vt aurũ in fornace, probẽtur; mali vt stipula, fenum, palea, & lignum comburantur: Et diligentes Deum, tanquàm Sol fulgeant, & tanquàm lapides pretiosi, rutilent. Tu ergò Domina nostra & Mater Dei succurre, opem fer præsidio isti: Esto nobis turris fortitudinis à facie inimici, vt ipsum inimicum supplantare, & procul à nobis pellere, vt Deo nostro cumulatioribus meritis adhærere possimus. Amen.* Aliam prætereà, post Deiparæ corpus sepulturæ mandatum, in signem habuisse orationẽ, qua eiusdem Deiparæ humilitatem admirandam præclaris omninò laudibus cumulavit, tenet Bartholomæus Pissanus, lib. 5. de laudibus Virginis, fructu 8.

Num. 114 Philippus Apostolus amorem, & studium suũ erga Deiparam Virginem in obitu tantæ Matris ostendit, cùm invitatus, sic sermocinasse dicatur.

ORATIO

Sancti Philippi Apostoli in dormitione Beatæ Virginis Mariæ, facta.

EQuos, quibus Sol iste corporeus inter corpora pretiosissimus vehitur, multos esse Græci nomina fingentes, tradunt: Et veritas ex multis eorũ vanitatibus colligenda est; Non enim sequimur indoctas fabulas, sèd veritatem, quantum possumus, amplectimur. Sol est Christus Dominus no-

ster:



Anno Christi Domini 58.

ster: Ecce hic Stellam, ex qua Sol prodijt, videtis Mariam, & tamen etiam ipsa Sol est non cessans moveri, sèd semper proficiens, nunquàm deficiens, nec sibi, nec aliјs amorem in altari cordis sui, tanquàm ignem indeficientem iugitèr portans: Sol est non solum ipsa Regina nostra, quæ nobis lumen attulit, sed omnis anima supernam quærens beatitudinem, & Deum suum ex toto corde diligens, & proximum sicut se ipsum. Sol habet equos, quibus vehitur, qui nihil aliud sunt, quàm virtutes infusæ, & adquisitæ supernaturales primùm, deinde & naturales, & intellectuales, & quæ in appetitu sunt, & cõsistunt; primus validissimus equus, atque fortissimus est charitas, qua movemur in dilectionẽ Dei, & proximi nostri: Charitas in ipso Deo respicit solum Deum in se, & cuncta alia in ipsum refert, non cupit aliquid sibi, sed omnia cupit Deo, non præstolatur retributionem, non munera, sed erga summum bonum summè afficitur. Secundus equus est spes ipsa, qua Deum cupimus nobis, quæ cum volumus tanquam Deum nostrum: Tertius equus est fortior secundo, & debilior primo, & est Fides, qua videmus ipsum Deũ, quæ Fides est substantia, & fundamentum huius Ecclesiæ, cui præest Petrus Christi Domini locum tenens, cui succedunt perpetuo Pastores, & Vicarij Christi, non in hac civitate, sèd in alia, quam suo martyrio Petrus consecrabit: Et ubi nunc homines regnant, ibi Agnus regnabit; deficere videbitur, sed vires perpetuas assumet, & conservabit. Multi alij sunt equi in mente hominum, inter quos est prudentia, quæ est virtutum mirabilium regula, vt iustitiæ, fortitudinis, & temperãtiæ, sub quibus reliquæ virtutes collocantur: & unaquæque est huiusmodi, vt equus quidam currendi ad bravium Cœleste suscipiendum præbens vires; horum

Anno Christi Domini 58.

equorum amator est vir bonus, Deo charus est, qui ipsis vehitur, cadere non potest quadrata figura manens innixus. Mūdi huius Rectores equos habent animalia bruta, & irrationabilia in quibus confidūt: Nos his vtamur equis, his vehamur, his cōducamur, & perire nullatenus poterimus: Videte Fratres mei Apostoli, inspicite Discipuli Domini, considerate ò sancta mulieres charissimæ Reginam nostram, quam potentissimam, quàm fortissimā; omnes ei insūnt virtutes perfecta, & loco imperfectarū successère virtutes perfectissima, nō amplius sperat, sed tenet; non desiderat, sed amat; non expectat, sed habet; non credit, sed videt; & videndo tenet, & fruitur, fruendo gaudet, & delectatur in Deo salutari suo; in quo & nos gaudebimus. Modicùm tamen priùs oportet contristari, sed hæc tristitia in summum vertitur gaudium, quando post tenebras deducemur in lucem inaccessibilem humanis viribus, receptibilem tamen (Deo volēte) à nostris mentibus: Quod facile meritis Dominæ & Reginæ nostræ assequemur: Cuius gratia etiam nomen effundetur in omnes gentes. Sic Amadæus in dicta Apocalypsi, raptu 8. Cui Deipara iux migratura, post sacram suā benedictionem, ita prædictum Amadæū, dixit: *Vale Philippe, & flamma supernorum accensus, Scythis Christum prædica.*

Num. 115 Commendandam etiam accepit divinam bonitate in eadem Deipara Sanctus Bartholomæus Apostolus: Hocquè in illa Apostolorum sacrorum congregatione, plausu excepta oratione in transitu Beatæ Virginis demonstravit, dicens.

Anno Christi Domini 58.

ORATIO

Sancti Bartholomæi Apostoli in transitu Deiparæ Virginis Mariæ.

Filius suspendentis aquas vocor. Ego coram illis loquor, qui longe me melius ea, quæ loquor, norũt; Ecce Dei Genitricem, Deum assiduè iàm videntem, postquam commortua fuit, ante oculos nostros conspicimus; quæ visa videt omnia, etiã nos ipsos, quos oculo præsentes cernit, non solùm ipsa cognoscit, quæ dicturus sum, verùm etiàm & mentem ipsam, & cogitationem meam videt, antequàm cogitarem, cogitaturum omninò, sicut cogito, me prævidit: Novit enim omnia præterita, omniaquè futura: de præsentibus nihil dico, quia id manifestius est. Sed quæ sunt aquæ suspensæ? Hæ sunt, quæ super firmamentũ sunt, non quæ sub Cœlo; sed quis eas suspendit, nisi qui divisit aquas ab aquis, Deus? Quis est iste Deus? Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, qui etiam Spiritus ferebatur super aquas, ex quibus factæ sunt hæ, & illæ aquæ. Ipse quidèm spiritualitèr ferebatur, quia divina voluntas vna in tribus ferebatur super aquas, volebat enim ex illis producere omnia corpora, præter primum corpus, quod Cœlum Empyreum vocatur: illud enim Cœlum simplex est: cætera verò cõposita: nã & ipsa elementa composita corpora sunt, quamvis simplicia, respectu mixtorum, dicantur. Non sum tamèn ego eo modo filius suspendentis aquas, & conseruantis aquas illas, sicut apud nos dicuntur filij naturæ; hæ enim aquæ per quamdam similitudinem dictæ sunt aquæ: Sunt enim lucidæ, & fluidæ; non quia fluant, sed quia cum summa,

Anno Christi Domini 58.

& indicibili moveantur velocitate, & secum trahant inferiora corpora, sicut aqua currens trahit secum reliqua corpora in ipsa posita; non tamẽ Cælum illud aqueum vi trahit altos Cælos, sed Angelus movens illud, movet simul omnes Cælos inferiores, quos alij Angeli, singuli scilicèt singulos circulos Cælorum in oppositum, vel alio motu movent. Habet illud Cælum pleraquè similia aquis; idcircò aqua vocatum est. Non ergò natura, sed gratia adoptionis filius diuidẽtis aquas ab aquis, vocatus sum; sed omnes nos eo modo filios illius suspendentis aquas esse censes: Sèd mihi vni nomẽ illud (quo indignum me puto inter hic existentes) impositum est. Aquæ denique multæ, populi multi sunt, quos suspensos tenet Deus ne cadant; si namquè non conservaret ipse creaturas suas, deciderent subitò, & in nihilum omninò reverterentur, nõ in pulverem, vel in cinerem, sed nullo modo esse haberent, nihil omnino essent, sicut erant antequam quicquam factum fuisset: Populi sunt aquæ ob sui volubilitatem, & frigiditatem, immò omnis creatura ex se frigida est, quod in animalibus est signũ mortis & interitus; Ex se non habet esse, neque vnquàm illud haberet, nisi datum sibi esset desuper, & postquàm illud habuerit, non posset stare, ruinã semper minaretur, & casum, nisi Deus conservaret, & suspensam illam teneret, quod etiam ipsis Angelis, & virtutibus Cælestibus quotidie, & assidue accideret: Quando Deus non conservat, res decidit, vel tota, vel secundùm partem, provt non conservat Deus: Radius solis est omnis creatura; Aquæ etiam dicũtur tribulationes, & anxietates iuxta illud: Torrẽtem pertransivit anima mea, forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem: Has Deus suspendit, quià tolerabiles reddit, quia diminuit, quia omnino tollit: nàm & inimi-

co-

Anno ChristiDomini 58. *corum suorum pœnas, & damnatorum tormenta, quàmvis æterna sint, sua tamèn misericordia suspendit, & levius, quàm merentur, punit, & omnes quidèm eripere posset, sèd lex extat sua; decretum tamèn suum non ab aliquo ipsi superiore positum, vt post iudicium illi in supplicium æternum, iusti verò eant in vitam æternam; quã Dominum nostrum, tuum (ò virgò Maria) Primogenitum & vnicum Filium nobis quoque, qui reliquimus omnia, & sequuti sumus ipsum, daturum speramus, Amen.* Omnem orationem eius ad longum refert Amadæus, in sua Apocalypsi, raptu 8. quem Beatam Virginem supremum ei *vale* dicentem, his verbis compellatum dimisisse, ait ipse Amadæus: *Vale Bartholomae, & præstolare tribulationem tuarum suspensionem, & mentis elevationem in Deo iugitèr habetò.*

Num. 116 Amadæus etiam in prędicto loco, raptu 8. suæ Apocalypsis, orationem à Divo Matthęo, apud alios Apostolos in Dei Genitricis obitu congregatos, enarratam, in hæc verba proponit,

ORATIO

Sancti Matthęi Apostoli & Evangelistę in dormitione Beatæ Virginis Mariæ.

Dono Christi Domini, ò Regina Angelorũ & hominum, cum festinatione vocatus fui, cũ publicanus essem, & negotijs atque curis huius vitæ implicitus; donatorèque consilij Evangelici sum sequutus, qui me denique in Apostolũ elegit & Evangelistam, genti meæ mea lingua scripsi, & prædicavi, sed ipsi dura cervice, vt soliti sunt, renuerunt me & Evangelium sacrum (vt tu Do-

mi-

Anno Christi Domini 58.

mina nosti, & hi Fratres mei maiores non ignorāt) contempserunt. Transivimus, & iterum transibimus ad gentes, annuntiantes immensa dona à Donatore omnium tibi à Maria, collata. Evam legimus, & audivimus de costa Adæ plasmatam, nobilissimā & delicatissimam, complexionisquè optima fuisse, & ipsi viro, de quo sumpta erat, simillimā, sed te nobiliorē, melioremquè in cunctis mēbris, humoribus & corporis partibus in vtero felicissima Annæ incōparabiliter plasmavit, & in omnibus corpori filij tui, quod per donum Spiritus Sancti, te quoque adiuvante vt Matre, optimis & perfectum plasmatum fuit, simillimam reddidit: Ipse est speciosus forma præ filijs hominum; tu similiter post ipsum, & valdè parùm distans ab ipso, pulcherrima mulierū es, & supra omnes pulchra & decora. Congruum quippè erat vt Mater gratiæ, veritatis, & misericordiæ, Genitrixquè Dei, dignioris complexionis esset, quàm mater carnalis omnium viventium. Iustum certè fuit, vt illa dignior esset, etiā in corpore, omnibus alijs, ex cuius purissimo sanguine & humore plasmandum erat dignissimum corpus Redēptoris omniū. Annuntiavimus, & animæ tuæ, ò Maria, pulcherrimas virtutes: Nulla tibi scientia, nullaquè cognitio deest; Tu nosti & æterna, & temporalia, mortalia, & immortalia, corporea, & incorporea, quæ sunt extra nos, & quæ in nobis, quæ Deus, quæ natura, quæ intus, & quæ extra fabricavit; nihil te latet, nihil te fugit, nihil à te abscondit Deus, quia se ipsum tibi apertè ostendit: Et, postquàm cōmortua Christo fuisti, in carne adhùc mortali beatam vitam duxisti, sicut & ducis: Beata es, istam beatitudinem mors ista brevis tibi surripere non potuit; resuscita citò, corpus gloriosum in sempiternum habebis: Omnes tibi insunt virtutes quàvis

Anno Christi Domini 58.

non credas, nec speres, quia vides & possides: Nivei cãdoris es ò Maria immaculata, scirpus es sine nodo, pœnas carnis, ob peccatum primi parentis in posteritatem derivatas, pro parte etiàm tu, tãquàm carne corruptibili obtecta; sustulisti; pœnas verò animæ, quæ obsunt, & non prosunt, nec habuisti: Ingenio, industria, virtute & bonitate sempèr viguisti, sempèr integra fuisti; Magna fuerunt dona tua, ingẽtia munera tua, quæ lingua humana exprimi non possunt, mente cogitari, vel apprehendi vix queunt: Nec mirum est, nam Spiritus Sãctus, qui est æternum donum, te sanctificavit, præservavit, purgavit, illuminavit, & singularibus privilegiis decoravit; Ista dona non omnibus propalabuntur statim; non omnibus statim manifestabuntur, sèd in variis temporibus, prout Donator magni consilii ordinavit; nùnc hæc, nùnc illa revelabuntur: Multiplicabuntur solemnitates & festivitates tuæ. Augebuntur festa tùa, & celebrabitur Martyrium tuum, & compassio tua, & dolores tui, & mors tùa occulta, quando scilicet mortua fuisti simùl cum Christo Domino: De quibus tùnc mirabuntur sæcula illa, tanquam de ignotis, & quæ in opinione hominum fuère, vsque ad tempora illa felicissima. Hæc autèm omnia Filius tuus Iesus Christus Dominus noster faciet intercessionibus tuis, quem, vt pro nobis quoque, maximè pro me peccatore, & publicano (ò Advocata peccatorum!) depreceris, cũcti hic adstantes rogamus, & ego pro me supplex & flexis genibus oro. Amen. Quam idem Amadæus prosequitur, & sic posteà Mariã Virginem iàm iàm animã efflaturam Matthæo dixisse, describit. *Vale Matthæe prius publicane, notus infamiæ arte, nùnc autèm publice testis verbis & factis Filii mei Dei vivi.*

Num. 117 Deiparæ sacræ Encomiastem Simonem Apo-

Anno Christi Domini 58.

stolum extitisse, etiàm Amadæus declaravit, inflammatumquè suum ergà Deiparam studiū demonstrasse, dùm Apostolis Magnæ Matri parentibus à Petro Apostolo accitum, vt aliquid in cōmendationem tantæ Matris resonaret; hanc in orationem erupisse dicit.

ORATIO

Sancti Simonis Apostoli in transitu Beatæ Virginis Mariæ Dei Genitricis.

QVamvis plurima iam sint dicta de laudibus Reginæ Cœli, nihil tamèn dignum, tanta Maiestate dignum fuit. In ea nāque omnia pulchra, omnia magna, omnia excelsa sunt. Quemadmodum enim Salvator noster Christus Dominus factus est obediens vsque ad mortē, mortem autèm Crucis; & Deus per obedientiam illius, exaltavit eum & donavit illi nomē, quod est super omne nomen; nam omnis lingua ei confitebitur; & data est ei omnis potestas in Cælo, & in terra, ita certè quia Genitrix eius Maria Domina nostra, & ipsa obediens fuit vsque ad mortem, mortem autèm Crucis, quam in mente passa est, & cooperata est Cruci Filij sui ad redemptionem humani generis, nàm Simeonis vaticinium in ea fuit completum, quando dixit ei: & tuam ipsius passionis animam pertrāsivit gladius. Mortuo enim Filio commortua Mater fuit (intellige affectu & compassione) & quantum potuit, redemptioni nostræ auxiliata est, & Martyrij gloriam est adepta, milite lancea latus Domini perforante; reversa est autem ad vitam, vt iterum nobiscum existens, nobis, totiquè Ecclesiā prodesset, sicut certè & pro-

fuit,

Anno Christi Domini 58.

fuit, vt omnes novimus, omnesquè experti fuimus. Quia ergo cùm vehemēti dolore mortua est, & Christum Dominum in doloribus associavit suis; nec nunc decet, vt vllo dolore afficiatur; sed cum gaudio, & lætitia maxima anima eius à corpore separetur: Quia oportebat, vt legem pro omnibus statutam (à qua non fuit excepta, quia non oportebat eam eximi) servaret publicè, & pro se, & pro nobis: Tunc enim pro Martyrij gloria defuncta est: Sed nunc restat debitum humanæ naturæ solvendum, & ad tempus breve corpus exanime remanebit, & propter obediētiam perfectā (quæ omnes virtutes complectitur) exaltabitur super omnes Choros Angelorū, & super omnes Potestates, & virtutes: De qua re & ipsi Angeli gaudēt, & gratias Deo agunt, quorum plurimi hic nobiscum sunt, præsertim magnus ille Gabriel vnus de septem, & secundus inter primos de septem. Nos itaque, Fratres, obedientiæ iugo colla nostra submittamus, vestigia Domini Iesu, & Matris eius cum puritate cordis sectātes, vt, post Reginam nostram, nos servi eius illuc, quò ipsa properat, scandere valeamus. Quod facile erit, ipsa pro nobis interveniente, cui nos omnes, omnequè genus humanum humiliter commendamus. Amen. Cui etiam Beatam Virginem benedixisse testis est idem Amadæus, & iam iam morituram ita salutasse. *Vale Simon Zelotes, quia Dei amore fervens, cum Thadæo, atque Iacobo Fratribus tuis, & meis, & Iosepho iusto, qui, & si non sit Apostolus nomine, est tamèn merito.*

Num. 118 Aliam etiam de charitate Beatissimæ Virginis à Thadæo Apostolo decantatam, in eodem raptu Apocalypsis suæ depromit Amadæus, ita in peroratione incipiens,

Anno ChristiDomini 58.

ORATIO

Sancti Thadæi Apostoli in transitu Beatæ Virginis.

PRincipium omnium creaturarum Christum Dominum. omnia enim per ipsum facta sunt, & nulla res facta sine ipso apprehendi, tenui eum, nec dimittam. Confessus sum, laudavi, glorificavi, cordeque apprehendi, quia voluntate, quæ cordis nomine accipitur, & amore prosequutus sum. Sicut enim à corde, tanquam à principio & fonte vitæ progreditur vita ad reliquos cordis artus, ad alia membra, & ad alias partes; sic à voluntate bonum, & malum omnium aliarum potentiarum, quæ laude, vel vituperio dignæ sunt, profluit. Prima laus, & primum vituperium est volũtas; aliarum autem potentiarum solum bonum, vel malũ est, in quantũ à bona, vel mala voluntate dirigun tur. Ipsius volũtatis est fugere, vel prosequi; Ipsius est nolle, & velle; & nihil fugit; nisi quia aliquid diligit: diligit autem, aut propter aliud, aut non propter aliud, sed quia res talis ex sui natura est, vel eius beneplacito propter se diligitur. Dilectio est plurimũ bonũ opus. & ipsa similiter est primũ; pravum opus respuere, & nolle, sicut non est primũ opus, ita neque primum bonum, vel primum malum opus. Dilectio quoque propter aliud, præsupponit dilectionem propter se. Primum ergo bonum opus est dilectio propter se; & primum malũ opus, est dilectio propter se, si Deum diligimus propter se ipsum, optima, & perfectissima ex sui natura ista dilectio est: Si autem aliud à Deo propter se ipsum (non autem in ipsum Deum referendo) diligitur, ita quod creatura sit finis, & Deus sit ad finem, in

crea-

Anno Christi Domini 58.

creatura sistẽdo, pessima operatio est: Pessima vtique dilectio est Deum ob aliud diligere; in illo alio sistendo; dico autem non sapientibus, & perfectiùs me omnia illa cognoscentibus, sed insipientibus loquor; Dico itaque, in illo alio sistendo; nam siquis diligeret Deum propter retributionem, & tanquàm bonum sui ipsius, id est, diligentis, neque tamen ibi figeret dilectionem, sed vlteriùs tenderet dilectionem suam in Deum, ita vt si nulla retributio foret, nullũque præmium sequeretur, adhuc diligeret ipsum, tanquàm bonum immensum, dignum prima dignissima dilectione, talis dilectio Dei tanquàm boni proprij bona esset. Vnde præter fidem sunt in nobis duæ aliæ virtutes à Deo nobis infusæ, scilicet Spes, & Charitas, qua diligimus eũ in se ipso, & propter se ipsum: Charitas est donum hominibus cõcessum, & à Deo infusum, quo nullũ dignius est; per hoc enim præcipuè Deus, qui est charitas increata, & Spiritus Sãctus, cui charitas præcipuè attribuitur, habitat in cordibus nostris; Per hanc charitatẽ templum Dei sumus: Per hãc Deo grati, & accepti reddimur: Per hanc opera nostra grata, & accepta sunt Deo; quidquid suo instinctu fit, illud Deus præmio æterno iudicat dignũ: Nulla actio nostra digna est vita æterna, nisi voluntaria fuerit, & ab ipsa charitate infusa eliciatur, & à Deo tãquã digna vita æterna acceptetur. Ipse verò Deus ab æterno decreuit omnẽ actionem talẽ pro tanto se acceptaturũ, pro quãto ipse acceptat: Tantum ipsa operatio valet, & tantum ipsi operanti confert præmium, quantum operationem eius acceptauit, nõ plus, vel minus: Verum quidem est, quod Altissimus Deus maius nobis semper præmium confert, quàm ipsa operatio nostra à voluntate, & gratia, siue charitate emanans, ex sui natura mereretur; sèd non maius, quàm ipse acceptauerit:

Anno Christi Domini 58.

Neque voluntas, neque charitas, vel gratia compellunt Deum opera nostra ad vitam æternam acceptare, sed mera sua clemẽtia talia opera eo modo (scilicet in charitate) facta, vel elicita semper sic & pro tanto acceptare disposuit: & sicut disposuit volũtariè, ita & ea volũtariè acceptat: hæc virtus sola nullũ crimen secum cõpatitur: Hæc, dum quis sanctificatur, dum iustificatur, infunditur: Hæc, quoties quis cõtra legẽ Dei voluntariè prævaricatur, aufertur: Quoties ad Deum reddit homo, illa sibi redditur, hæc facit, vt bona opera acceptentur: Hãc virtutẽ, supra alias, Regina nostra, & Angelorũ Domina possidet: Hæc a Deo est, & Deus est: Cætera quidem virtutes à Deo sunt, non tamen Deus sunt, sed hæc à Deo est, & Deus est, Angelis, & hominibus conceditur; Nulla alia virtus dignos nos facit præmio æterno; & similiter hæc sola actiones nostras ex ipsa profluentes, operationes ex alijs virtutibus emanantes, facit præmio æterno dignas: Hæc verò non vlla naturæ necessitate, sed benignissima Dei nostri pietate cõfertur: Hanc, vt nobis adaugeat Deus, te rogamus, & obsecramus, cuius culmẽ, post Filium tuum, tu possides, ò Maria Domina mea, & soror Matris meæ. Tu enim ex Anna felicissima sterili, Simon, Iacobus, Ioseph iustus, & ego ex Maria Cleopha Fratris Annæ felicissimæ sterilis orti sumus: Tu rogabis, tu impetrabis, vt omnes curramus post te, in odorem vnguentorum tuorum. Amen. Ad literam illam vsque ad finem idem Amadæus narrat.

Num. 119 Descendit posteà Amadæus dicto raptu 8. suæ Apocalypsis ad Matthiam Apostolum, quem etiã in Deiparæ Virginis transitu coram Apostolis sic in oratione sua exorsum depingit.

ORA-

Anno Christi Domini 58.

ORATIO

Sancti Mathiæ Apostoli de donis Beatissimæ Virginis in eius dormitione facta.

DOnatus à Domino dona ipsius in Genitrice Domini Dei, & Salvatoris nostri Iesu Christi laudare, & commendare teneor: Sed ex una parte cogito ea, quæ suprà Petrus Christi Vicarius, & noster novus Pastor de humilitate attulit, Ioannes de maternitatis dignitate, aliique Fratres mei de aliis innumeris eius virtutibus: ut Andreas primò vocatus à Domino, & Simon cum Iacobo, & Thadæo Fratribus Domini; ut Thomas, & si non nativitate, tamèn similitudine germanus Salvatoris nostri, & Philippus ille omniũ amator virtutum, Matthæus mihi nomine penè similis, officio maior, & Bartholomæus animo, & sanguine admirandus. Quid suprà? Ego duodecim Apostolorum ultimus, quia non fui à Domino in Apostolatum electus, sed in loco eius, qui cecidit ab Apostolatu, & cuius Episcopatum ego, (vobis sortes ad Domini voluntatem mittentibus) accepi, dicere audebo? Verùm quia Domini volũtate, & dono Domini assumptus fui in Apostolatũ, cuius officium etiã exercere cœpi, audebo, & ego dona Genitricis Dei nostri, quã omnes veneramur, & Dominam, & Reginam nostram, ore licèt indigno, commendare, & laudare: Laudes enim eius honores Domini sunt, nihil nàmque habet, quod non acceperit: & profectò ita est, quia ex se nihil penitùs habet: Eam itaquè laudando, divina dona, divinas gratias, & divina munera à supremo Largitore sponte cõcessa magnificamus: Nec credo

fas

Anno Christi Domini 58.

fas esse ullam creaturam extollere, si illa nihil boni ex se habet, sed in ipsa creatura extollenda est Dei clementia, magnificentia enim sunt munera Dei: Immo dico vobis (scientibus enim divina Mysteria loquor) nullus maiori laude dignus videtur homine illo à Divinitate assumpto, & post illum nullus maiori cōmendatione dignus est hac ipsius Domini nostri Genitrice Maria: Ille enim absque ullis praecedentibus meritis, Divinitati hypostaticè unitus, & beatitudine summa; quâ maior creari nequit, est affectus, ipso nihil agente, ipsô nihil cooperante, Deus factus est; & plenitudinem omnium gratiarum, omnium donorum, & omniū virtutum assecutus est; alij vero ut Angeli, sancti, & beati, etiam ipsi cooperati sunt, probati sunt, tētati sunt, potuerunt transgredi, non erant confirmati ut peccare nequirēt; Virgo quoque, nullis meritis praecedentibus, quibus unquàm operibus praeveniensibus, ab ipso peccato praeservata fuit antequàm ullus esset, & nō solum antequàm esset ipsa, verū etiàm antequàm esset Caelū, & terra, & ipsa natura Angelica, iam erat electa; iam, si alij caderent in uno primo parente, provisum fuit remediū alios relevandi: Ipsam verò omnino dono Dei, & remedio passionis Filij sui praeservandam iam ordinatum fuit, ut dono Dei & divina acceptatione passio praevisa plus sibi prodesset, quàm alijs exhibita, quibus meritis praevisis, in peccato non fuit concepta, omni gratia, omniquè scientia, & omni arte fuit repleta, nullum donum conveniens creaturae, fuit sibi denegatum: In ipsius ergo laudibus potius videtur magnificari Deus, quàm in aliorū laudibus, nàm in ea solus Deus magnificatur, non enim in eo, quod recipimus, propriè laudamur, sed in eo, quod agimus & operamur; enim verò non est dubitādum, Mariam Dominam nostram coo-

Anno Christi Domini 58.

peratam non fuisse talibus donis, sicut alij suis donis cooperati fuere, sic, & Filius eius vt homo, sed præventi fuerunt dono & data fuerunt illis talia dona sine vllis operibus, sine vlla petitione, sine vllis motibus, & desiderijs præcedentibus, ad quæ cooperati fuissent, si præventi non extitissent; nam minori cõdemnatione digni sunt, qui maiora dona sine vlla cooperatione, sine vllo actu volũtatis prævio perceperũt, dummodo si præventi non fuissent, cooperati fuissent: Voluit autem Deus aliquos ita extollere, ita exaltare, ita sublimare, vt nihil in eis prorsus nisi gratia, nisi misericordia, nisi clementia Dei reluceret: Laudemus ergo, imò & magnificemus Dominum Deum nostrum in omnibus vijs, in omnibus actionibus, in omnibus donis, in omnibus muneribus suæ Genitrici datis, exhibitis, & sponte concessis, vtque nostra in nobis dona conservet, augeatque ipsius meritis & precibus, supplices deprecemur. Amen. Cui præfatam Cœli, terræque Reginam vitalia claudens lumina, dixisse fertur: *Vale Matthia & Donate, Dei dona conserva.*

Num. 120 Vltimo in loco non vltimus, nec minor in sua contione sedem occupat Sanctus Barnabas Apostolus tunc in Deiparam studio strenuum se demonstrasse ad Apostolicum cætum oratio directa testatur, quæ, secundum Amadæum, raptu 8. Apocalypsis suæ, sic incipit.

ORATIO

Sancti Barnabæ Apostoli de laudibus Virginis Mariæ in eius ad Cœlum migratione concinnata.

CONsolationes tuæ (inquit Propheta) lætificaverunt animam meam: Barnabas sum

filius

Anno Christi Domini 58.

filius consolationis, & nomen meum dulce est tibi super omnes matres, ò Altissima Maria, nomen Filij tui, quod est hoc, scilicet Filius, quod namque nomen est proprium Verbi Dei & Filij tui, certè es Mater illius qui ab æterno fuit Filius, & ille sempiternus Filius, tuus ex tempore capit esse Filius, quod nomen si (vt dicitur) aliquid in homine ponat, tùnc perempta humanitate, perimitur & filiatio atque maternitas, & ita tempore mortis Christi maternitatem amisisti, & ea de re valdè doluisti: Nũc quoque ad æterna gaudia tibi properanti nihil mali, nihil sinistri accidere posse video, nisi hoc solum, quia morte interveniente, maternitatem tuam iterum amissura es, quod an sit verum difficile est cognitu, & novissimis diebus (vt audio) hoc declarabitur. Si statutum nõ fuisset semel hominem mortem subire, bonum esset vt te Deus de vita ista transferret ad vitam illam, ne nomen tantæ dignitatis in te extingueretur ad tempus: Quid enim? Et si re ipsa non eris Dei Mater, eris tamen in mente ipsius & in nostra, & citissimè resurgendo, re ipsa nomen illud recuperabis, & quod parumper interrumpitur, non interruptum, sed continuum censendum est: Consolare itaque, ò Maria in Filio tuo, consolare in maternitatis nomine, nam maximas consolationes citissimè experieris: Deo enim vnione perpetua copulaberis, filij tui amplexibus indissolubilibus adstringeris, omnibus bonis afflues, nihil tibi vnquã deficiet, proxima Solio sanctissimæ Trinitatis assistes, sessione propinquissima Deo trino & vni eris: illi nos commendatos facito; abscedens, non abscedas à nobis in hac mortali vita, & vt ad gaudia illa & nos pervenire valeamus, exora. Amen.

Num. 121 Non ab Apostolis in hoc congressu ad Beatæ Virginis obitum divinitùs plùs, quàm humanitus

dis-

Anno Christi Domini 58.

disposito Divum Lucam Evangelistam excludit Amadæus, in sua Apocalypsi, raptu 8. imò adfuisse Hierosolymis, cùm Dei sanctissima Mater corporali præsentia esset ab hoc terreno Orbe recessura, & ad æthereum thalamum accessura; Eamquè, post Apostolos, licentia à Divo Petro accepta, orationi sequenti commendasse dicit, his què orationem suam verbis exorsum.

ORATIO

Divi Lucæ Evangelistæ in transitu Virginis Deiparæ Mariæ.

PLurima iam ab his Patribus allata sunt in medium; mihi (cæteris prætermissis) videtur tua virginitas, ò Mater Dei Maria, quòd sit laude digna, atque dignissima, atque omni præconio celebranda: Tu namque sola ante partum, & post partum Virgo fuisti: Virginitas heroica virtus est, quā donat Deus his, quos animo spirituales esse decernit: In carne enim vivere, & carnis incitamenta non sentire, divinum est: Sensus habere, & præter sensum vivere, angelicum est: Virginitas non est virtus vulgaris, sed singularis; non popularis, sed specialis; crescendum enim & semen afferendum, & populus Dei serviens augendus, & modo naturali; non supernaturali, vt non auferātur à causis creatis actiones earum: Non licet vnicuique Virginem esse, nàm digna res est liberorum secundùm Deum procreatio; vndè præcepta naturæ seruanda sunt; in aliquibus tamèn congruum fuit virginitatem reperiri, sed non fuit congruum hoc in omnibus: Tu verò, ò Mater Dei nostri, sola vtrumque complexa es, virginitatem scilicèt, & maternitatem, & præceptum Dei decrescendo, &

 con-

Anno Christi Domini 58.

consilium Virginitatis tu sola observasti: Excellẽs donum sublimis corona & alta virtus est virginitas, quæ potiùs datur ad decorem, quàm ad necessitatem salutis, nam coniugalis continentia in multis præferenda est virginitati aliquorum, vndè, & Dominus ipse Christus te Matrem suam ex coniugio procreari voluit, in te sola potentiæ suæ magnitudinem ostendit, vt sine viro conciperes, & sine dolore pareres, vt, sicut fuerat vir ex nullo, mulier ex solo viro, alij omnes ex viro & muliere, ita ipse vir esset ex muliere sine viro: Bonum est ergò coniugium, digna res est liberorum naturalis procreatio, & admirabilior est Filij Dei ex Virgine Conceptio, sic oportebat, sic congruum erat, vt illa, quæ omnibus Angelis dominaretur, nulli viro subijceretur, non dico desponsatione, sed carnali copulatione: Hoc tamèn non decebat te Matrẽ Dei, Reginam Angelorum, & à peccato originali liberam: In hoc enim dictum est Evæ in pœnam, scilicèt: Sub potestate viri eris, & dominabitur tui: Quia ergo illo peccato caruisti per gratiam Dei, iustum erat vt in viri potestatem non transmitteris, quia subiectio illa vilis est, & apud homines opprobriosa, nihil honoris, nihil venerationis, nihil dignitatis tibi Filius deesse voluit, qui te perfectam vndique creavit: Ad ipsum igitur nunc accedens, cum ipso ex tunc perpetuò mansura, nostri quoque miserere, nobis veniã impetrare digneris, vt & ipsi tuis precibus ad visionem Dei Trini, qui etiam vnus est, pervenire valeamus. Amen. Ad longum totã refert Amadæus, & Deiparam, antequàm ex hoc mundo transiret ad Filium suum Vnigenitum, post Apostolos nominatim salutatos, Divum Lucam in hunc modum alloquutam perhibet. *Vale, Luca mi charissime, & secreta, quæ tibi revelavi, conscripta alijs porrige, & referanda*

futuro sæculo conserva, & , vt cœpisti, in bono persevera.

Evangelium de Assumptione Virginis Mariæ in Cœlum, Sanctum Lucam Evãgelistam scripsisse testis est idem Amadęus, in sua Apocalypsi, quod hic apponere placuit in gratiam Lectorum.

Evangelium secundùm Lucam, de Assumptione Virginis Mariæ in Cœlum.

IMpleti sunt dies Mariæ vt transiret ex hoc mundo ad Filium suum Vnigenitum, & missus est ad eam cum palma victoriæ ante pheretrum deferenda Gabriel Angelus, quæ, cùm neque sibi ignota, nec ingrata audiisset, turbata nullo modo est: Desiderabat enim relinquere mundum, & semper esse cum Vnigenito Filio suo: Adfuit statim Discipulus ille, quẽ diligebat Iesus, & cui de Cruce dixerat: Ecce Mater tua: adfuit & Petrus cum omnibus Apostolis, & potioribus Discipulis, erãt què ibi Maria Magdalena, & Maria Iacobi, & mater filiorum Zebedæi, aderant plures virgines, atque sanctæ mulieres, vnusquisq; verba sua protulit, & in laudem Virginis Matris direxit, & vnicuique ipsorum humilitèr respondit Maria, & omnibus paritèr benedixit: In lectulum coram omnibus conscendit, & anima eius cum ingenti gaudio à corpore discessit; Ad inferos, & ad Paradissum adveniens, quotquot amicos in pœnis illis viderat, eripuit: Corpus in Vallem Iosaphat delatum est, & syndone munda involutum, positum est in monumento novo, in quo nondùm quisquam positus fuerat; diluculò anima reversa est ad Apostolos, tunc Dominus Iesus cum omni militia cœlestis exercitus, in Maiestate ve-

 nit,

Anno ChristiDomini 58.

nit, dixitque omnibus; Pax vobis, gavisi sunt valde Discipuli, viso Domino desiderato, felicem animam alloquitur, omnibusque Discipulis benedixit, animam corpori iterum coniungi præcipit, surgit vere Maria, & prodijt de monumento tota decora nimis, progreditur cum Domino per aera ad montem Olivarum, comitantibus Angelis & animabus illis sanctis; Thomæ Baltheū dimittit & omnibus suscipientibus, in Cælum ante faciem Filij sui assumitur, & sedet in gloria Maiestatis: Regressi sunt Hierosolymam Apostoli cum Discipulis, & sanctis mulieribus, gratias agentes de omnibus quæ audierant & viderant, annunciantes Magnalia Dei in omnes gentes.

Num. 123 Specialia hæc, quæ de Amadæo deducta sunt pro cœtu sacrorum Apostolorum in transitu Dei Genitricis Virginis Mariæ, orationibusque eorum in laudem tantæ Matris persolutis, eiusdemque Virginis in gratitudinis signum, amorisque affectum, responsis datis, & benedictionibus elargitis, non sunt allata vt præcisè credantur, seu vt videãtur, & prudentèr æstimentur, aliorum censuræ exponentes: vndè (ex magni Ennodij Ticinensis lib. 3. epistolarum, epistola 26. iudicio,) exponentes sententiam nostram censuræ, quod elegimus, non tuemur; maximè cum hi raptus, seu revelationes sint particularis personæ, & Authoris, & ab Ecclesia comprobatæ, & admissæ non existant; sicquè ad credendum eas nemo tenetur, nec nos coarctare possumus, nec debemus, imò revelationes dicere haud valemus, cùm si essent veræ, oracula Dei fuissent credito digna, & debita, & maximè æstimanda, tantum vsque hùc piarum meditationum nomen adeptæ sunt, & merentur: Non negamus hunc Amadæum, alias Amatorem, vel Ioannem Menesium, Didaci Silvæ, Portalegris

Ducis, fratrem extitisse ex familia Villæ Regiæ in Portugalensi Regno Comitum oriundum, postea Franciscani Ordinis Alumnum, Summo Pontifici Sixto IIII. à sacris conscientiæ secretis Purpuratorum Patrũ Senatui venerabilem; Ita multi fassi sunt, Gaspar Varerius Lusitanus in Chorographia Lusitaniæ scripta, pagina 245. Marcus Vlisiponẽsis Episcopus Portuensis, parte 3. Chroniconis Franciscani, lib. 6. cap. 30. Peregrinus in Bibliotheca Hispana, tom. 3. classe 2. Antonius Vasconcelus in descriptione Lusitaniæ, pag. 525. Huius viri Apocalypsis nova in Regia Bibliotheca Cœnobij Regij Hieronimiani Escurialensis M.S. servari dicitur, alibique transumpta aliqua ab eo deducta inveniuntur: Exemplar authenticũ in Vrbem Romanam sub Paulo V. Pontifice Maximo ad Eminentissimum Cardinalem Borgiam fuisse missum testatur Pater Hyppolitus Marracius in suo de Apostolis Marianis libro, cap. 16. fol. mihi 258. eique à D. Bernardo de Toro Hispalensi communicatum fuisse fatetur, quo vsus, suos Apostolos Marianos notationibus perlustravit.

Inconsequens non erit præhabitis Beatæ Virginis Mariæ in dormitione sua Apostolicis laudibus, etiam Præsulum eorum, qui ibi aderant, orationes narratione insectare, maxime illius Gentiũ Doctoris Pauli, mirifici Discipuli, & nostri Hierothei Magni Dionysij Areopagitæ Pariseos Episcopi, qui à tanta Dei misericordia suscipienda non abfuisse, testem se exhibet in libro suo de Divinis Nominibus, cap. 3. sed, quæ cecinisset, nõ constat, nec ille perhibet, sed Mæneum Græcum hoc pro firmo docet, dicens: *Venerãdæ tuæ obdormitioni, ò Virgo sanctissima aderat Dionysius, vnà cum Hierotheo, ac Divino Timotheo, quorũ*

Anno Christi Domini 58.

unusquisque simul cum Apostolis, Hymnum gloria tua convenientem decantabat; quibus cum nunc omnis se mortalium lingua Dei Genitricem, & mundi Patronam concelebrat; sed Amadæus in sua Apocalypsi dicta, raptu 8. ex revelatione sibi facta ab Archangelo Gabriele Dionysium quoque, post Apostolos, genuflexum brevi eloquio Beatam Virginem laudasse, ab eaque iam iam decedente audire meruisse.

Benedictio Beatæ Virginis Mariæ Dionysio Areopagitæ ante eius dormitionem impartita.

V*Ale Dionysi eruditissime, & ea, quæ à Paulo accepisti, diligenter conscripta conserva.* Et P. Petrus Alloix in tom. 1. Illustriũ Orientalis Ecclesiæ Scriptorũ, in vita Sancti Dionysij Areopagitæ, cap. 6. de eodem Dionysio Beatissimæ Virginis migrationi unà cum Apostolis præsente loquutus, inter cætera, hæc dicit: *Noster hic Dionysius meruit Angelorum hominumque Reginæ Thalamo appropinquare, & ipsam Reginam viventem & videntem quominus intueri, & in divino vultu effulgentes cælestium gratiarũ thesauros contemplari, & verba ex ore illo purissimo, melle simul, & favo dulciora plus nimio felicibus, ac fortunatis auribus excipere, & intimis animi medullis condere. O voluptas! O delicia! Quã cito tibi, ò ter beate Dionysi, quã cito & quàm properãter in talium haustu deliciarum, tot exantlasti ante hàc abs te labores, & tot perpessa graves ærumnæ forti animo tolerata, fumi instar, evanuerunt, ac nihil esse, nec fuisse convicta sunt: Sic olim Iacobo Patriarchæ septem anni in vita agresti, & pastoritia durè exacti, cum super pecore vigilans,*

&

& æstu vreretur, & gelu, tamen speciosæ suæ Rachelis respectu, videbatur (vt ait Scriptura Genesis 19.) pauci dies præ amoris magnitudine: Verũ Dionysio totidem ferè anni in laboriosissimo Episcopatus onere transacti, conspectu Virginis Matris plena modestiæ maiestate, non modò pauci dies videbantur præ amoris, & admirationis magnitudine, sed nulli: Cùm verò, & adhortantem ipsam ad susceptos in Filij sui vinea labores, cõstanter in finem perferendos audiret, & proposita vincẽtibus, multiformium coronarum præmia singulari Cœlestis oris gratia præmonstrantem attendit, tum verò, & incredibili amore exarsit, & vix, ac ne vix quidem, apud se fuit. Denique extrema vale dicentis, & omnibus benè precantibus verba, submisso, quantum potuit, & corpore, & animo, mixtisquè gaudij, & mœroris affectibus, excepit, ac diù mutus stetit.

Stupuit Dionysius ex illa videndi Beatam Virginem Dei Genitricem Mariam, aliquando sibi concessa facultate, nec proferre dubitavit illam dignam tantæ Dominæ laudem: *Nisi scirem aliũ esse Deum, hanc Virginem Divinitatem ipsam, ac Deitatem esse existimarem.* Hæc invenitur sentẽtia in illa Epistola, quam ad Divum Paulum Magistrum suum Dionysium Areopagitam scripsisse multi fatentur Authores, quam, in gratiam lectorum, hic transcribere in vanum haud censuimus; cuius hic est titulus.

Servus, & novissimus vnctus Dionysius, electissimo vasi Cęlico Paulo Præceptori, & Principi salutem.

NOn credidi, confiteor coram Deo, Princeps mi Maxime, extra Deum summum, &

Anno Christi Domini 58.

optimum esse, haberi etiam neque ab hominibus posse percipi, quem ego oculis, non tantùm mentis, sed corporis vidi, perspexi, atque propriis oculis intuitus sum; Deiformem, atquè supra omnes cœlicos Spiritus, sanctissimam Matrem Christi Iesu Domini nostri, quam mihi benignitas Dei, & clementia Salvatoris, & gloria Maiestatis Deiformis Virginis Matris eius. Quoniam, cùm à Ioanne vertice Evangelij, & Prophetarum, qui in corpore habitans, quasi Sol fulget in Cœlo, ductus fui ad Deiformem præsentiam altissimæ Virginis; Tantus me, immensus divinus splendor circumfulsit exterius, & plenius irradiavit interius; tãta etiam in me omnium odoramentorum superabundavit fragrantia, vt nec corpus infelix, nec spiritus posset totius ac tanta felicitatis insignia sustinere. Defecit cor meum, defecit spiritus meus, tãta gloria Maiestate oppressus. Testor, qui aderat in Virgine, Deum, si tua divina mẽte concepta non me docuissent, hanc, verum Deum esse credidissem: Quoniam nulla videri posset maior gloria Beatorum, quàm felicitas illa, quam ego infelix nunc, tunc verò felicissimus degustavi. Gratias ago summo, atque optimo Deo Divinaquè Virgini, & Eminentissimo Apostolo Ioanni, & tibi Ecclesiæ vertici, atque Principi triumphãti, qui mihi tali, charissime, & clementissime perstitisti. Vale. De hac epistola tractant Ferreolus Locrius, lib. 5. de Maria Augusta, cap. 6. Dionysius Carthusianus in Elucidar. cap. 3. de Divinis nominibus; institutio sodalitatis corrigiatorum cap. 11. Petrus Canisius, è Societate Iesu, de Maria Deipara, lib. 5. c. 1. pagina 814. Vbertinus de Casalis, libro de vita Salvatoris; Bernardinus de Busto in Mariali, p. 2. serm. 4. Frãciscus Arias, libro de imitatione Beatæ Virginis, cap. 2. Petrus

Pa-

Paludanus, serm. de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis 1. & 2. Hyppolitus Marracius, libro Antistites Mariani, litera D. §. 19. fol. 133.

De Divi Timothei Episcopi Ephesiorũ in trãsitu Virginis presentia, iã testatum à multis, notum relinquimus: De qua Dionysius Areopagita de divinis nominibus, c. 3. Ioannes Damascenus, oratione 2. de dormitione Deiparę: Hyppolitus Marracius, libro Antistites Mariani, litera T. §. 26. fol. 548. Ioãnes Bonifacius, lib. 2. Historię Virginalis, c. 13. Quam ergo (inter alios Pontifices) orationẽ concinnasset in dormitione Virginis, non dicitur, nec de ea loquitur Amadæus, in raptibus Apocalypsis suæ.

Hierotheum nostrum non solum sermocinasse, sèd mirificos Hymnos à se cõpositos in Beatę Virginis ad Cœlos evectionem dulcitèr modulasse vna est multorum sentẽtia; sed quis sermo hic esset (proh dolor!) Hùc vsque nõ est inventus, cũ cæteris suis operibus creditur fuisse deperditus; iustè dolet de amissione hac Hyppolitus Marracius, negligẽtiæquè notat Dionysium Areopagitam eo, quòd prædictos Hymnos, Poemata vè Hierothei in suis haud scriberet libris, sèd si benè attendatur, sic effecisse existimandum est, quãdo iuxta Suydæ, Scotti, & aliorũ sententias, vitã Hierothei Magistri sui scripsisse dicatur, in qua non est dubium eius opera ad amussim, & specialiter enarrasse, sed vtrũque tẽporũ iniuria deperdidit; audiatur Marracius lib. Antistites Mariani, litera H. §. 24. fo. 274. *Vtinã verò Dionysius Hymnos, seu Poemata, quæ Hierotheus in laudem Deiparæ Virginis composuit, retulisset, aut alius quispiã ex illis divino numine afflatis viris, literis consignata ad posteritatis memoriam transmisisset! At quis id haud factum inficietur, cùm idem Dionysius*

Anno Christi Domini 58.

Num. 128

 Io-

Anno ChristiDomini 58. *loco suprà memorato nonnullas divinorum illorum Hymnorum partes; quibus Hierotheus unà cũ Apostolis Deiparæ funus extulit; à Timotheo Ephesiorum Episcopo persæpè se audijsse testetur? Sèd magno fidelium detrimento, iniuria temporum postmodum perierunt.*

Sex alia privilegia Dei Genitrici Mariæ, post eius dormitionem, concessa.

Num.128 PRimum. *Occurrerunt è Cælis Angelorum exercitus ut eius sacratissimum corpus comitentur, & servent. E Cælis verò* (inquit Isidorus Thessalonicensis Archiepiscopus, in suo Mariali, oratione 4. de dormitione Virginis) *accurrerunt exercitus Angelorum, & universus iustorum cætus, iam in beatas sedes recepturum, multitudo innumerabilis, debitum cõmuni Dominæ obsequiũ exhibituri. Quomodo enim Creatore summoquè Legislatore, qui parentes honorandos præceperat, suam legem studiosius servante, quàm cæteri omnes & Deo profectò ad honorandam Matrem, & sanctissimam eius excipiendam animam non concurrerent omnes, & tanquàm puri famuli purissima (ut servos decet) funus, & exequias, & sacrũ illud corpus prosequerentur? Certè, & terra, & mare, & Sol, atque inferiora omnia simùl permota fuissent: nisi (uti diximus) iussum illis fuisset quiescere, quod intemeratæ Virgini non opus esset gloria proveniens ex inferioribus, nec planè consentaneũ erat migrãtem ad Superos, indigère ministerio inferiorum Cælestes verò descendere oportebat, sicut factum est, ut, quam assumpturi erant, illi suum ministerium iure præstarent*: Sanctus Sabbas in Menæis Græcorum, die 15. Augusti Virgini ex hac vita migranti in obsequium & famulatum

om-

Anno Christi Domini 58.

omnes Spiritus beatos affuisse disertè tradit. *Tùc certè* (inquit) id est, in obitu Virginis (de quo loquitur) *tùnc & Angeli suas de Cœlo voces dedère, ordinumquè Cœlestium modulis aër id loci totus personuit.* In hac eadem sententia sunt Sãctus Bernardus, sermone 1. de Assumptione: Sanctus Ildephonsus, sermone 1. de eadem Assumptione: Andreas Cretẽsis, oratione 2. de dormitione Deiparæ: Sanctus Ioannes Damascenus, oratione de eadem dormitione apud Metaphrastem, & Surium: Amadæus Lausanẽsis, homilia 7. de Laudibus Virginis: Laurentius Iustinianus, sermone 1. de Assumptione: Novatus, tom. 2. de Eminentia Deiparæ, c. 8. quæst. 8. & novissimè Pater Hyppolitus Marracius, in notis ad Mariale Isidori Archiepiscopi Thessalonicensis, num. 13. in oratione 4. de Assumptione Virginis, fol. 240.

Num. 129 Secundum. *Quod Iudæum, qui audactèr feretrum vbi corpus Deiparæ Virginis Mariæ humandum ferèbatur ab Apostolis, tetigit, vt corpus humi subijceret, & everteret, duarum manuum vsu privavit, posteàquè restituit:* Sic depingit casum Sanctus Sabbas, in Menæis Græcorum, die 15. Augusti: *Quibus omnino signis irritati Iudæorum Principes, concitarunt quosdam de plebe, vt lecticam, in qua corpus (origo ipsius quondam vitæ) iacebat, èvertere humiquè affligere conarentur: At verò numinis vindicta sacrilegas audacium manus prævertit, omnesque tanto facinori perpetrando intentos oculorum cæcitas mulctavit; vnũ autem istorum summa furentem insania: & iã ipsas sacrosancto lectulo manus inijcientem, dextera non minùs, quàm sinistra privavit, quas tãtæ insolentiæ conscias, per vltionis divinæ gladiũ suo sibi malo reus ipse momento abscissas, dequè feretro suspensas reliquit, miserabile cunctis spectaculum*

Anno Christi Domini 58.

lum factus, quoad toto corde Religionẽ Christianam amplexus, impetrato tanti mali remedio, integritati pristinæ redditus fuit, sic & reliquis cæcitate percussis, ubi, post Fidẽ Christi susceptã, pars Palij, quo tegebatur lectica, admota fuisset repentino Virginis dona, antiqua incolumitas rediit. Isidorus Archiepiscopus Thessalonicensis, In Mariale, oratione 4. de dormitione Virginis, etiã de Iudæis, & de miraculo facto in Iudæum, qui feretrũ, quo Beatæ Virginis corpus ad sepulturã ferebatur, est conatus evertere, refert, hisquè vsus verbis: *Iudæos, inquam, iterum insanire facit* (loquitur de malitiæ inventore) *sicut antea adversus Christum, ita etiam nunc adversus illius Matris cadaver, & iam fustibus, lapidibusquè, & quidquid aliud illis occurrit, tanquã tutaminibus vtentes, nec non gladijs (vt quidam aiunt) eunt cum impetu omni fera irrationaliores adversus illius sacri funeris Ministros, pretiosissimũquè corpus, quod ab illis baiulabatur: Et quidèm desuper fulmina non inflammarunt scelestos, nec cõbusserunt iniquos, nec terra hiavit ad deglutiendã audacissimam nationem, sicuti olim factum esse de Datan & Abiron ex illa progenie natis, audivimus; sed alia quadam vltio audaces invadit, quæ, & si non acerbè illos vita privavit, tamen iniustam manum adversus huiusmodi res non movere docuit, & illos, qui pœnas dederunt, & eos, quibus percussi illud, quod successerat, enarrabant: Erat autèm pœna visus privatio, gravis, & artificiosa cæcitas, qua verè laborabãt secundum animam, si etiam alias, & plaga à nefanda audacia illos amovet, ab errãdo vero, & offendendo verè errantes, ac scelestos nequaquã liberavit, sed miseri, alijs ipsos ducentibus, crudelis invasionis iustam plagam domum ferentes, tanquã*

the-

Anno Christi Domini 58.

thesaurum recondebant: Vnus autem ex prophanis Sacerdotibus illius Christo repugnantis collegij, cùm non percussus fuisset eadem plaga, mittit manus, sicut ille Ozan, impetu toto stolido, & insolente, tanquàm non habens mentem ducem, vt tenacitèr honorificentissimam illam arcam accipiens, everteret, & in terram ignominiosè proijceret, pretiosissimumquè in ea thesaurum, illud, inquam, miraculorum effectiuum cadaver effunderet, & gravibus afficeret iniurijs, sed inexpugnabilis tacentis Virginis virtus hic etiam edit admiranda miracula, quemadmodum enim iacula à movente organo separantur, & fixa manent quocumque lata fuerint, ita prophana illa manus, simùl atque ad illum sacrum lectum pervenerunt iaculantis, non erant ampliùs, sed (ò miraculum!) fixa in lecto, & scelesti facinoris novum suppliciũ indicantes: Hostis autèm prius manibus & cubitis ipsis, iniustis illis iaculis mulctatus, miserabilis ob cladem, infelix propter calamitatem, videbatur spectaculum quoddam insolitum: Manus verò admirabili modo in lecto pendentes, & ab illis sanguis calidus effluens: Ille autem, qui anteà audax erat, vulneratus, in terra sanguine contaminatus, & tanquam cadaver aliquod lachrymis dignũ, prostratus homo sine manibus, qui ipsas quidem videbat ante oculos, primam autem coniunctionem prorsus amisit, nec manus petere audet, ob mẽbrorum tamen cognationem, petitionis desiderio cruciatur, sed per ea, quæ passus est, agnoscit tacentis Virginis virtutem, accedit ergò supplex, miserabilis ante pedes Apostolorum prosternitur, supplicat, orat feruentèr, lachrymarum fontes emittit, prædicat Christi mei virtutem, glorificat admirabilia Matris eius, negat antiquam, & cacodoxam religionem, & pro his

pe-

Anno Christi Domini 58.

petit, vt manus sibi restituantur, magnum hominum instrumentum: Quoniam autem non erat despernendus, cùm offerret confessionem, & ad hoc percussus fuisset, vt Crucifixum prædicaret, obtinet petitionem precibus quidam Apostolorum, virtute verò eius, qua funere efferebatur, & manus quasi à lecto volantes, cognato corpori ordinē servaverūt, & ille homo factus est integer anima, atque corpore, & ita gaudēs, ibat magnificans purissimam Virginem: Huic autèm, qui sanatus est, præbent Apostoli frondem Germinis, quod Virgini Angelus dederat, & medicum creant Hebræorum illorum, qui excæcati fuerant, sanæque fidei præconem: Ille autèm ambos salvat, & fronde quidē percussos sanat, quamvis cæci oculis perseveraverunt, veram autèm gloriam nunquàm siluit: Et quidem post hoc comitantes cadaver, magis quàm antè novitate miraculi gaudebant, & alijs hymnis plaudētes alacriores ibāt ad sepulchrum. Hæc Isidorus Archiepiscopus Thessalonicensis. Etiam memorantur Sanctus Ioannes Damascenus oratione 2. de dormitione Deiparæ: Simeon Metaphrastes, oratione de vita, & obitu Beatæ Virginis: Nicephorus Callixtus lib. 2. Historiæ Ecclesiasticæ, cap. 22. Pater Christophorus à Castro, Societatis Iesu, in Historia Deiparæ, cap. 21. n. 6. Aliqui ex eo, quod istarum rerum aliquam inveniunt in apocryphis, ac proscriptis libris falsam existimāt, & condemnant, scitur in libro illo sancti Melitonis aliqua ex dictis contineri, sed ad hæc Pater Hyppolitus Marracius in notis ad orationem 4. de dormitione Deiparæ Isidori Archiepiscopi Thessalonicensis, nu. 15. fol. 243. ex doctrina Baronij optimè respondit, non omnia, quæ ibi continentur, apocrypha esse, ac falsa; videatur Cæsar Baronius, tom. 1. Annaliū, anno Chri-

Anno Christi Domini 58.

Num. 130

sti 48. vers. *Sed hæc cùm dicimus*, & circa veritatem Historiæ Vincētium Velvacēsem, in speculo Historiali, lib. 7. cap. 77. qui expresſè hoc idem docet, & ſequitur.

Tertium. *Quod Beata virgo post ſacram ſepulturam viſa fuit ab Apoſtolis: fertur autèm* (inquit Isidorus Theſſalonicēſis in ſuo Mariali, oratione 4. de dormitione Virginis) *aliquid, quod fidelibus diffindere non conceditur à mirabilibus puriſsimæ Virginis, quod ſcilicet viſa eſt ab Apoſtolis poſt ſacram ſepulturam, antequàm ille, qui tardavit, veniſſet.* Amadæus in ſuis revelationibus, raptu 8. ex Gabriele Archangelo ſe didiciſſe commemorat Deiparæ animam, non diù poſt exitum à corpore ad ſepulchrum reverſam, Apoſtolis ibidem commorantibus, Sole fulgentiorem in maxima Maieſtate apparuiſſe, eoſdemquè longo ſpatio alloquutam de hac eius Beatæ Virginis ad Apoſtolos illuſtri appatitione ex Græcorum Horologio conſtaſſe deſcribitur; & Laurentius Landtmeter in opere de vetere Clerico Monacho, libr. 2. cap. 46. ſpeciali narratione demōſtrat: *Poſt Chriſti Reſurrectionem* (inquit) *ac Spiritus Sancti deſcēſum Apoſtoli, ante quàm in fines Orbis terræ dividerētur, vivebant cōmuniter: Hi, ſi quando poſt orationem cibum capiebant in relicto loco vacuo, quem Chriſto deſtinabāt (vndè & pulvinari ſternebāt) fragmentum panis ſupponebant, & menſa finita, certas in honorē Chriſti preces pronuntiantes, exaltabant, faciebatquè hoc quilibet eorum, vbicumque tamèn degeret, vſque ad dormitionē Deiparæ. Factum eſt autèm in eiuſdem dormitione, vt Apoſtoli cum iuſtis Virgini Matri perſolutis, ciboquè ſumpto, panem Chriſto ſepoſitum ex more exaltarent, quæ mortua fuerat viventis inſtar, nubibus, & lucidiſsimis Angelorum Choris circundata, in*

ſu-

Anno Christi Domini 58.

ſublimi appareret: Aue inquiens, ego vobiſcum ſum omnibus diebus, hoc ſolatiũ, & gaudium verbis Filij eius impertiens. Apoſtoli autèm miraculo obſtupefacti loco eius, Domine Ieſu Chriſte (initium eſt conſuetæ precationis) exclamarunt, Panagia, ſanctiſsima Deipara, adiuua nos.

Num. 131 Quartum. *Quòd tribus diebus càntinuis in ſepulchro Deiparæ Virginis Mariæ Angelorum cantus exauditus eſt.* Ita de hoc Angelorum famulatu Iuvenalis Patriarcha Hieroſolymitanus apud Euthymiacam Hiſtoriam, lib. 3. cap. 40. loquitur: *Quod verò Deum ſuſcepit eius corpus cum Angelica, & Apoſtolica Hymnodia elatum iuſtis ei factis, in loculo fuit depoſitum Ieth ſemani, quo in loco Angelorum Chorea, & Hymnodia manſit tres dies perpetuos.* Ioãnes Damaſcenus oratione de dormitione Deiparæ: *Quid deinde ſit elemẽtorũ, vt mihi quidèm videtur, factus eſt motus, & alteratio, vocesquè, & ſtrepitus, laudesquè dignas canebãt Angeli præcurrẽtes, deducentes, cõſequentes, partim quidem ſanctiſsimam, & nulli culpæ affinem animam comitantes; & ſimùl aſcendentes, donec Regali Throno ſtitiſſent, Reginam, partim autèm divinum, & ſacrum corpus circumdantes, & canticis, quæ Angelis digna erant, Dei matri celebrantes.* Pater Chriſtophorus à Caſtro in Hiſtoria Deiparæ, cap. 21. fol. 505. præſtitum obſequium hoc ab Angelis corpori ſacratæ Virginis ſepulchro iacẽti ſupponit, ita ait: *Atquè ita ſanctiſsimum corpus præclariſsimo imponitur monumento, ibi, tum divini Apoſtoli, cæteriquè inſignes pietate viri per tres dies, honoris gratia, perſtitiſſent, continua Cæleſtium Hymnodia mirificè recreati ſunt, donec tertio poſt die, cùm ex eis vnus tardius veniſſet ad exequias, diuino ita prouidẽte conſilio, vt nota fieret corporis tranſlatio admira-*

Anno Christi Domini 58.

bilis, quo dolor ei adimeretur propter absentiã, & eius desiderio satisfieret, iustum esse sepulchrum aperiri, eo aperto nequaquàm thesaurus in eo recõditus inventus est: Sepulchralia sola linteamina veste composita repererunt. Non oblivione involuit præclarum hoc Mariæ privilegiũ Isidorus Archiepiscopus Thessalonicensis in sua 4. Panegyrica oratione Marialis sui de dormitione Deiparæ, cùm illud sequentibus verbis referat: *Postquàm autèm peracta fuerunt omnia magnificè, & vt eius dignitas postulabat, & quæ ad funus, ac sepulturam spectant, ministrata fuère, boni præclararum rerum illarum ministri recordabatur quidem, & alterius ministerij, prædicationis scilicet: Sed desiderium, & erga purissimam reverentia nequaquàm discedere permittebat, & sacri quidem desuper cantus, & de summè veneranda cõtinua glorificatio cum odore quodam admirabili ad tertium vsque diem ipsos illic tenebant magis, quàm quod fabula Sirenis tribuit prætereuntes detinere.*

Num. 132 Quintum. *Quòd post tres dies assumpta fuit in Cælum corpore, & anima Beata Virgo Dei Genitrix Maria, comitante Filio suo, & Angelorum catervis stipata.* Aliqua nos in tractatu Apologetico pro fide Virginis Beatæ attulimus de eius Assumptione in Cœlum, & incorruptione corporis sui, cap. 13. §. 2. folio 159. ibiquè demostravimus Beatam Virginem passam non esse illum mortis effectum, scilicèt corporis corruptionis, nàm (vt Ecclesiæ tenet traditio) post dormitionem Virginis, illius anima paucos post dies (tres vt superius probavimus) iterùm corpori suo virginali vnita, Angelorum magna comitante caterua, Virgo Beata assumpta fuit in Cœlũ corpore, & anima: Et quomodo hoc contigisset plu-

Anno ChristiDomini 58.

res Sancti Patres describunt, varijquè Scriptores Sacri,& si benè attendãtur,non solùm possibilia, sed rationi maximè consentanea credenda veniunt, & vbi sacra Scriptura non loquitur,vicem authoritatis habent, veritas rationi & sacræ Scripturæ consona,quam negare esset audacia,& temeritas. In hanc venit sententiam Magnus Pater Augustinus,& Ecclesiæ Doctor in serm. 34. de Sanctis, de eadem Virginis Assumptione, & de Enoch,& Eliæ translatione tractans, cùm dixit: *Quid ergo de Maria morte? Quid vè de eius Assumptione dicendum est? Vnde Divina Scriptura nihil commemorat nisi quærendum ratione, quod conveniat veritati,fiatquè ipsa veritas authoritas,sine qua necesse est,nec valeat authoritas, &c. Sed si dicamus mortis eam vinculis teneri, & resolutam in communem putredinem, vermem,ac cinerem, laborandum est, si hoc conveniat tantæ sanctitati,tantæ Aulæ Dei prærogativa*: Præclarum est hoc argumentum ad credendum id,quod Scriptura nõ docet expressè,& si in ea non inveniatur expressum, habetur aliqua convenientia, quæ tanquàm dux, & prævia inducit veritatem certã,sed hæc veritas inducta, & necessario illata ex sacra Scriptura habet vicem authoritatis credendi: Exemplum habemus in eodem Patriarcha Enoch,de quo solùm dicit Scriptura: *Ambulavit cũ Deo,& nõ apparuit,quia tulit eum Deus*: Et de Elia: *Ascendit Elias per turbinem in Cælũ*. Ex quibus Sancti Patres inferunt eos beatè vivere, Deumquè eos rapuisse servandos in Paradisso vsque ad adventum AnteChristi: De Melchisedech solùm etiàm dicit: *Erat Rex Salem proferens panem, & vinum; erat enim Sacerdos Dei Altissimi*: Ex quo solùm Sacerdotem fuisse probatur,sed posteà fuisse iustum coram Deo,& habuis-

Anno Christi Domini 58.

buisse merita magna iustitiæ, & sanctitatis veritas huius tanti Sacerdotis vitæ beatæ demonstravit: Similitèr etiàm veritas Sanctorum Enoch, & Eliæ, quæ iàm habet inter Sanctos Doctores tantam authoritatem, & certitudinem, quam negare temeraria esset audacia. Ex hoc discursu colligit Divus Augustinus necessariò credendũ esse Beatæ Virginis corpus post eius mortem, nec corruptum fuisse, nec in vermes, & cineres conversum, sed suscitatũ, & cum eius beatissima anima vnitum, gloriosè vivere in Cœlesti Patria, quia tantæ Matris Dei sanctitati, privilegijs gratiæ, & specialibus prærogativis decens est credere, conveniens prædicari, necessarium affirmare, quia verũ, & eius veritas iàm in Ecclesia Dei vicem habet authoritatis: Infert etiàm idem Magnus Augustinus, quia sicut Dei potentia, Deiquè sapientia Matrem suam excipere voluit, & servare decrevit à maledictionibus Evæ in concipiendo, pariendo, filios multiplicando, & subiectione sub viro, sic conveniens fuit quod illam exciperet à maledictione corruptionis post mortem: *Scimus enim* (inquit) *Iesum omnia posse, qui de se ipso ait: Data est mihi omnis potestas in Cælo, & in terra; si ergo voluit integram Matrem cum virginitatis servare pudore, cur non velit incorruptum à putredinis servare fætore? Dicat, qui cognovit sensum Domini, & qui consiliarius eius fuit, nunquid nõ pertinet ad benignitatẽ Domini, Matris servare honorem, qui legem soluere non venerat, sed adimplere?* Iure Beatæ Virginis Dei Genitricis Mariæ corpori incorruptio debebatur; quia Cœlum animatum Filij Dei erat; Vnde Divus Damascenus oratione 2. de dormitione Virginis: *Hodie* (inquit) *Virgo immaculata, quæ nullis terrenis inquinata est affectibus, sed Cœlestibus educata cogi-*

Anno Christi Domini 58.

tationibus, non in terram reversa est, sed cum esset animatum Cælum, in Cælestibus Tabernaculis collocatur. Incorruptionem corporis ex celeri resurrectione Beatæ Mariæ probant nonnulli Sanctorum ex Psalm. 15. vers. 20. *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuũ videre corruptionem:* Hunc locum literaliter exposuit Divus Petrus de Christo Domino, sed in sensu accõmodatitio Sanctus Amadæus hom. 7. de Beata Virgine, de sacra Deipara edisserit, nomine *Inferni*, hoc sæculum intelligens, in quo Beata Virgo nullam habuit corruptionem corporis, vel animæ vivens, vel mortua, ait enim: *Quoniàm nõ dereliquisti me in sæculo, nec dabis corpus Genitricis tuæ videre corruptionem.* Hanc veritatem vniversa amplexa est Ecclesia, & communis Patrum cõsensus probat, & omissis Augustino, Damasceno, Isidoro, & Amadæo iàm allegatis, favet Athanasius serm. de Deipara: Anselmus de excellentia Virginis cap. 8. & serm. de Assumptione: Rupertus lib. 6. in Cãtica: Divus Thomas 3. part. q. 27. artt. 1. & opusculo 8. Sanctus Bonaventura in speculo Mariæ cap. 2. Richardus Victorinus in Cãtica cap. 42. Hugo Victorinus lib. 5. eruditionis Theologiæ cap. 125. Gersonus Alphabeto 14. Sanctus Antoninus Archiepiscopus Florentinus, 1. parte Historiæ, tit. 6. cap. 3. Benè ergo etiam erit, vt sicuti Authores retulimus, aliquas ex eis suarum sententiarum rationes inmedium afferamus: *Vna est*; quia vt citati Patres asserunt, cùm Corpus Christi ex corpore Virginis sumptũ sit, dici possunt quodãmodo caro Christi, & Mariæ vna caro, ergo sicut decuit carnem Christi esse vndequaquè beatam, & incorruptam, ita & carnem Matris, cuius gloria in illius redundat dignitatem: *Secunda est*; quia Salvator noster, Ioannis

Anno Christi Domini 58.

12. dixit: *Vbi ego sum, illic & minister meus erit:* Beatissima autem Virgo singulariter Christo ministravit, præbēdo ei corpus ex proprio sanguine, & alimentum ex proprio lacte, ergo credendum est peculiari ratione hoc in Maria fuisse completum, ergo vbi Christus est, & Mater quoque eius regnat cū illo anima & corpore gloriosa in Cœlo: *Tertia*; si eius corpus reperiretur in terra, incredibile est Deum permisisse, vt per tot sæcula latuisset absque honore, & veneratione in incognito loco: *Quarta*; difficile creditu est corpus illud, ex quo Deus carnem assumpsit, corruptum, & in cinerem fuisse redactum: vndè, vt cum Augustino, cum quo initium dedimus sententiæ, finiamus sermonem: *Corpus* (inquit) *Virginis escam vermibus traditum, quia sentire non valeo, dicere erubesco.* Veritas hæc tanquàm certissima, & indubitabilis revelata invenitur multis, Beatæ Birgittæ vt multis ex locis suarum revelationum constat lib. 1. c. 8. 9. 46. & 51. lib. 6. cap. 12. 60. 62. lib. 7. cap. 25. & 26. Elisabeth Virgini Moniali Ordinis Sācti Benedicti, Magistræ Virginū Christi in Schonaugia Trevirensis Diœcesis, sorori Eckberti Abbatis ibidem in Cęnobio Monachorum: De qua Hyppolitus Marracius in suo libro Lilia Mariana lit. E. §. 3. fol. 92. Benedictus Gononus lib. 2. de vitis PP. Occidentalium, & Ferreolus Locrius Marię Augustæ lib. 6. cap. 13. vbi ad longum hanc revelationem describit: Et Beatæ Mariæ Magdalenæ de Pazzi Moniali Carmelitanæ in Florentina Civitate, vt in eius vita cap. 95. fol. 324. latè exponit Frater Ioannes Baptista de Lezana eiusdē Ordinis; sic & multis alijs revelatum est, hanc Beatæ Virginis Dei Genitricis Mariæ in Cœlum Assumptionem corpore, & anima fuisse peractam: Vndè optimè hanc veri-

Anno Christi Domini 58.

tatem ita certam, & ab Ecclesia sancta receptam, & complexam predicavit Iudocus Clichtovæus tractatu de Assumptione Virginis cap. 11. cum dixit: *Divina virtute, Angelorumque ministerio illud Tabernaculum Altissimi vita restitutū est, & in Cœlos cum anima sancta traductum: Et hoc ipsum Catholica quoque adstruit Ecclesia, cùm de sacra Virgine canit, quod mortis nexibus deprimi non potuit; quid enim aliud sunt nexus mortis, nisi connexiones, & vincula, quibus corpus ad mortem arctius adstringitur, quandiu ab anima manet divulsum*: Eam etiam concinnère Poetæ, quorum Mantuanus lib. 8. factorum, lepidissimis versibus demonstravit, ita canens,

Hæc est illa dies, qua Christus in æthera Matrem
Sustulit, indutam membris: sic credere sanctum est;
Nàm nec erat locus in terris, vbi viscera condi
Fas foret, æternum quæ progenuère Parentem,

Descensionem Christi Domini, vt animam Matris suæ ad Cœlos evectam deduceret, & consociaret multi ex Sanctis certam affirmant, creditu dignam proponunt, & indubiam asserit Sophronius libro de Assumptione Mariæ, ibi: *Creditur quod Salvator omnium ipse, quantum datur intelligi, per se totus Festorius occurrit, & cum gaudio eam secum in Throno collocavit*; Aliàs autem quomodo implevisse creditur, quod in lege ipse præcepit: Honora Patrem tuum, & Matrem tuā. Sequitur Gregorius Turonensis lib. 2. de Gloria Martyrum cap. 4 *Et ecce* (inquit) *Dominus Iesus advenit cum Angelis suis, & accipiens animā eius, tradidit Michaeli Angelo, & recessit*: Idem sentit Sanctus Ioannes Damascenus in Assump-

tione Virginis: *Advenit Rex* (ait) (*vt mihi quidem videtur*) *ad suam Parentem, divinisque & ab interitu alienis manibus, suscepit eius puram, & nulli culpæ affinem animam*: In eumdem sensum confluit Simeon Metaphrastes, & Nicephorus Callixtus; iste lib. 2. Historiæ Ecclesiasticæ cap. 21. ibi: *Deinde Cœlitus Filius eius cum innumerabili Angelorum exercitu descendit animã illius sanctam prorsus, & divinam assumpturus*; Ille in oratione de vita, & dormitione Deiparæ, sequẽtibus in verbis: *Deindè è Cœlo quidem descendit eius Filius, illius Divinam assumpturus animam.* Omittere non licet duos illos, è Societate Iesu graves Scriptores Petrum Canisium, & Christophorum à Castro, qui hanc sin ùl insequẽres sententiam, eodem sensu abundant. Eruditus Canisius lib. 5. de Deipara cap. 3. ita ait: *Vidit ergo Maria, cũ in lecto decumberet, Christum Dominum illis oculis, quibus & Stephanus paulò ante mortem, eumdem aspexerat, vidit, inquam, Angelorum tanquam satellitio circũquaque stipatum, & ad se ita comitèr venientem, vt hinc tota gaudio, & voluptate perfunderetur, quod in amicis illius manibus suam esset animam depositura.* Pater Christophorus à Castro in Historia Deiparæ capitulo 20. folio 462. mentis suæ in hac re iudicium ita depromit: *Atquè ita perinde atque obdormiens sine dolore vllo, nocte illa, quæ diem quintum decimum præcedit Augusti, anni quinquagesimi octavi, ex quo Christũ pepererat, in charis illius manibus deponit spiritũ, cum septuagesimum secundum ætatis annum penè confecisset: Et ille quidèm à Christo Iesu, cum Cœlestium copia Spirituum ad superniam Patriã deducitur, & super eorum omniũ Choros ad eiusdem Filij dexterã collocatur*: Quo supposito, va-

Anno Christi Domini 58.

num & superfluum erit indicare velle, quantos Angelorum exercitus Christo Domino famulantes, vt eius sacratissimæ Matris animam, & purissimum corpus ad Cœlos deducerent, demonstrare, cùm innumerabiles fore pro comperto habeamus: *Si enim Lazaro mendico* (vt inquit Pater Ioannes à Carthagena in Mariali tom. 2. lib. 13. homil. 4. fol. 618.) *tantum felicitatis obtigit, vt morientis anima varios Angelos deportantes obtineret, quid minus (obsecro) immò quid non longè maius Matri Domini tributum esse dicemus? certè à Spiritibus Angelicis deducta fuit, non in sinū Abrahæ, sed ad Cœleste hospitium, ad locum Tribunalis supremi, ad Thronum excelsum Dei, & ad sinum Patris, in quo ipse Filius Vnigenitus manet.*

Num. 133 Sextum: *Quòd impressa fuit in sepulchro tota illius sacri & purissimi corporis figura.* Privilegij huius vnicū assertorē extitisse Isidorū Archiepiscopū Thessalonicensem credit Hyppolitus Marracius, qui in suo Mariali, oratione 4. de dormitione Deiparæ, ita asseveranter veritatem eius proponat, vt sermonem evidentissimum fuisse affirmet: *Ad hæc etiam fertur* (inquit Isidorus) *alius sermo, & ipse evidētissimus impressam esse in sepulchro totam figuram purissimi illius corporis, & quasi ex aliqua sculptura totum locum manifestissimè depictum esse, quātum & qualem divinum illud corpus ibi repositum occupaverat: Mihi videtur hoc factum esse, vt etiam hic participationem cum Salvatore purissima Virgo salvaret, & sicut Dominicum illud sepulchrum lintea sola servavit, ita Matris quoque Creatoris sepulchriū figurā solū impressam pro linteis gestaret: Ad hæc etiàm, vt Assumptionis, quæ dicitur & creditur, præclarum testimonium sempèr sepulchrum vidē-*

Anno Christi Domini 58.

tibus praberet, sicuti etiam & sacrarum lachrymarum summa laudãda Virginis hùc vsque impressiones cõservat (ò miraculum!) venerandus lapis, qui Salvatorẽ mortuum linteis involutum excepit, qui ex ipso tactu, & visu manifestã nobis ostẽdit lachrymarum imaginem. Marracius in notis ad hunc locum num. 18. pagina 244. cùm nihil aliud adhùc apud alios Authores inveniret, nihil quoque ex his ad eiusdem Isidori assertum confirmandum in medium proferre posse dicit, licèt probabilem iudicet sentẽtiam: *Probabilitatẽ tamẽ* (inquit) *huic rei afferunt, non solũ qua hic ingeniosè meditatur Isidorus, sed figura, atque imagines Sãctorũ, quas ipsi solo corporis tactu in lapidibus divinitùs impressas reliquerunt: Nam (vt de figura corporis Sancti Francisci Assisinatis apud Alverniæ montem in lapide adnotum eiusdem corporis impressa in præsentia sileam) Romæ in Ecclesia Sancta Praxedis, & in Ecclesia Sãcti Petri in carcere, imago eiusdem Sancti Petri solo eorumdem corporis à tactu in lapidibus formata conspiciuntur.*

Num. 134 (c *Curant*) De orationibus Apostolorum in narrandis Beatæ Virginis Mariæ laudibus in obitu & dormitione sua iam n. 106. fusius egimus, & singulariter de vno quoque laudationem ex Amadæo descriptam, & ab eis concinnatam in medium attulimus. Optimus earum testis adduci valet Dionysius Areopagita in suo de divinis nominibus libro, vbi cap. 3. ita de Conventu hoc Apostolorum ad trãsitum Virginis, & panegyricis concionibus post eius dormitionem loquitur, Timotheo Ephesiorum Episcopo scribens: *Nam & apud vos ipsos* (inquit) *divino spiritu plenos Pontifices nostros, cum & eos (vt nosti) & plerique ex sanctis Fratribus nostris ad cõtuendum corpus*

Anno Christi Domini 58.

illud, quod Authorẽ vitæ, Deumque ceperat, convenissemus (aderat autem & Frater Domini Iacobus, & Petrus supremum decus, & antiquissimum Theologorum columen) vbi, post contuitũ, placuit de infinitè potentem Divinæ virtutis bonitatem Pontifices laudarẽt omnes: quisque pro captu suo. Andreas Cretensis Hierosolymitanus Archiepiscopus oration. 2. de dormitione Deiparæ, præclarè hanc Hymnodicam decantationem in trãsitu Virginis, Apostolorum sactorum, & aliorum Sãctorum depingit, cùm dicit: *Iam ergo illa innumerabilis eorum, qui Deum honorant, classis frequens erat congregata, & vniversus supermũdanarũ potestatũ, qui intelligentia percipitur, pulchrè instructus cœtus, à nullo conspectus, desupèr aduolans, ad spectaculum confluebat admirabilé: Aderãt quoque Sãctorũ, quas Deus (vt arbitror) inspiraverat, animæ, choros ducentes circa lectum, quas liber Canticorum vocat adolescentulas ex mystica contemplatione: Oportebat enim cum Regina naturæ vnà adesse divinas eorum, qui vixerant, animas in exitu præcedentes, & eam deducere, & ea canere cãtica, quæ cani solent exeuntibus: Erat ergo in medio propositum illud tricubitale & luminosum corpus Deiparæ, quod Dei verbi totam capiebat plenitudinem: Quod quidèm, dum videbatur in lecto, vnguẽti sanctificationis suavi odore perfundebat totam creatam naturam: Quæ mens, & quanam lingua eorum, quæ illic fuère conspecta, rationes investigaverit? Hinc certè factum est, vt divinorum sapientum præcipui à Divino spiritu arrepti ex insigni lætitia Divini tunc oblectantis splendoris, id, quod supererat, illuminationis, in extasim traducentes illos Hymnos divinitus inspiratos, illam, inquã, quæ est in Hymnis tropolagiam, vt poterat, vnusquisque attinge-*

Anno Christi Domini 58.

geret, alius aliam excipiens; Erant autem ea, non qualia ipsi inducimur, vt mente agitemus, aut vt quis fortè descripserit, sed vt eos ad dicendum informabat spiritus, & audire iubebat: ita & ipse Hymnus, & quæ in Hymnis celebrabantur ab his, qui Hymnos dicebant, dicebantur & exaudiebãtur: quæ ab inferiore quidem, & nostra harmonia, & consonantia erant infinito intervallo seiuncta, parum autẽ, aut nihil aberant à sono Angelorum, qui in Cælis Festum celebrant, Hymnis autem, & quæ Hymno celebrabantur, etiam si nostram effugiãt comprehensionem (quantum tamen possumus assequi) vt rem vtcumque exprimant, sint eiusmodi: Hic est finis testamẽtorũ, quæ nobis fecit Deus; Hæc est declaratio occultorum, & profundorum Divinæ incomprehensibilitatis; Hic est scopus, qui excogitatus fuit ante sæcula; Hæc est summa Divinorum oraculorũ; De te resonarunt omnes spiritus Interpretes: Moysses primum cum vidisset rubũ te prædixit; De te Dei Pater David: Te Cãticorũ sanctus liber præscribẽs mysticè, præsignificavit; Te pravidẽs divino spiritu afflatus exclamavit Isaias: Ecce Virgo in vtero cõcipiet; De te magnus prædixit Ezechiel: Ecce Porta in Oriente; Te quoque prophetãs vir ille, desideriorũ magnũ vocavit Montem: Hæc Cretensis. Similia etiã docent Ioannes Damascenus oratione de dormitione Deiparæ: Simeon Metaphrastes oratione de vita, & dormitione Deiparæ: Sanctus Ildephonsus serm. 1. de Assumptione: Pater Christophorus à Castro in Historia Deiparæ c. 21. fol. 505. Pater Petrus Alloix lib. 1. Illustrium Orientalis Ecclesiæ Scriptorum, in vita Sancti Hierothei cap. 3. fol. mihi 607. vbi dicit: *Ibi vero, post virgineum corpus ex more sanctorum sepulturæ traditum, & post iusta ritè persoluta, cæpit omnis ille iustorum*

Anno Christi Domini 58.

Chorus, qui ibi aderat, partim in ipsius Virginis, quæ tàm purum atque intaminatum præbuerat Deo habitaculum, partim in Dei, qui exerto potentiæ suæ brachio tàm magna illi fecerat, laudes effundi.

Num. 135 (D *Concionavit*) Hanc laudatoriam, seu panegyricam orationem, quam Hierotheus (adstātibus Apostolis sacris Dionysio, & Timotheo Discipulis suis, & alijs religiosis viris) in funere Beatæ Virginis Dei Genitricis Mariæ habuit, maximè extollunt Menæa Græca; ita vnum sub die 4. Octobris: *Hierotheus ad sanctissimam Deiparæ sepulturam in sanctorum Apostolorū catu præcentor fuit, totus excedens, totus se deserens, & ab omnibus, à quibus audiebatur & videbatur, Deo correptus, & Divinus dilaudator habitus.* Circa eadem multæ aliæ inveniuntur clausulæ; sit prima: *Oratoria tua divina loquentia, fidelium Choros ò Beate Hierothee collustrasti! Et sacrum Apostolorum Collegium, ò pie lætificasti! Diviniore vsus extasi, & psallens pro virili tua gloriam, ò vir humanissime!* Alia: *Totus Deo consecratus es, ò Beate & Deo compte, sacrorū Doctor, & tuis Theologicis sermonibus ad eum omnimodis extra te raptus, & Divinus Hymnorū Scriptor, & sapiens Orator ijs, qui aderant prudentèr iudicatus!* Alia: *Apostolorum cætu contubernalis, ò Beate atque eximie Hierothee, vnà cum ipsis sanctissimæ Virginis Deiparæ, quæ vitæ datorem nobis corporaliter genuit, divinæ dormitioni adstitisti!* Alia: *Cum Verbi Mater ad Cælestes illas sedes transmigrasset, tu simul cum reliquis aderas Apostolis ò Hierothee, eam abeuntem Hymnis prosequens!* Meritò secundum locum in probatione huius veritatis (post Menologia & Menæa Græca) habere debet Dionysius Areopagita, qui tan-

quàm

Anno Christi Domini 58.

quàm oculatus testis, vel (vt proprius loquamur) auricularis de hac Magistri sui Hierothei in Virginis laudem oratione, ita proloquitur in cap. 3. libro de divinis nominibus: *Illic ergo* (inquit) *post contuitum, placuit, vt Pontifices omnes (pro viribus quisque suis) infinitè potentem bonitatem laudarent, Hierotheus autem alios omnes ibi Doctores sacros (vt nosti) post ipsos Theologos, hoc est, Apostolos, superavit, totus excedens, totus extra se positus, & eorum, quæ laudabat, communionem patiens: Quàm obrem ab omnibus, qui audiebant eum, sivè cognoscerent, occupatus Deo, Divinusquè laudator est habitus.* Tertium ex Præsulibus addamus testem Isidorũ Archiepiscopum Thessaloniceńsem in Mariali, oratione de dormitione Deiparæ, qui de Hierotheo præclaro in obitu Virginis Concionatore, Dionysium sequens, hæc ait: *Etenim regio, quæ inter Cœlum & terram extitit, sancto Conventu tota erat repleta, qui simul cum Domino ferente divinam illam animam ascenderet, & purissimæ Dei Verbi Matri sacros cantus, omnem sermonem, modulationemquè superantes, canebant: Hinc capaces eorum cantuum aures voluptatem capiebant, sanctificatione replebantur, nec ampliùs poterant otiosi esse Apostoli, sed suum quisque animum præparabat & excitabat, simulquè cum Angelis canere, & cantibus, quos audiebant, quantum fieri posset, congruentia connectere & modulari meditabantur. Idcircò admirabilis ille Hierotheus (vt Divi Dionysij verbis vtar, qui ea, quæ viderat, sine vlla mutatione testatur) totus à se ipso alienatus est propter eorum, quæ canebantur, communicationem, & ideò ab omnibus ijs, à quibus audiebatur, & videbatur, sivè cognoscebatur, sivè ignorabatur afflatus numine, & divinus vates existimabatur.* Pater Ioannes Bo-

ni-

Anno Christi Domini 58.

nifacius è Societate Iesu in Historia Virginali libro 2. cap. 13. optimè loquutus videtur de hoc Hierothei ad Virginis exequias hymnodico concentu: *Cum Apostolis* (inquit) *Hierotheus, cùque Timotheo primo Ephesiorum Episcopo, & cum divino illo Areopagita Dionysio Mariæ Virginis exequias celebravit, Hymnosquè pãxit admirandos, quales nemo fudit sociorum (Apostolos sempèr excipio, quos omnium plenissimè Sanctus afflavit Spiritus) ac, prater cæteros, Dei Numē implevit. Apostolis ergò supremis Theologis quicumque inferiores essent, Hierotheo divinitate carminum concedebant, quòd virginale funus Cælesti esset musa prosecutus, incitabatur divina quadam vi, trahebatur, & alienabatur à sensibus, sequè ipse vincens, omnium & animos, & aures rapiebat, ut meritò divinorum patiens haberetur.* Haud sileamus alium ex eadem Societate virum Doctum Patrem Petrum Alloix; qui libro 1. Illustrium Orientalis Ecclesiæ Scriptorũ, in vita Sancti Hierothei cap. 3. fol. mihi 607. sequentia literarum de hoc Sancto, monumentis consignavit: *Cùm igitur* (inquit) *tridui spatio pij Hymni in tãtæ Matris honorem à toto illo Sãctissimorum virorum consessu, ut cuiusque pietas & vires animi ferebant, certatim concinnerentur: Vnus inter illos Hierotheus, secundũ Apostolos, sed proximè Apostolis, insignem decãtatorum à se Hymnorum gloriam retulit: Ita etiam (Iudice quidem, & oculato simul, auritoquè teste magno Dionysio) ita, inquam, excellebat, ita rapiebatur à sensibus, ita mẽte excedebat, ita divinis eloquijs, agitãre intus spiritu, ebulliebat, ut, cunctis audientibus seu notis seu ignotis, prorsus sacro Numine correptus, ac planè divinus laudator iudicaretur.* Novissimè D. Ioannes Tamaius Salazar in suo Martyrologio

Anno Christi Domini 58.

Hispano tom. 5. die 4. mensis Octobris fol. 401. his nobis notam verbis Hierothei laudationem facit: *Eo itaquè tempore evenit* (inquit Tamaius) *quòd Beata Virgo Maria Dei Genitrix ad vltimum vitæ terminum pervenisset, cuius dormitioni, Dei ministerio, omnes Apostoli adhùc superstites, & alij Præsules Hierosolymam convenientes, tãtæ Matris funeri interfuère, inter quos Hierotheus Atheniensis Episcopus, eiusquè Discipulus Dionysius: Et cùm Petro & Iacobo Fratri Domini placuisset, vt Pontifices omnes, qui aderant (pro viribus quisque suis) infinitè potentem Dei bonitatem laudarent, post omnes Doctores sacros, sic Hierotheus disseruit, quòd omnes illos (exceptis Apostolis) superaret, totus excedens, totus extra se positus, & eorum, quæ laudabat, communionem patiens: Quàm obrem ab omnibus, qui eum audierunt, occupatus à Deo, Divinusque laudator est iudicatus.* Ex adductis igitur, quanta esset Divini Hierothei in funere Virginis sacræ dilaudatio, colligitur; & iam numero 127. aliqua circa orationem nostri Hierothei adnotavimus.

Num. 136 (E *Moris erat*) In sepeliendis defunctorum corporibus, varij apud omnes Nationes mores sunt introducti & observati, quos recẽsère laboriosum foret sanè & prolixum. A tempore Sacrorũ Apostolorum ritum exequiarum illorum, qui priscis illis tẽporibus sanctè dormiebant, describit Sanctus Dionysius Areopagita cap. 7. de Ecclesiastica Hierarchia, & in primis, quoad sepulchrorũ loca, diversa fuisse affirmat; quædã viris sacris alia laicis deputata. Ritus, cuius erat hæc formula, convocato sacro Choro, Divinus Antistes eum, qui excessit è vita, (si erat ex sacris ordinibus) ante Sãctum Altare deponebat, precesque

ad

Anno Christi Domini 58.

ad Deum, & gratiarum actionem ordiebatur; sin è pijs Monachis, aut sancto populo cum apud venerandum sacratium deponebat ante ingressum Chori sacri; deindè precationē actionis gratiarum ad Deum fundebat; posteà Diaconi primò quidèm è divinis literis veraces de sancta nostra resurrectione promissiones recitabant, tùm eiusdem argumenti, & virtutis Psalmos piè concinnebant, quibus peractis, primus Diaconorum dimittebat Cathecumenos, & Sanctos, qui iàm dormierunt, prædicabat, ac simili laude, modo, vita functum dignabatur, atquè omnes vti beatam in Christo consummationem exposcant, cohortabatur. Post hæc accedens Divinus Pontifex super eo sanctissimas precationes spargebat: quibus finitis, eum salutabat ipse, & post ipsum cuncti, qui aderant, deindè oleū mortuo infundebat, &, adhibita pro omnibus precatione, corpus honesto in loco vnà cum alijs eiusdem ordinis sanctis corporibus deponebat. Apud Hebræos hoc officium in veteri lege sumpsit initium, cū, mortuo Iacobo, Ioseph & alij Fratres sui cum multis Ægyptijs in Ebron eum attulerunt, flentes illum 40. diebus in Ægypto, & posteà in area Achab 7. diebus (vt Genes. cap. 50. legitur) Mortuo etiā Moyse, populus Israel 30. diebus flevit illum (vt Deuteronomij cap. vltimo) & similitèr fecerunt cum Aarō, & Maria. De fletu hoc etiam Salomō reminiscitur, cùm præfigat pro filio sapiēte mortuo septennarium luctum, & pro stulto filio sempiternum, quia in æternum moritur. Ita in Ecclesiastico cap. 22. vers. 13. ibi: *Luctus mortui septē diebus, fatui autèm & impij, omnes dies vitæ illorum.* Corpora lavabantur, & vngebantur vnguētis optimis, & odoriferis, & novis tunicis, seu syndonibus mundis involuebantur, & ligabātur,

& si haud in monumentis Patruum suorum, saltim in alijs novis humabatur. De prędicta lotione solum vsus, & consuetudo testantur; nam nec in veteri testamento, nec in novo pręceptum aliquod, seu iussio istius invenitur, vt Levitici cap. 10. vers. 5. vbi agens sacra pagina de morte Nadab, & Abiu filiorum Aaron, sine hac lotione, imò vestitos, vt iacebant, extra castra asportare iussit Moyses, dicens Missaëli, & Elisaphan filijs Oziel patrui Aaron: *Ite, & tollite fratres vestros de conspectu Sanctuarij, & asportate extra castra. Confestimquè pergentes tulerunt eos, sicut iacebant, vestitos lineis tunicis, & eiecerũt foras, vt sibi fuerat imperatum.* Et Actorum Apostolorum cap. 5. tractans Divus Lucas de subita Ananiæ morte, vers. 6. ait: *Surgentes autèm iuvenes amoverunt eum, & efferentes sepelierunt.* Vndè Divus Augistinus in libro de cura pro mortuis agẽda, de hac lotione non curandũ dicit, cũ corpori humano, quod post mortẽ impenditur, nõ est salutis præsidium, sed humanitatis officium. Sèd scimus hoc minimè fuisse denegatum Christo Domino, imò à Ioseph ab Arimathia, & Nicodemo humanissimè impensum; ita testatur Divus Ioannes Evangelista oculatus testis cap. 19. sui Evangelij, vers. 40. ibi: *Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligaverunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire.* Cui accedunt Matthæus c. 28. Lucas cap. 22. & Marcus cap. 14. qui de syndone munda, & sepulchro novo sigillatim deponunt. Hunc etiam observasse modum sanctas illas mulieres, quæ obsequiosæ dormitioni Beatæ Virginis Dei Genitricis Mariæ adstabant, vt sacrum & virgineum eius corpus sepulturæ dari posset, credendum est; cùm non dissimilis ab illo, qui in humando sacratissimi Filij sui corpore observa-

 tus

Anno Christi Domini 58.

tus dicitur, videatur. Sic evenisse affirmat (vt res ipsa hoc idem postulabat) Simeon Metaphrastes oratione de vita, & dormitione Deiparæ. *Cùm autèm* (inquit) *in Orbem sanctum Virginis corpus circundedissent, Apostolorũ Chorus, & quidquid erat electum ex viris, & mulieribus, & Hymnis honorabant, qui illud deducebant, & omnia mẽbra reverentèr quidèm, & amantèr amplectebantur, non solùm suum ostendentes desiderium, sed vel ex tactu credentes percipere vtilitatem; fidem autèm consequuta quoque est operum demonstratio, cæcis oculi illuminabantur; surdis autèm aures aperiebantur; claudis bases pedum confirmabantur; & quodlibet morborum, & ægritudinum genus facile dissolvebatur. Cur non dico quæ sunt perfectiora? Aër quidèm, & Cælum ascensu Spiritus sanctificabatur; terra autèm similiter depositione sacri corporis. Caterùm nec aquæ quidẽ natura erat expers benedictionis, sed ipsa quoque lavacro purissimi corporis fuit particeps sanctificationis. Neque enim illud habebat opus purgationibus: quis enim hoc diceret, nisi emotæ mentis? Sed suo contactu potiùs sanctificabat id, quod attingebatur. Deinde quid? Mundis syndonibus mũdum corpus involutum rursus in lecto ponitur, deinde cum lucernis, & vnguentis intelligentibus quidèm, desuper laudantibus virtutibus, Apostolis autem, & Divinis Patribus Deo digna cantica canentibus, exportatur.* Hoc explesse humanitatis officium in Virgini sacræ debitum famulatum honestas illas mulieres, quarum ita memorẽ fuisse Deiparam, vt suas duas tunicas condonaret, tanquàm certum, & indubitabile supponit Isidorus Archiepiscopus Thessalonicensis in oratione de dormitione Mariæ in Mariali, cùm ita in transitu, & decessu tantæ Matris suaviloquia absen-

Anno Christi Domini 58.

tiam deplorantes, verbis depingit: *Duas, quæ ipsi erant, vestes* (inquit) *vtrique viduæ dat; nullum quippè thesaurum possidebat Virgo, nisi supremarum virtutum opes, & siquid necessitas exigebat. His auditis, honestæ mulieres magno planctu ingemuerunt, intima dederunt & amara suspiria, lachrymarum rivulos miserunt ex oculis, nec ferre poterant cordis avulsionem. Quo verò migratura es* (aiebat) *ò Domina? Vbi novum tibi domicilium elegisti? Quem tibi congruentem parasti locum? Quæ prati amænitas deliciosissimis floribus abundans excipiet tuam honorabilem pulchritudinem? Quis omninò locus fulgentissimo, splendidissimoque tuo corpori sit aptus? Quomodo tellus, & mare, & quæ terram ambit Vniversi pars discessum tuum non deflet? Quomodo inconcussa elementa stant dissolutionem videntia magni elementi, quo illa maximè continentur? An certè migrationem tuam gaudium sibi allaturam sperant, sibiquè post solutionem quoque tuam afferre, quæ contineantur, moderatricem providentiam expectant? A te enim nihil vnquam profectum est, quod adversitatem attulerit, aut mœrorem, aut casum, aut dolorem, siquidèm de præteritis satisfidendum est de futuris. At illa quidem etiam his de causis gaudent: Nobis verò quantum* (*heu !*) *imminet malum, quanta calamitas? O acerbam disiunctionem? O luctus ac doloris spectaculum? Quis in posterum nobis solatio erit? Quis malorũ sublevator? Imò verò quis Magister, & salutis auctor animam illustrans, cogitationes purgans, mentem illuminans, quæ nobis Domina præstabas?* Post has cordis sui dolorosas declamationes, ad eas Virginem sacram ita fantem Isidorus idẽ proponit. *Vobis quidem, amicæ, dolorẽ offert mea migratio, quod ex vehe-*

Anno ChristiDomini 58. *menti vestro amore in me oriri sat scio, sed si discessio mea disiunctio tantum esset, & ipsa ego nõ mediocriter dolerem abscedens & relinquens, quas unicè amabam, quarum studio delectabar, quarum in melius Ascensionem meam putabam. At quia Dominus, qui omnes res meas evexit ad miraculi altitudinem, postremum hoc etiàm probè scio adijciet superioribus, respondẽs: Pro certo habetote me à vobis non recessuram amica, imò vos uberem voluptatis fructum percepturas. Itaque, omisso luctu, & nimio plãctu, communi voce laudemus Potentem, tùm ob alia multa, tùm ob patrata in me Magnalia quovis vocalissimi aris sonitu clarius denotata.* Id, quod de lotione corporis sacri Beatæ Virginis loquutus est Simeon Metaphrastes, amplectitur sanctus Ioannes Damascenus in oratione de dormitione Deiparæ, quos allegat Pater Christophorus à Castro in Historia Deiparæ cap. 21. num. 3. verbo *Amplectebantur*, fol. 509 hi, & Divus Ildephonsus serm. 1. de Assumptione, & Nicephorus Callixtus lib. 2. Historiæ Ecclesiasticæ cap. 22. etiam de miraculis ibi patratis, Hymnodia decãtatione sacrorum Apostolorum & aliorum Pontificum, & de cultu ac veneratione illis sacratissimis membris Deiparæ Virginis ab omnibus adstantibus eius discessui exhibitis, laté agunt & dicunt.

Num.137 (F *Revertuntur*) Ab hoc anno (scilicet 58.) usque ad 65. Athenis Hierotheum cum Dionysio cõmoratsse creditur, quo (relicto Dionysio Athenarum iam Episcopo) Hispaniam adit, & obvius factus Magistro suo Divo Paulo Provincias Hispaniæ multas in prædicatione Evangelij ambo commearunt, ad Christi fidem multos adducendo & instruendo, quo beneficio etiãm hanc Secoviensem Civitatem, eiusquè Diœcesim ab Hie-

Anno Christi Domini 58.

rotheo fuisse decoratam, & munitam proculdubio à multis creditur & tenetur, vt suis in annis posteà fusius demonstrabimus. Hunc etiam reditum Dionysij, & Hierothei ad Atheniensem civitatem, post Deiparæ sacræ obitum, scribit D. Ioannes Tamaius Salazar in vita sancti Hierothei tom. 5. Martyrologij Hispani die 4. mēsis Octobris fol. 401. ibi; *Conventu denique Apostolico soluto, sanctus Pontifex* (loquitur de sancto Hierotheo) *particula velaminis Virginei, quo Filio suo Vnigenito in Passionis angustia lachrymas absterserat, ditatus, Athenas cum Discipulo repedavit.* Sed in eo, quod de velamine affirmat, perperàm credit; cùm tempore in hoc, thesauro prædicto non fuit ditatus, sed multò antè, nàm ad annum Christi Domini nati 55. (quarto ante transitū Beatæ Virginis) iam eo potiebatur, condonans Beato Cecilio Episcopo Iliputitano dimidiā illius partem, vt ad dictum annum 55. notavimus.

Num. 138 (G *Creditur*) Quoto ætatis anno Virgo sancta Dei Genitrix Maria obijsset cōtrovertitur à multis: Eorum sententias in vnum congessit Ferreolus Locrius libro 6. Mariæ Augustæ capitulo 10. folio mihi 644. Quidam contendunt vltimum clausisse diem, annos quadraginta novem, menses quinque, dies vnum & viginti natam, quam opinionem sequitur Petrus à Natalibus Episcopus Equilinus libro 1. Cathalogi Sanctorum cap. 65. *In visione* (inquit Episcopus Equilinus) *prædicta Elizabeth asseritur, quòd Virgo Maria post Christi Ascensionem anno integro supervixit, & tot diebus vltra annum, quot sunt ab Ascensione Christi vsque ad Assumptionem Virginis, & hoc verius indicatur ex eo, quòd dicit Dionysius omnes Apostolos dormitioni Virginis interfuisse, quod esse non potuisset, si ipsa post Ascen-*

Anno Christi Domini 58.

sionem vlterius vixisset, cùm Iacobus Apostolus filius Zebedæi passus fuerit ad literam biennio post Domini Passionem. Hactenus ille. Anselmus ad annum 51. obitum Beatæ Virginis mittit, cùm ad Galatas caput primum exponens in illa verba: *Alium Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum Fratrem Domini.* Affirmat iàm tùnc assumptam fuisse Beatam Virginem, siquidem tùnc Hierosolymis non erat Ioannes: Erat autem ille annus tertius à Pauli conversione, cùm dicat ipse ibidem: *Deinde post annos tres, veni Hierosolymam videre Petrum:* Eratquè hic annus 37. Christi, & ab eius morte quartus, & Virginis 51. Vndè aliam eiusdem Divi Anselmi opinionem deductam ex opusculo illo ad finem operũ suorum adfixo, ex quo colligitur Beatã Virginẽ 82. annos vixisse, rectè refellunt alij, præcipuè Ferreolus Locrius Mariæ Augustæ lib. 6. cap. 10. fol. 649. & Pater Christophorus à Castro in Historia Deiparæ cap. 20. num. 19. verbo *Septuagesimum*, fol. 497. autumant errorem calami fuisse, & cum 72. adscribere vellent, 82. consignarunt. In quodam sermone Græco de Deipara Hyppolitus Thebanus apud Epiphanium Presbyterum, ad annum 57. Virginis vitam prorogat, ita calculationem faciẽs: *Post Ascensum Domini vixit Deipara* (inquit) *novem annos, tertio anno oblata est in Templo, in quo annis vndecim, & sex mensibus fuit, sex itèm mẽsibus in domo Ioseph, decimoquinto anno peperit, annis triginta tribus vixit cum Filio, qui sunt omnes quadraginta octo; post Ascensum Domini annos vndecim, vixit annis novem, qui omnes 57 sunt.* Evodius apud Nicephorum lib. 2. Historiæ Ecclesiasticæ cap. 3. ad annum. 59. transitum Virginis differt, dans Virgini Beatæ post Domini Ascẽsum annos vndecim, hac ratione, nàm

tri-

trimula cùm esset, in Tẽplo est præsentata, & ibi in sanctis Sanctorum traduxit annos vndecim; deinde verò Sacerdotum manibus Iosepho ad custodiendum est tradita, apud quem, cùm menses peregisset quatuor, ab Angelo Gabriele lætũ illud accepit Nũcium; peperit autem mundi ipsius Lucem annos agens quindecim, vigesimo quinto die mensis Decembris: Deinceps annos peregit triginta tres, quos etiam Filius eius in terris exegit: Post Crucis autem supplicium in domo Ioãnis annos implevit vndecim, vndè ætatis eius collecti sunt quinquaginta novem anni. Nicephorus Callixtus lib. 2. Historiæ Ecclesiasticæ cap. 21. sacram Deiparam anno 60. suæ ætatis efflasse animam dicit: *Nàm eo tempore* (inquit) *cùm Claudius quintum imperaret annum, & immaculatam Dei Verbi Matrem mortem obire oporteret, vndè sexagesimum illa agens annum, Nuncium à Filio per Angelum de migratione & adventu à se eius ita vt anteà, quum ipse ad eam venturus fuerat, accepit.* Eusebius in Chronico, anno Christi 48. Olympiad. 206. anno 2. ad annũ 62. terminationẽ vitæ Deiparentis præmittit; sic ait: *Maria Virgo Dei Mater ad Filium in Cœlũ assumitur, vt quidã sibi fuisse revelatum scribũt: Sic obijt 14. anno post Christi Ascensum, & vita Virginis 62.* Reliqui (quorum maior Authorum est pars) anno 72. ætatis suæ Deiparam Virginem Mariam vitam finijsse describunt, ad id credendum multa suadent: *Primum*, quod Andreas Cretensis, & Simeon Metaphrastes; iste in oratione de vita, & dormitione Deiparę; ille, oratione 2. de dormitione Deiparæ, Beatam Virginem vsque ad multam senectutem devenisse dicunt, quorum sententię magis adhærent illi, qui 72. vixisse affirmant, quàm qui in minore ætate emortuam credunt:

Anno Christi Domini 58.

dunt: *Secundum*, quia iuxta Dionysij Areopagitę sententiam, qui ad Timotheum Ephesinum Episcopum scribens, & librum ab eo compositum de divinis nominibus mittens, in cap. 3. de vtriusque cum alijs in transitu Virginis conventu testatur, Verùm hoc re vera, vt fit, Mariam vitam diutius propagasse stabilire convenit, siquidem, confirmãte in Annalibus Baronio, Dionysius non ante annum à Christi Passione, vndè vigesimum, fidei lumen, Apostolo Paulo Athenis prędicante, recepit. Et si Canisio lib. 5. cap. 6. & Ferreolo Locrio, Mariæ Augustæ lib. 6. cap. 10. & alijs (qui Dionysium Virgini adhuc viventi affuisse vidisse, & ob eximiam vultus pulchritudinem stupuisse dicunt) credimus; Ratio maximè suadet & peruincit plures illi annos dare, & cùm ergò pro comperto habeamus Dionysiũ cũ Apostolis adfuisse obitui Virginis, & id non potuerit contingere antequàm converteretur à Paulo, sequitur, illas opiniones, quæ ab anno 48. vsque ad 62. præfigũt Virginis Beatæ dormitionẽ, nõ posse vlla ratione subsistere nec defendi; sicquè benè sentiẽdo Pater Christophorus à Castro in Historia Deiparæ cap. 20. n. 19. fol. 599. inquit: *Quòd si quinto, aut sexto anno postquàm conversus est Dionysius & à Hierotheo instructus, & à Paulo Episcopus Athenis ordinatus, ut dicamus Neophytum adfuisse, Hierosolymam ascendit, & vidit Deiparam emigrãtem, sic ergo si 72. annos viginti tribuimus, obijt anno 58. Christi, & tertia Neronis, & vigesimo quarto à trigesimo quarto, quo crucifixus est Christus, & ascendit in Cœlũ, & cùm Virgo obierit 15. die Augusti, non potuit adesse eius migrationi Paulus; obijt ergo Deipara Virgo 72. anno penè confecto, quia deerant dies 23. qui medij sunt à die Augusti 15. vsque ad octavum Septembris,*

Anno Christi Domini 58.

quo nata est, vt integri 72. anni complerentur. Huius sententiæ asseclæ inveniuntur multi; ex quibus tantùm adducimus Epiphanium Presbyterum Constantinopolitanum in vita Virginis, Cedrenum in compendio Historiarum, Glycam 3. parte Annalium, Authorem opusculi de forma & moribus Beatæ Mariæ apud Anselmum Ferreolum Locrium Mariæ Augustæ lib. 6. cap. 10. Patrem Petrũ Canisium Societatis Iesu lib. 5. de Beata Maria cap. 1. Patrem Franciscum Suarium in 3. partem Divi Thomæ q. 37. disput. 21. art. 4. sectione 1. Cæsarem Baronium tom. 1. Annalium ad annum Christi 48. Patrem Franciscum Bilches libro Sanctorum Giennensis, & Beacensis Diœcesum cap. 10. fol. 24. & præter citatum superius locum, Pater Christophorus à Castro in Historia Deiparæ in fine operis in Mariæ Chronologia ad annũ 72. Beatæ Virginis, & 58. à Nativitate Filij sui, ibi: *Maria Virgo Deipara decessit die 15. mensis Augusti, anno 72. ætatis complendo, die 8. Septembris mox sequentis.*

Anno Christi Domini 60.

HIEROTHEVS ROGATVS A suis, vt Cœlestis Doctrinæ suæ posteris aliquod vestigiũ relinqueret, & qui voce eum audiebant, posteà scriptis suis plenius informarentur, & ad Dei laudem, eiusque nomẽ magnificandum aliquibus instrueretur formulis, composuit librum de Elementis Theologicis; A *& aliũ de Hymnis amatorijs;* B *aliaque volumina in Catholicæ Fidei, & Christianæ Religionis beneficium edidit; quæ temporum longa intercapedine desunt: Sed quæ fuère, tanquã sacra Scriptura æstimabantur;* C *non defuit, qui existimavit Antiphonam*: Salve Regina Mater miseri-

Anno Christi Domini 60. Num. 139

cordiæ; *à Divo Hierotheo fuisse compositam.* D

(A THeologicis) Egit Divinus Hierotheus in suis Elemẽtis Theologicis de bono, de lumine, de pulchro, de amore, de extasi, & de Cœlo, & de alijs quamplurimis sacræ Theologiæ principijs, sed de Divinitate IesuChristi Domini nostri, & de Incarnatione Verbi Dei, plusquã humanitus, imò divinitùs est locutus, ita vt eius intelligentia humanæ mentis metas excedat; audiatur, quid de Christi Divinitate dicat iuxta textum Dionysij Areopagitę c. 2. de divinis nominibus, & versionẽ Marsilij Ficini (quæ vt novior magis secuta, & vt clarior plùs recepta existit, quàm illa Ioannis Exingenæ Scoti, quã Divus Thomas cõmentatus est) & Ambrosij Camaldulensis, Ioachimi Perioni, & Petri Sanselij: *Iesu Divinitas* (inquit) *quæ omnium causa est, & implet omnia, ac partes consonas vniuersitati conservat, neque pars, neque totum est, vtpotè quæ partem omnem, & omne totum in se ipsa comprehenderit, & eminentèr habeat, atque præhabeat, perfecta quidem in rebus imperfectis, vtpotè perfectionis Princeps; in rebus verò perfectis minimè perfecta, quippè cùm perfectionem excellẽtia, origineque præcedat. Propterea in rebus carentibus specie, species est specifica tanquàm principium speciei; in speciebus autèm specie carens, & speciem superans. Quin etiam essentia totis procùl à contagione essentijs insidens, atque super essentiam extans, ab omni essentia penitus absoluta vniversa principia, ordinesquè distermināš, & super omne principium, ordinemquè locata. Mensura entium est, & ævum, atque super ævum, plena quidèm in rebus egenis, in plenis autèm exuberans, ineffabilis, & non pronuntiabilis;*

Hierotheus de Divinitate Christi.

su-

Anno Christi Domini 60.

super intellectū, super vitam, super essentiam super naturale munus supernaturaliter habet, super essentiale super essentiali etiam ratione. Quam paucis verbis Divinitatem Domini (quantum comprehendi valet) Hierotheus describit, quot verba, tot tela, quibus Hæretici Arrij machina demolitur; sicut laconismo etiam permagno Theologię sacrę vtiliora principia deprompsit, & de Divinitate Christi loquentia fundamētis solidioribus edocet, modo adhuc inaudito, ita sensit Discipulus suus Dionysius de his Theologicis Elementis loquens lib. de divinis nominibus cap. 2. cùm dixit: *Praeceptor noster* (loquitur Timotheo Ephesiorum Episcopo de suo Magistro Hierotheo) *in Theologicis Elemētis supra natura modū mirabilitèr celebravit, quæ ipse vel à Theologis Sāctis (hoc est, Apostolis) accepit, vel artifitiosa sacrarum literarum indagatione perspexit, frequenti circa illas exercitatione, studioquè diurno; vel etiam divintore quadam inspiratione percepit, non soliùm discens divina, sed patiens, atque ex quadam ad illa compassione (si modo ita loqui licèt) ad indocibilem, secretamque eorum unionem, ac fidem denique cōsummatus.* Verba illa *Iesu Divinitas, &c.* Ipsius Hierotheifuisse testatur Divus Thomas lectione 5. in commentarijs ad prædictum caput 2. de divinis nominibus; in quo primùm Dionysius ponit ea, quæ pertinent ad laudem Deitatis Christi; secundò ea, quæ respiciunt ad laudē Incarnationis ipsius, quam haud minus cōcisse, & perdoctè explanavit, & multa admiratione digna, & ad vtilitatem salutis nostræ permaximè necessaria protulit: *Quamobrem* (inquit) *quando vsque ad naturam ob summam benignitatem venit, verè substantiam nostræ carnis accepit, summusque ille Deus homo est appellatus (propitia verò sint, quæ*

Hierotheus de Incarnatione Verbi Dei.

Anno Christi Domini 60.

in præsentia intellectum, sermonemque superantia laudantur à nobis) tunc quoque in his supernaturale, & super essentiale munus emicuit, non solùm quia incommutabiliter & inconfusè nobis cõmunicavit, nihil in exuberante sua plenitudine ab ineffabili exinanitione perpessus, sed etiàm quia (quod novitatum omnium est maximè novum) in naturalibus nostris supernaturalis erat, in his, quæ nostra sunt essentia super essentiam, omnia nostra ex nobis, & super nos continens excellenter. Satis hic Hierotheus Divinus iniquos veritatis hostes Valentinum, Nestorium, & Eutychem cum sequacibus suis docuit; qui insanè veritatem nostræ carnis in Christo Domino negarũt, vnionẽque hypostaticam duarum naturarum divinę, & humanæ supposito etiam haud crediderunt. Hic magnus Doctor & Theologiæ sacræ Primas humana noscẽs, & divina callẽs, Incarnationis huius formam illis demõstrat, cæcitatisquè suę nubeculas, & squamas removet. Verecundentur humanitatis Christi inimici, & ne deinceps insani audacia in prædictum errorem labantur, sed potiùs pęnitentia docti, cum Hierotheo nostro fateãtur illam verã, & hypostaticam vnionẽ duarum esse naturarũ divinæ & humanæ in supposito vno, & persona vna, nempe Christo Domino, qui ex visceribus Virginis, ministrante Spiritu Sancto, carnem sumens, recepit humanitatẽ, non relinquens Divinitatem, imò iungens Divinitati, vt sancta tenet, & confitetur Ecclesia Spiritu Sancto gubernata & edocta. De charitate, & motione mẽtis ad Divina, quamdam etiàm sententiam firmavit Hierotheus, quam vt suam fatens Dionysius Areopagita eius Discipulus, in lib. de Ecclesiastica Hierarchia cap. 2. incipiens his verbis. *Vt enim inclytus noster Præceptor dixit:* prosequitur deinde

Hierotheus de charitate, & motione mentis ad Divina.

hoc

hoc modo: *Prima quidem mentis ad divina motio est charitas Dei, sancta autē charitatis ad divinorum mandatorum observationē, prima omnino progressio est illa ineffabilis, vt nos divinè simus operatio.*

(B *Amatorijs*) Hymnus est canticum, seu carmen in Dei, Divorumquè laudes introductus: quàm perantiquus in Ecclesia Catholica sit eius vsus, Paulus Apostolus testatur, cùm scribens ad Ephesios c. 5. vers. 18. dicat: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini Spiritu Sācto, loquentes vobis metipsis in Psalmis, & Hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino, gratias agentes semper pro omnibus in nomine Domini nostri Iesu Christi Deo, & Patri.* De his Hymnis Christianis memoratur Philo Iudæus in libro de vita contemplativa, qui inter alia scribit: *Non solum contemplantur, sed etiam cantica, Hymnosque in Dei laudem componunt, vario metrorum, carminumque genere, quæ rhythmis gravioribus necessariò effingunt.* A primævo Ecclesiæ sanctæ statu hi Hymni à sanctis Patribus cęperunt effici & decantari. Ex Græcis Hymnographi inveniuntur celebres, Synesius Ptolemaidis Episcopus; Sāctus Cyrillus Alexandrinus; Sanctus Ioannes Damascenus; Theophanus; & Cosmas Hierosolymitanus. Ex Latinis, Sāctus Hillarius; Ambrosius; Damasus; Prudentius; Venantius Fortunatus; Drepanius Florus, & alij. Sed porrò nullius tā ex Gręcis, quàm ex Latinis, priscis illis temporibus, antiquioris Hymnographi mentio fit nominatim, quàm sancti Hierothei. Posteà revera Hymnos illos à Divo Thoma Angelico Doctore in officio Corporis Christi compositos metro, intelligentia, doctrina, suavitate, Mysterijs & spiritus pleni-

Anno Christi Domini 60.

nitudine plenos, omnes alios excedere, concedere fas est, ita volente Domino, vt in tanti venerandi Sacramenti festivitate, & officio, omnia in eis cõtenta suavitatem redolerent, & sanctitatẽ effunderent. Fragmentis aliquibus dictorum Hymnorum fruimur in operibus sancti Dionysij Areogagitæ, ex eoquè Magistri sui Hierothei fuisse constat; sic etiàm ab Authoribus, & Scriptoribus pro certo habetur. Ait Dionysius in cap. 4. de divinis nominibus, ex doctrina Hierothei. *Amorem sive Divinum, sive Angelicum, sive intellectualem, sive animalem, sive naturalem dixerimus, vim quamdam coniungentem, ac commiscentem intelligere debemus; quæ superiora quidem ad inferiorum providentia, paria verò ad mutuam inter se se communionem, inferiora deniquè, & subiecta ad sui versus præstantiora, atque altiora conversionem permoveat.* Dionysius, post aliqua de divino amore à se disputata, prædicta Præceptoris sui verba, quasi validissimum firmamentum adijcit, sic dicens: *Hæc etiàm inclytus noster sacrorum Præses in Hymnis amatorijs diviné exposuit. Quorum meminisse, ac vel vt sacrum quoddam caput nostro de amore sermoni apponere, haud alienum à proposito fuerit.* Prosequitur Dionysius Præceptoris sui verba de divisione, & parturitione amoris, in prædictis suis amatorijs Hymnis, ita dicentia. *Postquàm multos ex vno manantes amores ordinavimus, ac deinceps diximus quales sint mundanorũ & supramundanorũ amorum cognitiones, atque virtutes, ex quibus iuxta assignatũ sermonis scopũ, excellũt intellectualiũ, atquè intelligibiliũ amorũ ordines, atq; distinctiones, secũdùm quos, & illi per se intelligibiles ac divini verè pulchrorũ illic amorũ supereminẽt, & à nobis propiè laudati sunt. Nunc rursus resumentes cunctos*

Hierotheus de amatorijs Hymnis. De amore.

Hierotheus de diuisione, & parturitione amoris.

ctos in vnum, & contractum amorem, atquè istorum omnium patrem colligamus simul atquè congregemus à multis; primò quidem in duas illum amatorias virtutes universim contrahēdo, quibus praecellit, & omnino praedominatur illa invicta omnis amoris ex eo, qui super omnia est, emanantis causa, & ad quam universus amor, qui è rebus cunctis exoritur, secundùm cuiusque naturam se extendit. Descendit deindè Dionysius, vt agat de supremo, & primo amore, qui incipit à summo bono, qui est Deus, vsque ad infimam creatam rē, intendens probare ex sententia sui Magistri Hierothei, nullam esse ita paruam rem, ad quam supremus ille amor Deum non moveat, & tãquàm amatorium circulum à re infima omnium vsque ad summum bonum, Deum, ordine regrediatur, vt non secus infimae res per amorem tendant ad Deum, quàm Deus ad illas: haec ad hoc probandū verba Magistri profert. *Age verò, & ipsas rursum amatorias virtutes in vnum colligētes, dicamus vnam quamdam simplicem esse virtutem, per se se moventem ad copulativam quandam commistionem, res omnes inter se se à primo bono vsquè ad extremum existentium; & ad hoc rursus ex ordine per omnia ad bonum ex ipsa, & per sé ipsam, & in se ipsa reflectentem sé ipsam, & semper eodem modo revolutam.* Divum Dionysium in scriptis suis de his amatorijs Hymnis Hierothei Magistri sui multa decerpisse, ipse non erubet, imò gloriatur confiteri; ita in praedicto cap. 4. de divinis nominibus (& apud Divum Thomam in eius commentatijs lect. 12. cuius titulus, *verba sancti Hierothei*) dicit: *Hac & nobilis noster sanctitatis Perfector à Deo motus recitavit in amatorijs Hymnis, quos non inconveniens est memorare, & sicut sanctum quoddam caput imponere sermoni de amore.*

San-

Anno Christi Domini 60.

Sanctus Maximus in Scholijs ad hunc locũ verbo *amorem* attentos nos vult, vt discamus, quid Hierotheus ibi docère nos cupit: *Disce* (inquit) *quomodo magnus Hierotheus optimè de laudãdo amore disserat; primò quidem dicens ipsum Divinum, quandoquidèm Deus sit eximiè, ac sine causa primus Author amoris cœlestis, si enim amor est charitas, sicut anteà dictum & scriptum est; Deũ charitatem esse, manifestum est, Deum esse omnium amorem, seu charitatem vnum efficientem. Illinc igitur per transgressionẽ progreditur ad Angelos, vnde ipsum quoque Angelicum dicit, vbi maximè Divinum vnitatis amorem aliquis repertat; nihil enim disonum, aut seditiosum apud ipsos. Deinde post Angelos, & intelligentem, aut amorem, id est, in verbis divina sapientibus, qui sunt Ecclesia, de quibus Paulus dicit: Vt idem dicatur; & cætera, ac Dominus, vt sint vnum sicut & nos vnum sumus. Et hæc quidẽ de veris Christianis; posteà verò de vniversis hominibus, in quibus lex amicitiæ rationales autèm animas, intelligentes anteà vocavit, sic ex divina mẽte appellans, animalem verò amorem nominavit sensibilem, brutorum amicitiam, mentis equidem expertem. Ex amatoria hac virtute, & volucrès gregatim volãt vt cycni, & anseres, & grues, & corvi, & quæ similia; ac terrestria quidẽ sunt talia, cervi, boves, & quæ affinia sunt: atquè natare valẽtia, vt thynni, & cephali, seu mugiles, atquè huiusmodi, non gregalia verò hinc etiàm ad parium societatem moventur. Naturalem porrò amorem dicit eum, quo animæ, & sensus expertia habituali aptitudine seu qualitate Creatorem amant, propterea quod ab ipso producta sint; secundùm vitalem igitur, & naturalem motionem hæc quoque ad Deum convertuntur:* Hæc sanctus Maximus. Quantum ergò

Anno Christi Domini 60.

gò, ex hac Hymnorum compositione, laudis sibi Hierotheus ab omnibus attulerit; præcipuè ex Timotheo, & Dionysio eius auditoribus & discipulis, sequentibus demonstrat verbis Pater Petrus Alloix in lib. 1. Illustrium Orientalis Ecclesię Scriptorum in vita Sācti Hierothei cap. 3. fol. mihi 607. ibi. *Quin & Timotheus, ille beati Pauli veteranus comes atque Discipulus, istis divini Hierothei præconijs adeò permotus animo fuit, vt eorum diù retinuerit, fouentquè frequenti commemoratione memoriam. Quippè ex cuius ore, læta recordatione, illa repetentis, ipse audivisse Dionysius non nullas eorum partes, in libris suis commeminit: Hinc proinde quanta eiusdem Hierothei fuerit virtutis eminētia, satis datur intelligi. Quādoquidèm tam magnis & spectatis viris fuerit admirabilis. Videntur porrò isti Hymnorum eius auditores, & admiratores causam ei præbuisse plurium eiusmodi Hymnorum in lucem edendorum: Hos autèm sanctus Dionysius permagni fecit, conservavit, posteris commendavit, sed posteri quamvis laudatissimos temporum iniuria perdiderūt. Hoc tamen vnum magnus Hierotheus reliqui habet, quòd hodiequè ab exemplo primitus dato omnium sacrorum Hymnographorum Dux, & Princeps habeatur; quorum Hymnorum siquis aliquem fortè gustum appetat, nonnulla fragmēta paulò inferius in medio proponemus.* Hæc fragmenta Hymnorum, de quibus hic fit mentio à Patre Petro Alloix, invenientur in dicto libro 1. Illustrium Orietalis Ecclesiæ Scriptorum, in vita sancti Hierothei cap. 5. fol. mihi 612. sicut in ordine 2. 3. & 4. Cōplures alij de his sacris Hymnis Hierothei memorantur, eosquè maximè laudāt, inter quos Gregorius Gitaldus Ferrariēsis tom. 2. suorum Operum num. 50. fol. 208. Marchio Ste-

Anno Christi Domini 60.

pensis in vita sancti Hierothei §. 13 fol. 24. Pater Martinus à Roa in Astigitana Historia lib. 2. cap. 4. fol. 87. Pater Franciscus à Bilches eiusdem Societatis, libro Sanctorum Giennẽsis, & Beacensis Diœcesum cap. 10. fol. 23. Pater Thomas Bravo de Mendoza Ordinis Cistercienfis in tractatu Inventionis capitis Divini Hierothei §. 5. fol. 12. & alij quam plurimi.

Num. 141 (c *Æstimabãtur*) Menęum Græcũ, ex Græco Latinum per Patrem Allois libro 1. Illustrium Orientalis Ecclesiæ Scriptorum in vita sancti Hierothei cap. 6. fol. 117. ita de scriptis Divi Hierothei loquitur. *Deo digna desciplina divinã adeptus cognitionem, ò Pater! Sermones tuos tanquam altera divina eloquia nostras animas sacra cognitione certò illuminantia reliquisti.* Sanctus Dionysius Areopagita libr. de divinis nominibus cap. 3. ita loquitur de doctrina & scriptis Præceptoris sui Hierothei; *Tuquè nos* (loquitur cum Timotheo Ephesiorum Episcopo, ad quem mittit librũ de divinis nominibus) *sæpè etiàm ad hec studium hortatus es, ac librum ipsum, ut nimis sublimem remisisti* (loquitur de libro Elemẽtorũ Theologicorum Divi Hierothei.) *hac quidem ex parte, nos etiam illum quidem ut perfectorum, atque peritorum (sicut Sacerdotes senes decet) animorum Magistrum ijs, qui plerosque superant, secernimus, quasi altera scripta divina, & ijs, qui à Deo vncti sunt, cõsentanea; ijs autem, qui nobis similes sunt, nos pro captu nostro divina tradimus.* Et sanctus Maximus in Scholio ad hunc locum ita ait: *Nota sancti Hierothei commentarios velut secundam quamdam Scripturam sacram esse putandos.* Divus etiam Thomas in expositione ad hunc locum verbo: *Divina inducens*, ita de scriptis Hierothei altè iuxta Dionysij Areopagitæ intelligentiam

Anno Christi Domini 60.

loquitur. *Quia ergo*(inquit) *ista ita sunt, ideò nos determinamus prædictum librum*(loquitur de lib. Hierothei Elementorũ Theologicorũ) *esse magnarum perfectarum considerationum, non quibuscunque, sed his tantum, qui sua capacitate multitudinẽ excedũt, ita quod ille liber habet quãdã secundã authoritatẽ ab eloquijs scripturæ canonicæ, cui nulla alia authoritas adæquari potest, ita quod verba illius libri consequenter se habent ad verba*(*Christorum Dei*) *id est, ad verba sanctorum Apostolorum, qui dicuntur Christi propter plenitudinẽ spiritualis gratiæ, & propter Sacerdotij dignitatem.* Tantæ fuisse authoritatis Divini Hierothei scripta apud antiquos, & primos illos Patres Ecclesiæ, vt legi posse crederet publicè in Ecclesijs, veluti legi consueverant epistolæ illæ Clementis, & Policarpi, & aliorum Sanctorum, autumat Pater Petrus Alloix in libro 1. Illustrium Orientalis Ecclesiæ Scriptorum, in notationibus ad cap. 2. vitę sancti Hierothei, verbo *Quasi*, lit. H. fol. 628. mentemquè suam sequenti depromit clausula. *Habuerunt*(inquit) *inde scripta sancti Hierothei proximam sacris literis authoritatem, ita vt publicè in Ecclesijs legi possent, quemadmodum legi antiquitùs solitas accepimus epistolas sancti Clementis, sancti Policarpi, & quorumdã aliorum. Quod privilegium oppidò multis posteà concessum est.* Exemplaria multa in confirmationem Patris Petri Alloix sententiæ referre poteramus, nec mirum videri debet de scriptis Sanctorum illorum, quos, præter scientiæ, & doctrinæ sublimitatem, Pontificiæ Dignitatis gradu sublimatos inspicimus, quibus iure doctrinis omnis reverentia, & veritatis certitudo debeatur, quando alijs inferiori gradu constitutis hic specialis favor non est denegatus, vti videmus in scriptis

Anno Christi Domini 60.

sancti Ephrem, Syri Edessenæ Ecclesiæ Diaconi, quæ publicè tàm in Ecclesijs Orientalibus, quàm Occiduanis, teste Divo Hieronymo, legebantur. De qua cõsuetudine testatur etiam Gerardus Bosius Berchlonius Germanus Operũ sancti Ephrẽ ex Græco Latinorũ traductor, Interpres simul & Scholiastes fol. mihi 690. vbi ita ait: *At qui hunc constat non solùm in Oriẽte post lectionem Scripturarum publicè in Ecclesijs (vt ait sanctus Hieronymus) fuisse S. Ephrẽ Syri scripta antiquitus recitata, sed etiam in Occidẽte, & quidem in Basilicis vrbis Romæ sermones quosdam eiusdem Patris latine traductos, post scripturam olim fuisse lectos; sicut de præsenti transfigurationis sermone clarum est, qui in Romano, ac Vaticano Passionario, aut si maius Lectionario, seù Hemiliario, ante 500. annos manuscripto, alioque Ecclesiæ S. Mariæ ad Martyres vetustiore (vt dictum est) reperitur trãsfigurationis solemnitati applicatus; ac post eius diei Evangelium (quod est Matthæi 17.) ritè ab Ecclesia vsurpatus ac lectus; quod vel ideò hic commemorare visum est, vt cunctis pateat quantum sancti Patris huius scriptis, omni tempore, tributum fuerit.* Vndè redditur creditu facilè, etiam hoc idem cum scriptis Divini Hierothei antiquitus esse obseruatum, licèt propter iniuriam temporis nobis notum minimè sit. Dicta sufficerent ad extollendam Hierothei sacri doctrinam, scriptaquè laudanda, sed si hæc deficerent, quàm profundè de ea sensit Dionysius Areopagita eius Discipulus, satis eius sublimitatem demonstraret, cũ videamus inæqualem se agnoscere, & fateri, ita vt repetere, quæ ille dixit, nõ audeat, minimequè addere. Sicquè in cap. 3. de divinis nominibus dignum se purgatione iudicat, & humilissimis verbis se excusat in his, quę tanquàm sua exposuit, cùm

vc-

Anno Christi Domini 60.

verè essent Magistri sui Hierothei. *Et hoc forsitã (inquit) excusatione dignum, quòd cùm nobilis Dux noster Hierotheus Theologus Stoyseoses supernaturalitèr congreget nos, quasi illa non sufficiant, & alias, & præsentem Theologiam conscripsimus. Etenim si ille consequentèr tractare omnia theologica negotia dignatus esset, & particularibus revolutionibus transisset universæ Theologiæ capitulum, non nos ad tantum furoris, aut pravitatis perveniremus, quod aut arbitraremur non immittere Theologis perspicacius illo, & divinitus, aut bis eadem dicentes, vana loquamur: Præterea, & iniuriam faciamus vt Magistro, & amico existenti, & nos ex eius eloquijs post Divum Paulum introducti noblissimam ipsius contemplationem, & manifestationes nobis ipsis arripientes.* Et sanctus Thomas lectione 1. ad hũc locum, verbũ, *Etenim si ille*, inquit, hic Dionysiũ procedere ad sui excusationẽ, & hoc tripliciter facere: *Prima excusatio est, quia ea, quæ Hierotheus in vnum dixerat, ipse ex mandato Hierothei, & ad petitionẽ Timothei per singula tractavit; & hæc, quæ dicit, quòd si Hierotheus dignatus esset tractare per ordinem omnia, quæ pertinẽt ad theologicam considerationem, & tractatum totius Theologiæ, quàm scilicèt, quasi quodam genere, & summa peregit, voluisset percurrere, perscrutando in particulari, Dionysius non pervenisset in tantum furorem, vel pravitatem, quòd vellet scribere de divinis, quod autèm ad furorem, vel pravitatem pertinuisset, ostendet altero duorum modorum, quorum vnus est, quod Dionysius arbitretur, se elevare ad considerationes theologicas, perspicacius, quàm Hierotheus, & magis divinè; alius modus est, quod ipse non crederet se altiora dicere; & tunc sequentur duo inconuenientia, quorum vnum est,*

Anno Christi Domini 60.

quod eadem repetendo, quæ Hierotheus dixisset, inutilitèr scriberet, & sic incurreret vaniloquium: Aliud inconveniens est, quòd quasi furtivè arripiendo sibi nobilissimam cõtemplationem, & manifestationem divinorum ipsius Hierothei, faceret ei iniuriam, cùm tamèn ipse fuerit Magister eius, & amicus, & Dionysius fuerit introductus ad theologicam cognitionem, maximè ex verbis Hierothei, tamèn post doctrinam Pauli.

Num. 142 (D *Compositam*) Vnicus, & singularis est in hoc sensu Marchio Stepẽsis in vita sancti Hierothei §. 13. fol. 24 ad literam eius referemus sententiam, qui ita ratiocinatur. *La Salve, està recibido, que la compuso la Iglesia Catholica, como el Credo los Apostoles, y el Pater noster nuestro Señor IesuChristo, y el Ave Maria la misma Iglesia, jũtando a las palabras de la Anunciaciõ del Angel las de la Visitacion de Santa Isabel, y añadiendo la deprecaciõ: Parece, que siendo tan antigua cosa la Salve, que es sin duda, viene del tiempo de los Apostoles; y siendo Hymno tan dulce, y amoroso, le compõdria este Santo, que fue tan insigne en ellos, y tan favorecido della en la comunicacion espiritual de nuestro Señor, y devotissimo de la santissima Virgen, cuya reliquia tã insigne, como hemos dicho, gozava, y obrava maravillas con ella; y mas aviẽdo sido la primera composicion de la Salve en Griego, que era lengua, que San Hierotheo professava con eminencia: y no contradize, antes ayuda este pensamiẽto, el dezir Iuliano en el num. 510. de su Chronicon: Hymnus; Salve Regina Mater misericordiæ, græcè ab Apostolis compositus, trãslatus est de Græco in Latinum à sanctissimo viro Petro Episcopo Compostellano: Porque aquello, ab Apostolis compositus, no se ha de entender tan rigurosamente, que los mismos Apostoles le*

com-

compusiessen, sino que le hizieron componer entre todos a versos, sino que seria vno solo el que le compusiesse, y este, se puede conjeturar, que fuesse San Hierotheo, si bien confiesso, que esta conjetura no corre con tan apretado discurso, como otras, q̃ hemos dicho. Levis sanè est coniectura Marchionis (vt ipsemet fatetur) nec est locus cõiecturis, vbi adest manifesta probatio, & cùm aliàs non à Hierotheo, sed ab alio hanc hymnodicam deprecationem confectam noscamus, coniecturis denegare locum debemus: hanc Antiphonam: *Salve Regina* à Hermmano Contracto Suevo ex illustri Veringentium Comitum sanguine oriundo, & Monacho Ordinis sancti Benedicti in Monasterio sancti Galli, indè electo Abbate Sangalenense, compositam multi dicunt; vndè licitum non est ad alia minus tuta confugere præsidia, vt veritam affigamus. Non desunt, qui eam opus esse Petri Episcopi Compostellani putent, vti scribunt Durandus libro 4. Divinorum Officiorum cap. 22. frater Claudius de Rota in Legẽdario Sãctorum cap. 177. sed levi fundamento. Ioannes Lascivius Polonus in Confutatione hæresis Moscorum cap. 13. hanc tribuit Gregorio Papæ 11. velut & alterã Antiphonam: *Regina Cœli lætare*, sed non minus decipitur. Communis ergo Scriptorum sententia ab Hermmano Contracto compactã tenet, inter quos (vt alios omittamus) sunt Tritremius de Scriptoribus Ecclesiasticis, & de Viris illustribus Ordinis sancti Benedicti libro 2. cap. 84. Frater Paulus de Rovado Ordinis Prædicatorum in Cõvivio Animæ; Genebrardus lib. 4. Chronici; Philippus Bergomas lib. 12. Suplementi; Petrus Cratepolus Minorita; Franciscus Costerius in Præfatione meditationis huius Antiphonæ; Antonius Senensis Lusitanus in Chroni-

co

Anno Christi Domini 605.

co Fratrum Prædicatorum, Pater Petrus Canisius è Societate Iesu de Maria Deipara lib. 5. cap. 13. Cardinalis Belarminus lib. 1. de Bonis operibus in particulari cap. 15. Ferreolus Loccius Mariæ Augustæ lib. 7. c. 9. Arnoldus Vvionius lib. 5. Ligni vitæ cap. 105. Pater Hyppolitus Marracius in sua Bibliotheca Mariana tom. 1. lit. H. verbo *Hermmano Contracto*, fol. 570. qui etiam addit, eidem Hermmano Contracto attribui aliam Antiphonam *Almæ Redemptoris Mater*; etiam & composuisse de Beata Virgine Hymnos, & prosas varias, inter quas illam *Ave præclara* quæ cantabatur olim in eiusdẽ Assumptione, & *O gloriosum lumen*; Historiam quoque, sivè Officium Annũtiationis Beatissimæ Virginis Mariæ, & alia: Vndè non rectè autumat Marchio Stepẽsis à Hierotheo Antiphonã hanc fuisse in lucem editã; Celebris est in Ecclesia sancta eius recitatio, & decãtatio, illam Gregorius Papa Nonus per annum 1227. approbavit, quumquè cùm in Germania, & Gallia tantùm solemnis esset certis divinæ rei horis, vt Author est Abbas Vrspergensis, præsertim post completorium, per omnes totius Orbis Ecclesias cantari præcepit, Beatus Bonaventura versibus, aut Rythmis illã celebravit, Sanctus Bernardus, habitis ad Monachos sermonibus, explicuit, Frater Costerius in eamdem meditationes concepit: ex eius præuntiatione quàmplurima miracula evenerunt, de quibus memorantur sanctus Antoninus Archiepiscopus Florentinus in Chronica, p. 3. tit. 23. c. 3. fol. 237. in antiqua editione; Speculũ magnum exẽplorũ Ioannis Iunioris distinct. 7. exẽplo 42. 43. & 44. Cantipratanus lib. 2. de Apibus c. 10. Georgius Maigrecius lib. de Sodalitate Corrigiatorum Beatæ Mariæ cap. 36. liber primus revelationũ sanctæ Mechtildis cap.

48. Pater Hyppolitus Marracius diversis in locis Operum suorum Marianorũ. Cantatur in Ecclesia Antiphona hæc à Pẽtecoste vsque ad Domini Adventum, in fine horarum maioris Officij, & Beatæ Virginis Mariæ.

SOLVTIS VINCVLIS, PAVLVS proficiscitur in Hispaniam, [A] *sicut antea faciendum ita promiserat,* [B] *secũ ducit aliquos discipulos suos,* [C] *quos diversis in locis constituit Episcopos,* [D] *Hierotheus ad Hispaniam etiam beneplacito Magistri sui Pauli (relicto in Episcopali Atheniense sede discipulo suo Dionysio Areopagita) se cõfert, vbi Paulo sociatus, partim disiunctus per Hispaniæ civitates, & loca Evangelium Christi prædicat,* [E] *præcipuè Secoviensibus accolis, populisquè Arevacis, vbi sacræ Religionis, Fideiquè nostræ fundamenta edocens, multos lucrifacit, & ad Ovile Dominicum copiosa segete perducit.* [F]

(A *Hispaniam*) Hoc eodem anno Christi Domini nati 62. Baronius Divi Pauli profectum ad Hispaniam defigit tom. 1. Annalium, anno 61. fol. 622. hoc idem fecit Bartholomeus Gavantus de adventu Pauli to. 2. Thesauri sacrorum Rituum, anno Christi 62. fol. 321. & alij. Adventus hic ab aliquibus dubitabatur, licèt ab ipsomet Apostolo promissus habebatur (vt in sequenti annotatione demonstrabimus) sed non tantũ vtriusque Ecclesiæ Græcæ, & Latinæ Patrũ sentẽtia, hæc veritas cõprobatur, sed ex ipsius Romani Martyrologij plurimis clausulis manifesta redditur, & licèt in Scriptura sacra huius advẽtus expressus locus non inveniatur, non obstat ad

Anno Christi Domini 62.

credendum indubiè adimpletum fuisse quandò promifsione ab Apostolo facta,locus,& tempus haud obsistere,& posteà tanta sanctorum copia Scriptorum id tàm asseveranter affirmet;& denegato eo,omninò plurima Ecclesiasticæ Historiæ principia destruerentur (vt infrà latiùs dicemus.) Ex Orietali Ecclesia Patres hâc sententiá tenentes(inter alios)sunt sequentes;Hyppolitus in Libello de septuaginta duobus discipulis; Athanasius in Epistola ad Dracontium; Cyrillus Hierosolymitanus cathechesi 17. Epiphanius heresi 27. Ioannes Chrysostomus in Prefatione Epistolæ ad Hebræos,& de laude Pauli hom 7. Theodoretus in Epistola ad Timotheum 2. c. vltimo;Sophronius in sermone de Natali Apostolorum, & alij. Ex Latinis etiam gravissimi repeniutur Authores, Divus Hieronymus in Isaiam cap. 11. Gregorius Papa Moralium lib. 31. cap. 22. Isidorus de vita, & obitu sancti Pauli cap. 71. Beda in Martyrologio, 11. Kalend. Aprilis, Ado Viennensis in Chronico,anno Domini 59. & alij.

Num.144 Huic sententiæ tres præcipuè obijciuntur authoritates non contemnedorum Scriptorum, quibus satisfieri convenit: Prima est Innocentij Primi Summi Pontificis,qui in Epistola ad Decētiũ ait,neminē Apostolorum(excepto Petro)Hispanias,& alias Occidētales Orbis Provincias docuisse;sunt eius verba: *Legant si in his Provincijs alius Apostolorum invenitur, aut legitur docuisse;quod si non legunt, quia nusquam invenitur, oppertet eos hoc sequi,quod Romana Ecclesia custodit, à qua eos principium accepisse non dubium est, nedùm peregrinis assertionibus student, caput instructionum videantur omittere.*

Num.145 Secunda est Gelasij Papæ in capite *Beatus Paulus* 22.q.2.qui ita ait: *Beatus Paulus Apo-*

Anno Christi Domini 62. *stolus non adeò fefellisse credēdus est, aut sibi extitisse contrarius, quoniam, cùm ad Hispanias se promisisset iturum, dispositione divina, maioribus occupatus ex causis, implere non potuit, quod promisit; quantum enim ipsius voluntatis interfuit hoc, pronuntiavit, quod revera voluisset efficere; quantum autem ad diuini secreta cōsilij, superna prætermisit dispositione præventus.*

Num. 146 Tertia est Angelici Doctoris Divi Thomę, qui lect. tertia commentarij capitis 15. Epistolæ Divi Pauli ad Romanos, negat accessisse Apostolum Paulum, vt promiserat, ad Hispaniam.

Num. 147 Licèt non parum vrgeant prædictæ authoritates, si benè attendamus, non difficilem ad eas responsionem inveniemus; non obstat primum Innocentij fundamentum, nàm, vt rectè sensit Baronius tom. 1. Annalium, anno Christi 61. vers. *An licet*, fol. mihi 623. haud putandum est, Innocentium à Petro Paulum dividere voluisse, sicut cæteros Apostolos, quos iure negat Occidentales oras docuisse: Nam Pauli causa diversa esse videtur à cęteris, quippè qui & ipse, sicut Petrus, Romæ docuerit; cùm igitur idem Innocentius agens de traditis in Occidente Apostolicis institutis, eos, in quos scribit, provocet ad Romanæ Ecclesiæ Ritus, cùm satis constet tàm Petrum, quàm Paulum eam sacris institutis imbuisse: Certè quidem de Paulo quid exciperet, non habebat, cum easdem tàm Romæ, quàm in remotis Provincijs Ecclesiasticas traditiones eum impartitum esse, dicere opus sit, at quod tantùm de Petro meminit, rectè id quidem, quod primæ sedis esset Episcopus, ex qua cæteræ deriventur Ecclesiæ, eidemquè vnitatę Catholica compaginentur. Quàm obrem haud putandum, Romanum Martyrologium, cum de profectione Pauli in Hispa-

Anno Christi Domini 62. Num. 148

nias meminit, à sententia Innocentij discrepasse.

Ad secundam, & tertiam obiectionem ex authoritatibus Gelasij Papæ, & Divi Thomæ unica & generalis est responsio; hanc præbet acutè Frater Franciscus Vivarius in Cõmentarijs ad Chronicum Lucij Flavij Dextri, anno Christi nati 64. num. 4. vers. *Duo tamẽ*, fol. 125. asserens hos Authores solùm negare, Paulum eo temporis ivisse, quò promiserat, videlicet transitum Romæ faciẽs (non mansionem) in Hispanias. Intendit enim Pontifex non quidem rem dubiam, sed catholicam stabilire, nimirum, non mentiri eum, qui animum fallendi non habet, tametsi non adimpleat, quod spopondit, si, Deo aliter disponente, promissum non potuit adimplere; sicque intentũ Gelasij nihil aliud sit, quàm id, quod ex scripturis sacris habemus, nimirum, non adimplesse promissionem suam, quàm citissimè proficiscendi in Hispaniam, & Romæ non faciendi moram; hoc enim est, quod ad Romanos dixerat. *Cùm in Hispaniam proficisci cœpero, spero quòd præteriens videã vos*; & tamẽ dispositione divina aliter factũ est, nam in vinculis detentus est Romæ per biennium; quo solum dato, casus Gelasij se offert exponendi, videlicet, quomodo mentitus non est Paulus, & hac certa veritate historiæ probat non mentiri eum, qui, quia non valuit, non implevit, quod promisit. Nihil autem ad illum pertinebat, adventum Apostoli in Hispanias post vincula negare; tùm, quia certa veritas non erat re, ut nimirum incerta cõprobanda; tùm, quia non est credibile Gelasium sine causa voluisse obviare tot, tãtisque sanctorum Patrum testimonijs de Pauli ad Hispanias profectione. Idemque dicendum est de sancto Thoma Aquinate, negare non voluisse accessum Apostoli ad Hispanias post eius vin-

cu-

Anno Christi Domini 62. Num. 149

cula, sed dumtaxat eo tempore ad Hispanias advenisse, quò ipse promiserat, vti etiam sentit Gelasius Papa.

Vincula Pauli Romæ per biennium (de quibus Divus Lucas in cap. vltimo Actorum Apostolorum vers. 16. loquitur, ibi: *Cum autem venissemus Romam, permissum est Paulo manere sibimet cum custodiente se milite*; & vers. 29. vsque ad 32. prosequitur: *Et cùm hæc dixisset, exierunt ab eo Iudæi multam habentes inter se quæstionem: Mansit autem biennio toto in suo conducto, & suscipiebat omnes, qui ingrediebantur ad eum, prædicãs Regnũ Dei, & docẽs, quæ sunt de Domino Iesu Christo cum omni fiducia, sine prohibitione*) inceperunt à principio anni 60. vsque ad finem 61. qui fuit Pontificatus Divi Petri 15. & Neronis Imperatoris 3. ex Mileto, vbi Apostolus reliquit Trophimũ Discipulũ suum infirmũ (sicuti ipse ad Timotheũ scribẽs in 2. Epistola c. 4. vers. 20. ait: *Erastus remansit Corinthi, Trophimũ autèm reliqui infirmũ Mileti*) est Romam ingressus, postque custodiæ traditus; hæc custodia, hospitiũ, seu habitatio, quæ in hoc cap. vocatur *conductũ*, clarissimũ posteà fuit, magnaquè in veneratione habitũ propter tot ibi eximia gesta, & vbi catena circũdatus Apostolus propter Christi confessionem mansit toto biennio cum custodiente se milite, & vbi omnibus ad se veniẽtibus prædicabat Regnum Dei, & vbi dicitur plures conscripsisse Epistolas Paulum ad Ephesios, ad Philippẽses, secũdam ad Timotheum, ad Philemonem, & ad Hebræos, & vbi Dei visitatione fuit roboratus. Hoc, inquam, hospitium in Templum cui nomẽ (*Sancta Maria in via lata*) conversum est, quod est inter præcipuas Cardinalium Diaconias, in cuius summo altare Imago Deiparæ Virginis Mariæ,

Anno Christi Domini 62. Num. 150

quę annulũ gestat in digito, à Divo Luca depicta, religiosè servatur. Ita Pater Antonius Balinguam è Societate Iesu in Kalendarium Marianum, die 25. mensis Ianuarij.

(B *Promiserat*) Ita Divus Paulus in Epistola ad Romanos cap. 15. vers. 24. *Cùm in Hispaniam proficisci cæpero, spero quod præteriens videbo vos.* Et quòd Apostolus hunc ad Hispanias promissum accessum implesset (præter adducta Sanctorum Patrum, & Scriptorum testimonia in præcedenti annotatione) probant expressè, & clarè Martyrologiorum Latinorum, & Menologiorum Gręcorum quamplurimę clausulæ (quæ omnes destruerentur, si prædictum aduentum negaremus,) in primis, in Martyrologio Romano novissimo, vndecimo Kalend. Aprilis agitur de Paulo Narbonense Episcopo, quem ibi Episcopum reliquisse Paulum, cùm in Hispania fuisset, pro certò stabilitur, ita dicit: *Narbonæ in Gallia Natalis Pauli Episcopi Apostolorum Discipuli, quem tradunt fuisse Sergium Paulum Proconsulem, qui à Beato Apostolo Paulo baptizatus, & cùm in Hispaniã pergeret, apud Narbonam relictus, ibidem Episcopali dignitate donatus est, vbi prædicationis officio non segniter expleto, clarus miraculis migravit in Cœlum.* Menologium Græcum sanctæ Xantippæ à Paulo in Hispania conversæ diem natalem consignat 25. mensis Septẽbris; de eadẽ, Probo, Philotheo, & alijs in Hispania à Paulo Apostolo cõversis (intermissis alijs) agit ex Sophronio Ioannes Vassæus in Chronico Hispaniæ: *Sophronius* (inquit Vassæus) *Patriarcha Hierosolymitanus scribit Italias, Gallias, & Hispanias, transitu Beati Pauli illustratas, qui, cùm in domo Probi illustris cuiusdam viri hospitio susceptus in Hispania fuisset, & Xantippa vxor eiusdem*

Pro-

Anno Christi Domini 62.

Probi modestiam hospitis sedulius in eum intenta admiraretur, divina volūtate factum est, vt dùm sic insēta vultui peregrini inhæreret, appareret ante frontē Pauli, quasi literis aureis scriptū, Paulus Apostolus Prædicator Christi, quæ, cùm, prænūtia fama, multa de Apostolo audijsset, & diù desiderasset vultū eius vidère, gaudio paritèr resoluta, & stupore, cū lachrymis corruit ad eius pedes; edocta autèm mysteria Christi, cum viro & familia Christo regenerata est. sed & traditur Philotheus eius regionis Princeps Paulo adhæsisse, factus Christi Confessor.

Num. 151 (C *Discipulos suos*) Lucius Flavius Dexter in suo Chronico, anno Christi 64. Divum Paulum Apostolum ad Hispaniam venientem secum tulisse Philemonem, Timotheum, aliosquè Discipulos ait. Constare etiam affirmat Pater Franciscus Vivarius in Commentario ad hunc locum, vers. *Constabat*, fol. mihi 126. sanctum Paulum in Hispaniam cōmeantem comitatum esse. Quod verò Dexter de Philemone ait, potest ellici ex eo, quòd Apostolus scripsit ad ipsum, commendans ei Onesimū, olim seruum suum, tunc in vinculis à se in Fide genitum, asserēs voluisse illum secum detinère, quia erat illi proficuus, nollēs quidquam agere, eo inconsulto. Quo nuntio accepto, credibile est non solum Onesimum remisisse, verùm & ad ipsum personaliter accessisse; quo tempore iam à vinculis ereptus Paulus, in Hispaniam parabat iter, atquè adeò cum illo quoque profectū. Etiam Divum Lucam eamdem viam assequutū creditur, quia erat cum Apostolo in vinculis ei ministrans, vti constat ex ipso Divo Paulo 2. ad Timotheum cap. 4. quem itidem vsque ad mortem non deseruisse tradunt gravissimi Authores. Idem de Tito censendum est, si credimus Pe-

Anno Christi Domini 62.

tro de Natalibus Episcopo Equilino, qui lib. 7. de Sanctis c. 118. scribẽs Vitã sancti Titi Pauli Apostoli Discipuli, hæc (inter alia) narrat: *Paulus Titũ Cretensem Episcopũ ordinavit, ipsumque Creta dimittens, abijt. Post duos autèm annos, Titus ad Paulum Romam accessit, cum quo & fuit vsque ad interfectionem eius à Nerone, corpusquè ipsius vnà cum Luca Evangelista sepelivit.* Duos istos annos, de quibus dicit Equilinus: *Post duos annos, Titus ad Paulum Romã accessit*, illos intelligit Vivarius in Commentarijs ad Dextrum, anno Christi 120. vers. *Titus Cognomẽto*, num. 3. fol 272. quos Paulus Romæ in vinculis insumpsit, de quibus, Actorum Apostolorũ vltimo cap. dicitur, *Mansit autẽ biennio toto in suo conducto.* Iam verò quod Equilinus addit: *Cum quo* (scilicèt Paulo) *& fuit vsque ad interfectionem eius à Nerone*, illuc tendit, vt probemus Titum cum Paulo Hispaniam adijsse, nam si Titus nunquam deinceps, post biennium illud, ab Apostolo separatus est, necessum est, vt quòcumque Paulus tenderet, tenderet etiam Titus. Paulum verò, completo illo biennio, Hispanias invisisse, multorum testimonio comprobatũ relinquitur; ergo si non est Titus separatus ab illo, ad Hispaniam cum eo cõsequens est venisse? & in Carpetania ad tempus prædicasse? vti est aliquorum sentẽtia, & opinio, quã amplectitur Lucius Flavius Dexter in Chronico, anno 220. imò duos ad Hispanias Titi adventus constituit; *primum* cum Divo Paulo Magistro suo; *secundum* cum sancto Marco Marcello Eugenio Tolerano Episcopo, ita ait: *Titus Cognomento Iustus, Episcopus factus, sequutus primò Paulum, mox Eugenium, prædicat in Carpetania, vbi eius memoria, & magnitudo miraculorũ celebratur.* Hanc Dextri sententiam Pater Petrus

Anno Christi Domini 62. Bollandus è Societate Iesu, Bdga in tom. 1. Actorum Sanctorũ fol. 164. n. 13. non solùm damnat, parvifaciens, sed illam respuit, & contemnit, cùm credat de Tito adhùc vitam agere Dextrum esse loquutum, cùm non, nisi de eius sanctitatis fama, & miraculorum patratione, fateatur, vt rectè notavit D. Ioannes Tamaius Salazar in suo Martyrologio Hispano tom. 1. die 4. mensis Ianuarij, fol. 62. ibi: *Petro Bollando hæc Dextri opinio arrisit, sed cur Titi meminerit Dexter, ad annum 220. non videt; facilis (meo videri) erit cognitio, si vltima periodi relati verba rumtnet, loquitur Dexter hoc anno, non de vita, non de morte, sed de memoria, quæ tũc temporis, hoc est, illo anno 220. in pretio apud Hispanos erat magnitudinis miraculorum à Tito per Carpetaniam perpatratorum, tanquàm si diceret: Apud Carpetanos memoria est, anno 220. sancti Titi Cognomento Iusti, qui venit in Hispaniam vt socius Pauli, mox iterùm ipsam regionem lustravit cum Eugenio, perquè Carpetaniam prædicauit, vbi eo anno eius magnitudo miraculorũ celebrabatur, quo à dubia Dextri relatione discedet.* Hac etiàm de causa Titum inter Hispanos Sanctos dictus D. Ioannes Tamaius Salazar in prædicto suo Martyrologio Hispano adnumeravit, tom. 1. die 4. mensis Ianuarij, fol. 60. alios ita sentientes insequens.

Num. 152 (D *Episcopos*) Haubertus Hispalensis in Chronico M. S. anno Christi 63. quatuor consignat Episcopos, quos Divus Paulus in Hispania, post eius prædicationem, ante reditum Romæ, diversis Ecclesijs prępecturos reliquit: *Primus* fuit Paulus (dictus Sergius) Narbonensis Episcopus: *Secundus* Hierotheus Secoviensis Episcopus: *Tertius*, Ruffus Dertusensis Episcopus: *Quartus*, Palgalius Episcopus Aucensis; ita de his Haubertus:

Anno Christi Domini 62.

Paulus Apostolus ad Hispanias se contulit, prædicavit in cunctis Civitatibus Hispaniarum in societate Pauli Narbonæ Episcopi, Hierothei Secoviæ, Ruffini Dertusæ, Palgalij Aucæ; de Paulo (dicto Sergio) fit mẽtio in cap. 13. Actuum Apostolorum, vers. 6. de quo ait sanctus Lucas, & de Bariesu, qui illum à Fide avertere curabat: *Et cũ perambulassent universam Insulã usque Paphũ* (loquitur de Paulo, & Barnaba Apostolis) *invenerunt quemdam virum magnum Pseudoprophetã Iudæum (cui nomen erat Bariesu) qui erat cum Proconsule Sergio Paulo viro prudente; hic, accersitis Barnaba & Saulo, desiderabat audire verbum Dei, resistebat autèm illis Elymas magnus (sic enim interpretatur nomẽ eius) quærens avertere Proconsulem à Fide.* Hunc posteà à Divo Paulo Narbonæ Episcopum relictum, cùm in Hispania Apostolus evangelizasset, apertè demonstrat & testificatur Martyrologium Romanum novũ die 22. mensis Martij, ita dicẽs: *Narbonæ in Gallia Natalis Sancti Pauli Episcopi Apostolorum Discipuli (quem tradunt fuisse Sergium Paulum Proconsulem (qui à Beato Apostolo Paulo baptizatus, & cùm in Hispaniam pergeret, apud Narbonam relictus, ibidem Episcopali dignitate donatus est, ubi, prædicationis officio non segnitèr expleto,, clarus miraculis migravit in Cælum.* Cõsonant Martyrologium Gallicanũ Andreæ Suasai Episcopi Tullensis 1. tom. die 22. Martij, & tom. 2. die 12. Decembris, fol. 994. & Martyrologium Hispanum D. Ioannis Tamaij Salazar tom. 2. die 22. Martij, fol. 350. quibus adhærent ex Scriptoribus Ecclesiasticis (præter Martyrologiorum Enucleatores Alexandrum de Peregrinis, Maurolicum, duos Petros Cabilonensem, & Galesinum, Bedam, Adonẽ, Usuardum, Rabanum, No-

the-

Anno ChristiDomini 62.

therum, & Philippum Ferrarium allegatos vbi suprà à D. Ioanne Tamaio Salazar). Gregorius Turonensis de Gestis Francorum lib. 1. cap. 30. Petrus Cluniacensis lib. 1. Epistola 2. Lucius Flavius Dexter, anno Christi 66. ibi: *Paulus Narbonensis Episcopus, qui cum Paulo venit in Hispaniā, ibidem prædicat*: vbi Pater Vivarius Comment. 1. num. 1. fol. 128. hanc Narbonæ sedem Pauli etiam cecinère Poetæ: ita VVandelbartus in Ephemer. die 22. Martij.

Vndecima Antistes tribuit pia lumina Paulus,
Quo iure exultat proprio Narbona Magistro.

Et Prudentius in Peristeph. Hymno 4.

Surget & Paulo speciosa Narbo.

Secundo loco Secoviæ Hierotheum Episcopum designat, de cuius sanctitate, & Pauli discipulatu Martyrologium Romanum die 4. mensis Octobris loquitur; de sua vera Secoviensi sede posteà latè ad annum 64. tractabimus ad intelligentiam clausulę Chronici Lucij Flavij Dextri, anni Christi Domini nati 71. de hac Insula attestantis: Tertium pręfigit locum Ruffo Simonis Cyrenei filio, in Dertusana Ecclesia. Hunc Discipulum fuisse Pauli Apostoli, idē in Epistola ad Romanos cap. 16. vers. 13. ibi: *Salutate Ruffum electum in Domino, & matrē eius, & meā* claris verbis demōstrat; in Martyrologio Romano de eo fit mentio, die 21. mensis Novembris, ibi: *Eodem die Natalis Beati Ruffi, de quo sanctus Paulus ad Romanos scribit.* Thebaium prius Episcopum constitutum notat Baronius in Notis Martyrologij Romani litt. B. verbo *Ruffi*; hoc ipsum etiam docuis

Anno
Christi Do
mini
62.

Dorotheus in Synopsi,& Martyrologiorũ Scriptores Bedà, Vsuardus,& Ado sequũtur; sed posteà Dertusanum extitisse Episcopum, ipsa Dertusana Ecclesia, in Cathaloniæ Principatu, quotidie confitetur eum, vt suum primum Episcopum, cõmemoratione, & celebratione dignum in Officij canonici cõsuetis cõmemorationibus Primatum tribuens,& annua Festivitate recolens, vt ex Breviarijs antiquis, illius Ecclesiæ Missalibus, Dypticis, & Kalendarijs liquet; de qua etiam sancti Ruffi Dertusensi sede Cathaloniç Scriptores meminère, specialiter Pater Antonius Vincẽtius Domenech, Historia Sanctorum Cathaloniæ, lib. 1. fol. 108. Franciscus Martorel in Historia Dertusana, lib. 2. cap. 4. fol. 355. & 356. Ioannes Puades Historiæ Cathaloniæ, lib. 4. c. 14. fol. 157. In hũc etiam diem eius Festivitatem Martyrologium Hispanum D. Ioannis Tamaij Salazar tomo 6. fol. 232. collocat. De duabus sedibus Thebana, & Dertusa,& de filiatione Simonis Cyrenei sermonem faciens, ibi: *Dertusæ in Cathalonia Hispaniæ sancti Ruffi ipsius vrbis Episcopi à Beato Paulo luculento sermone laudati, qui cùm primũ cum Patre Simone Cyreneo in Villula Agricolam egisset, & posteà Christo nomen dedisset, & apud Tebas Antistitis munera exercuisset, & plurimos virtutum thessauros cumulasset, Hispanias devenit, Dertusanæ Ecclesiæ insulas induit, & clarus miraculis, eternæ Gloriæ gazas immarcessibiles Confessor inclytus adinuenit.* Ex antiquis Scriptoribus Hispanis Lucius Flavius Dexter in Chronico, anno 100. Iulianus Petrus Archipresbyter Tolleranus in Chronico, anno 348. n. 155. fol. 41. Ambrosius Morales in Historia Hispaniæ libro 9. cap. 21. Et alij istius sancti specialem mentionem faciunt; & ex Ioanne Marieta, Francisco

Anno Christi Domini 62.

Padilla, Petro Antonio Beuter, Patre Ioanne Mariana, Ioanne Vasæo, Abraham Bzovio, & Salmerone hanc adstruit veritatem idem Ioannes Tamaius Salazar in dicto tom. 6. die 21. mensis Novẽbris, vers. *Sanctus Ruffus Confessor* litt. D. fol. 238. in suo Martyrologio Hispano. Vindicat sibi quartum locum, ex mente Hauberti Hispalensis, Palgalius in Ecclesia Aucensi; de hoc Præsule in Aucense Ecclesia vulgò *Oca*, quæ prima Burgensis Cathedralis Ecclesia fuit translata ad vrbem Burgensem Castellæ caput, anno 1075. ex privilegio Alphonsi 6. in neutra Palgalium nomine Episcopum aliquem invenimus, perlectis Episcoporũ cathalogis à D. Ioãne Tamaio Salazar in suo Martyrologio Hispano, to. 4. die 20. mẽsis Iulij, in quo Dedicatio Eccl siæ Cathedralis Burgẽsis celebratur, fol. 185. & 187. & à Magistro Ægidio Gõzalez Davila in Theatro Ecclesiarum Castellæ to. 3. fol. 57. de Aucẽse, & Burgense Ecclesijs agentibus, minimequè Palgalium Divi Pauli Apostoli discipulũ extitisse apparet, sicuti de Paulo Sergio, Hierotheo, & Ruffo probatũ relinquimus; & licèt omnes non esset facile demonstrare, cùm constet quàmplurimos fuisse de principalioribus, qui primas Ecclesiarum Cathedras tenuère, memoria omnino extincta non est; illorũ seriem tegit Bartholomæus Gavantus in fine vitæ sancti Pauli tom. 2. Sacrorum Rituum, fol. mihi 323. in qua Palgalius non invenitur; de hocquè alios Authores agentes percurrimus, & operam perdidimus; quare maioribus aliorum notitijs veritatis huius probationem libentèr dimitimus.

Num. 153 (E *Prædicat*) Traditione multis Scriptorum votis recepta, inuenimus quàmplura peragrasse loca in Hispanis sanctum Hierotheum in verbi Dei prædicatione sancta, quædam, comite Magistro

Anno Christi Domini 62.

suo Divo Paulo, & alia, ab eo disiuncto. In Civitate Illerdę Principatus Cathaloniæ, ibi prędicasse Apostolum, cùm socium haberet Hierotheū, adhuc remanet memoriæ vestigium in quodam vetustissimo Templo, suo materno idiomate, *de Sā Pau, y San Hieroth*, nuncupato, vbi inveniūtur depicti Sanctus Paulus, & quinque ex eius socijs, sed solùm ex eis Paulus, & Hierotheus cum expressione nominum reperiuntur notati. Astigi in Bætica (de qua Civitate ortum vèl oriundum Hierotheum multi asserunt, vt supr. nu. 20 retulimus) posteà cōcivibus suis cordialitèr (post cōversionem illorum incolarum à Magistro suo Paulo prius factam, & acceptis primis Fidei rudimentis) Evangelium prędicasse piè credendum est, ad quod firmitèr ita tenendum adiuvat illorū opinio, quæ Hierotheum omnem ambijsse Bæticam, & perlustrasse tenet, & sigillatim in Astigitana Civitate prædicasse credit Pater Martinus à Roa in Historia illius Civitatis lib. 2. cap. 4. fol. 88. ibi: *No pudo caber menos, que muy gran parte del fruto de sus trabajos à España* (loquitur de Divo Hierotheo) *si como dize Dextro, vino a ella, y particularmēte a Ezija, si como dizen otros lo tuvo por hijo.* Idemquè obtinuisse Vrgabonæ accolas tetigimus supra n. 18. & 19. sed de hoc ad Hispanias adventu, prædicationequè Hierothei asseruit Pater Petrus Alloix lib. 1. Illustrium Oriētalis Ecclesiæ Scriptorum, in vita sancti Hierothei c. 4. fol. mihi 608. ibi: *Transcursaquè Italia* (loquitur de itinere Divi Hierothei ex Græcia ad Hispaniam) *atquè Gallia, penetravit in Hispaniam, ibi enim fuisse, ac semen Evangelij longè, latèquè sparsisse satis constat.* Hoc ipsum notavit D. Ioānes Tamayus Salazar in suo Martyrologio Hispano tom. 5. die 4. mensis Octobris, fol. 401.

ibi:

Anno Christi Domini 62.

ibi: *Hispanias reversus tempore, quo Paulus Apostolus eius Magister, & in Fide institutor Hispaniæ illustrabat Ecclesias, protinus illi adhæsit.*

Num. 154 ([F] *Perducit*) Clarè hãc Secoviensium Incolarum ad Christi conversionem opere, & labore Divini Hierothei ibi prædicantis exponit Pater Petrus Alloix lib. 1. Illustrium Orientalis Ecclesiæ Scriptorum, in vita sancti Hierothei cap. 4. fol. mihi 608. cum dicit: *Hunc igitur populum* (loquitur de Civitate Secoviẽse) *à plurium Deorum superstitione, ad vnius veri Dei cultum, ac Religionem, & à feris, barbarisquè moribus ad humanam æquitatem, & ad vitæ Christianæ mãsuetudinem, modestiamquè traduxit.* Cui adhæret D. Ioannes Tamaius Salazar tom. 5. sui Martyrologij Hispani die 4. Octobris, in vita sancti Hierothei fol. 401. his verbis suam promens sententiam. *Nupera Ecclesia* (inquit, loquens de Ecclesia Secoviense à Paulo Apostolo Magistro suo sibi demandata) *Fidei fundamenta iaciens plurimos Christo ex fœtore Gentilitatis adscripsit.*

Anno Christi Domini 64.

PAVLVS APOSTOLVS GRESSVS in prædicatione Evangelij in Hispania factos à Hierotheo discipulo suo considerans, præcipuè in Secoviense Civitate, confinibusquè locis illius Ecclesiæ opere, & labore suo nuper erectæ, & fundatæ, Episcopum præficit. [A]

Num. 155 ([A] PRæficit) Hierotheum Secoviensis Ecclesiæ in Arevacis Hispaniæ infulas induisse, sensus communis, & Traditio tàm in Civitate, & Diœcesi tenet: Traditioquè hæc vario probationũ genere probatur, ex Breviarijs; Inscriptionibus; Picturis; Imaginibus; Capellis; Reliquijs;

Cul-

Anno Christi Domini 64.

Cultu; & Festivitate; ex nominis impositione in Baptismatis Fõte; ex Instrumentis; & ex Scriptoribus: Per singula summatim stringemus, & ex his decem capitibus, quãtum in nostro casu operetur Traditio, facilè erit vidère; sed prius demõstrare oportet, quam in probationibus vim Ecclesiasticæ Traditiones obtineant, vt nostrę debita haud denegetur.

Num. 156 Traditio Ecclesiastica ea dicitur, quæ nõ scripto, sed voce tradita est, & accepta; ita expresse docuit Apostolus Paulus ad Thessalonicenses scribens, Epistola 2. cap. 3 vers. 6. *Denuntiamus autèm vobis, Fratres, in nomine Dimini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundum Traditionem, quam acceperunt à nobis.* Et clarius idem docuit eosdem Thessalonicenses in prædicta Epistola 2. cap. 2. vers. 14. in qua non solùm de Traditione vocali, sed etiam scripta loquitur, dicens: *Itaquè, Fratres, state, & tenete Traditiones, quas didicistis, sivè per sermonem, sivè per Epistolam nostrã.* Huic loco hæreticus Beza opponit, intelligẽdum non esse de Traditionibus Rituum, sed de Traditionibus Dogmatum, & licèt in hoc etiam aberret (saltim iam admittendas Dogmatum Traditiones, tam ex scripto, quàm viva voce receptas confitetur) cum Paulus cum hac etiam distinctione lequatur (quas omnino indistinctè Novatores damnant, & reijciunt) sed Beza, etiam convincitur, in Traditionibus Rituum, de quibus nõ fuisse loquutum Paulum, credit, cùm si attentè Pauli Epistolas legisset, in Epistola 1. ad Corinthios cap. 11. vers. 23. inveniret ita, de Ritu Eucharistiæ sacræ sumptionis, Discipulis suis fantem. *Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis.* Ibi optimè notat Cornelius à Lapide in Commentario,

Anno Christi Domini 64.

non scripto, vt patet, sed viva voce hanc Ritus Traditionē esse receptā, huncque locum esse notandū pro Traditionibus, quas Orthodoxi verbo Dei scripto adiungendas docēt. Ignotū etiā non est multa esse diffinita, de quibus Scriptura sacra palā non loquitur, & in moltis Cōcilijs sacris, maximè in primis illis per quatuor sęculorū curricula celebratis, a Patribus multa credenda esse tradita, de quibus Domini scripta lex nō præcepit, nec sancivit, & Ecclesia sancta ab Adamo Patre nostro vsque ad Moysem Legislatorē per ipsos bis mille annos, tantùm fuit directa verbo Dei, non scripto, sed à Patribus per manus posteris tradito, vt rectè locum habeat, quod Tertulianus libr. de Testimonio Animæ, dixit: *Certè prior est anima, quàm litera, & prior sermo, quàm liber, & prior sensus, quàm stylus.* Vndè sancti Patres vim Ecclesiasticæ Traditionis agnoscentes (inter quos Divus Chrysostomus, & ex eo Theophilatus) dicebant: *Traditio est: nihil quæras ampliùs.* Sola Traditione multi vt sancti venerantur, & æquipollebat canonizationi; ita Thomas Sanctius, è Societate Iesu in Opere morali, lib. 2. cap. 43. n. 11. fol. mihi 599. vbi dicit: *Sufficeret tamèn, vt de sanctitate personæ per Traditionem, aut universalem Ecclesiæ consensum, constaret*; quia hæc canonizationi æquipollent. Ita ex eadem Societate sensit Pater Suarez tom. 1. in tertiam partē q. 25. art. 6. disput. 55. sect. 2. vers. *Sed quæret aliquis.* Et novissimè Bartholomeus Gavātus tom. 2. Thesauri sacrorum Rituum, sect. 2. nu. 12. ibi: *In prædictis num 8. & 9. strictum est accipiēdum nomen sancti, hoc est, canonizati ab Ecclesia, seu per immemoriabile tempus habiti pro sancto, cui tantùm publicus, & universalis conceditur cultus.* Et si Traditio hæc tantū valet pro sanctitate probādā,

Anno Christi Domini 64.

quid ergo pro sede Episcopali firmanda? *La Tradiciō anteojos son de larga vista* (inquit Pater Martinus à Roa in sua Astigitana Historia libr. 2. cap. 7. fol. 109. agens de Traditione Martyrij Monialium virginum Monasterij sanctæ Florentinæ) *Antorcha que en los lejos de antiguedad descubre el camino a la Historia, con su luz vemos; lo que no vimos, y a lo passado allà passò el discurso, a quien lo cerrò el olvido de las Historias. Que opinion mas constante (que no llamamos Tradicion bablillar del vulgo) mas firme, mas sin rezelo en esta Ciudad, que el Martyrio destas Virgines cōsagradas à Christo?* Haud potiori titulo hoc etiā de Traditione sedis Secoviensis sancti Hierothei dici valet? Ad probationes descendamus.

Num. 157 Vires sumit hæc Traditio ex Breviarijs ad vsum eiusdem Ecclesię confectis; cùm in quodā pervetusto, in Officio Dedicationis Ecclesiæ, in prima lectione secundi Nocturni, hæc inveniuntur verba: *Licet à temporibus Apostolorum insignis Civitas Secoviensis Episcopali munere condecorata fuerit, vtpotè, qua divinum illum Hierotheum Apostoli Pauli Discipulum, qui (vt ait Beatus Dionysius) Assumptioni gloriosissima Virginis interfuit, primum Episcopum habuerit: persecutionum tamen acerbitate, & temporum iniuria ad vsque Gothorum Regum tempora, alta oblivione eius Antistites sepulti sunt;* quantæ sint authoritatis hæc Breviaria ad probandas Patrias dignitates, status, & mortes Sanctorum præclarè docet Pater Antonius Quintanadueñas, lib. Sanctorum Toletanorum, advertent. 9. in ordine ad celebrādum, num. 3. fol. 25. ibi: *Ocupan el segundo lugar los Breviarios de la Iglesia Romana, ò de las particulares Iglesias, cuyas lecciones, que cōtienen las Patrias, Dignidades, estados, vidas, y muertes de*

los

Anno Christi Domini 64. *los Santos, no ay duda tener grã credito por la ma yor parte a fuer de dispuestas, y cõpuestas por varo nes sabios, a quiẽ se cometieron, y mas se haz en q̃ a vno, ò otro Autor particular, sino es que en este aya razones relevantes que le prefieran.*

Num. 158 *Secundò*, ex Inscriptionibus argumentum desumitur, & ex Rotulis ad probandam alicuius rei antiquitatem, & veritatem; & in hac Alma Secoviense Cathedrali Ecclesia, multis ab hoc retrò annis, in Capella Conceptioni Deiparæ Virginis Mariæ dicata, per gyrum in sublimi sacelli parte; hæc hodie depicta verba legũtur, literis vetustatẽ magnã indicẽtibus: *A tempore Divini Hierothei discipuli Beati Pauli istius Civitatis Præsulis, illibatam Conceptionẽ sanctissimæ Virginis Deiparæ Mariæ, toto cordis, & mentis affectu sancta hac Ecclesia celebrat, & tuetur: & tandem voto, & iuramento firmavit.* Inscriptiones hæ, Tituli, Monumẽta, & Epitaphia, quæ (teste Tertulliano in Apologetico, cap. 16.) semper apponi solent, vt in æternum heroum memoria vivat, probationem magnam facere communis est Doctorum sententia; & probant glosa in cap. *Cùm causam*, verbo: *Per libros*, & cap. *Sanè* 22. q. 2. Augustinus Barbosa de *Potestate Episcopi*, allegat. 72. n. 41. sequens Paulum à Castro in leg. *Si sepulchrũ*, Cod. *de Religiosis, & Sumptibus funerum*; Bartholum in leg. 1. num. 3. ff. de *Bonorum possess*. Alexãdrum cons. 90. n. 22. vol. 6. & Caldã Pereiram de *Emptione, & Venditione*, cap. 11. n. 21. Quantum etiam probent in Patronatibus Ecclesiæ verificãdis, declarat Baldus cõs. 301. lib. 5. & exornãt Riccius in praxi fori Ecclesiastici, resolut. 125. num. 3. & Tuscus, verbo *Scriptura*, conclus. 84. & ita censuit Rota Romana in vna Hispalẽsi, 26. Maij, anni 1590. de qua meminit Ioã-

Anno Christi Domini 64.

nes Garcia de Beneficijs cap. 9. num. 61. Et tanti apud antiquos Inscriptiones hæ habebantur, vt pœna mulctarentur, qui eas tollerent, aut oblinirēt, ita decrevit I.C. Vlpianus in leg. *Si quis* ff. de *Iurisd. omnium Iudicum*, ibi: *In albo, vel in charta, vel in alia materia propositum erit, dolo malo corruperit, datur in eum quingentorum aureorum iudicium, quod populare est*: Consonat lex penultima, ff. de *In ius vocādo*. Hancquè prædictæ Capellæ inscriptionem haud minimè conducere ad Hierothei Secoviensem sedē Episcopalem comprobandam, in proprijs terminis defendit Pater Antonius Quintanaduēñas, lib. Sāctorum Tollerandorum, advertentia 9. in ordine ad celebrādum num. 4. fol. 25.

Num. 159 *Tertiò*, ex Picturis ratiocinari valemus, vt idētitas Hierothicæ Secoviēsis sedis haud evanescat. Depicta inspicitur Imago sancti Hierothei Pontificalibus induti vestibus in Sacristia Cathedralis Secoviensis Ecclesiæ, illucquè tanquam primus Præsul, & Episcopus Secoviensis est collocatus, cùm Ecclesia adhuc in structura perfecta non sit; alij papyracej Hierothei Icones in Civitate inveniuntur, de quibus infra dicetur. Sed non vnica hæc pictura in Civitate, & Diœcesi tantū agnoscitur; sed aliæ multæ, ex quibus comprobatur quàm firma sit Traditio sui Pontificatus in hac Civitate, & Diœcesi, nàm aliàs de sancto Hierotheo haud ita specialis, & crebra fieret commemoratio, & devotè pictis suis tabulis, & Imaginibus vterentur, nisi tanquàm Patrem, & Pastorem agnoscerent, & recolerent.

Num. 160 *Quartò*, ex Imaginibus idem sit iudicium, ac de Picturis, & fortè nullus erit sivè in Civitate, sivè in Diœcesi Secoviensi, qui non papyrea aliqua Imagine Divi Hierothei ad suam, erga sanctum,

Anno Christi Domini 64.

devotionem promovendam, vtatur, tùm Breviarijs, tùm libris, tùm parietibus infixis continuò videntur, & omnium in manibus esse experiẽtia docet, cum annuatim in Cathedrali Ecclesia in Sabbato Maioris hebdomadæ, dũ, *Gloria in Excelsis*, in Missa decantatur; Imaginum prædictarum plenissimæ manus Templo sursum emittuntur, vt fideles adstantes Sacrificio, post intonationem *Alleluia*, de sursum illud recipiant, in illis prælo excussis imaginibus sancti Hierothei, in quibus supra caput Sancti exaratũ est *Alleluia*, & per gyrũ Imaginis, hæc, nostro Hispano idiomate, verba: *San Hierotheo primero Obispo de Segovia.* Quis non videt, quãta sit in corde istorum fidelium memoria tenera sui primi Antistitis, & Pastoris Hierothei? Quantisquè exemplis eius Traditionem roborent, dum omni via Episcopi istius sanctissimi Cõmemoratio peragatur? Nec ita recens, & indubitata esse posset si id præsens ipsemet Hierotheus adhùc vivens istius suæ Ecclesiæ gubernaculum possideret, & infulas Pontificiæ Dignitatis indueret.

Num. 161 *Quintò*, ex Templis, Capellis, Altaribus publicum cultum demonstrari docuit Cardinalis Bellarminus de Sanctorum Beatitudine lib. 1. cap. 10. & sequutus est Gavantus tomo 2. Thesauri Sacrorum Rituum, sect. 7. cap. 10. n. 15. In maiori, & Cathedrali Ecclesia hodie Capellæ duæ, & Portæ duæ sub nominibus *Sancti Fructi*, & *Sãcti Hierothei* erectę, & fabricatæ videntur; Porta, & Capella Divo Fructo dicatæ, respiciunt ad Septẽtrionem; Porta, & Capella Divino Hierotheo sacratæ, ad Meridiem. Traditur etiam in Ecclesia Cathedrali perantiqua, & prima etiam illas duas fuisse Capellas eisdem Sanctis consecratas, quare in noviori principaliores, & altiores fuisse dele-

ctas,

Anno Christi Domini 64.

ctas, vt præfatis Sanctis *Fructo*, & *Hierotheo* deservirent. Immemorialis Traditio hæc apparet, cùm reperiatur, vetustiorē Cathedralem Ecclesiam ad annum 1228. fuisse consecratam à Cardinale Ioanne Episcopo Sabiniēse (cùm esset Episcopus huius Civitatis, & Diœcesis D. Bernardus) 16. mensis Iulij, vt tenet Didacus Colmenares in Historia Secoviense cap. 21. §. 1. fol. 192. quo in tempore (vt aiunt) iam erāt dicatæ Capellæ *Fructo*, & *Hierotheo*, & Ecclesia erecta ab anno 1144. per Alphonsum Imperatorem, anno 9. Imperij sui, Quinto Nonas Marcij, era M.CLXXXII. teste dicto Colmenario c. 16. §. 1. fol. 129. Novior autèm ædificari cœpit, anno Christi nati 1522. vt idem Colmenarius cap. 39 §. 2. fol. 485. affirmat, vndè, sivè respiciamus veterem, sivè novam Ecclesiam Cathedralem, in quibus de sancto Hierotheo memoria agebatur, Traditioquè cultus originem sumpsit, centenario sæculoquè vno maior videtur, simulquè hominum memoriam excedere.

Num. 162 *Sextò*, capitis sacri Hierothei Fragmētis, Reliquiaquè, quibus Ecclesia sua fruitur, Traditio etiā eius sedis roboratur, & cōfirmatur. Lipsana hæc ab Abbate, & Monachis Monasterij Sandovallēsis Cisterciensis Ordinis condonata fuère Secoviensi Cathedrali Ecclesiæ tanquā Sponsæ Sancti illius. De inventione istius capitis in Sandovallēsi Cœnobio multi tractant, sed cui non minus credendum venit est, Patri Francisco Bivario eiusdē Ordinis tanquàm oculato testi, qui prædictæ invētioni adfuit, ita ille in Apologetico pro Flavio Lucio Dextro, Vrbano 8. Pontifici Summo dicato, in §. 5. fol. 18. num. 31. & 32. hincquè idem Bivarius argumentū desumit pro Hierothei Hispano origine, & sede Episcopali Secoviense, etiam

Anno Christi Domini 64.

ad annum 1625. hic inæstimabilis thesaurus inventus noscatur in nostra Hispania, & dicto Cœnobio Sandovallensi, sic Bivarius ait: *Argumentum ex nupera pretiosi capitis Divini Hierothei inventione desumitur, de quo, tametsi multi scripserint ab Hispania originem duxisse, nemò tamen (vno Dextro excepto) ipsum Hispanias iturum, prædicandi Evangelij gratia, peragrasse, & Secoviæ Episcopū sedisse, testabatur: istud verò testimonio capitis nuper reperti, aut recogniti, non leviter probatū est; nam eo ipso in Hispanijs obijsse deducitur; cuius caput in ibi reperitur; dum aliàs de eius translatione non constat. Vndè, cùm Athenis existimabatur obijsse, multa terrarum intercapedine erratum à Græcis convincitur.* Prosequitur, num. 32. enarrare modum inventionis prædicti capitis, incipiens his verbis: *Anno præterito Iubilæi, 1625. &c.* istius sacri capitis quatuor cranei Fragmenta ad Ecclesiam Cathedralem Secoviensem, tanquā ad eius Spōsam, Pater Abbas, & Monachi illius Sandovallensis Monasterij, anno 1650, miserunt, vt Patris, & Pastoris sui Lipsanis sacris gauderent. Hæc pignora Canonici duo ab Ecclesia Secoviense missi apparatu magno, & nō exiguo gaudio ad suas pertulerūt oras, & solemni Ritu Ecclesia, & Civitas ad Cathedralem Ecclesiā processionaliter introeuntes; post Fidelium debitam exhibitam venerationem, & multas immissas preces, Sacrario eiusdē Cathedralis custodienda reposuerūt (vt latius anno 1650, agemus; & ad amusim omnia notabimus.)

Num. 163 *Septimò*, non minus probant sedem Festivitas, & cultus (cùm hæc propter eam noscatur fieri) cùm plenè probēt Sāctitatem, Beatificationem, & Canonizationem in vnoquoque Sancto; vnde rectè sentit Pater Fagondez in 5. Præcepto Ec-

Anno Christi Domini 64.

clesf. lib. 1. cap. 4. nu. 14. non esse licitum in Altari publico in Ecclesia collocare Imagines Sãctorum non canonizatorum eodem modo, quo statuuntur Imagines aliorum Sanctorum, qui iam sunt canonizati; nec hoc Dominos Episcopos posse permittere, nec huiusmodi licentiam dare; nam id esset tacitè, & virtualiter canonizare huiusmodi viros Sãctos; at verò, quando iam publicè coluntur, & de eis fit Commemoratio, seu Festivitas, de eius sanctitate nullatenùs dubitare licet, maximè intervenientibus requisitis ab Apostolica sede pro veneratione Sanctorum iam dispositis, & iussis. Nec minùs credere convenit in hac Secoviense Cathedrali Ecclesia, propter Traditionem Episcopalis sedis Divini Hierothei, annis singulis, Dominica proximiore Quarto Nonas Octobris fieri solemnem Commemorationẽ eiusdem Sancti cum Missa solemni, metrico cantu, & panegyrica oratione, & hoc in die Reliquias Fragmẽtorum capitis præfati Sancti, populo adorandas exhiberi, vt nos etiam iteratò eas adoravimus. Tacemus alijs in terris celebritates sancto Hierotheo factas, cùm tantùm respiciant eius sanctitatem, non Secoviensem sedem, de qua nũc agimus.

Num. 164 *Octavò*, Traditio Secoviensis Hierothei sedis etiam probatur ex eius nominis in sacro Baptismatis fonte impositione. Et licet sancti Fructi Patroni sui Secovienses Incolę meminisse videãtur, vt non tantùm suis apud Deum commẽdent precibus, sed filios suos, suo etiam nomine condecorando, in sacro illud Baptismi lavacro suscipiẽdo. Vnde multi in tota Diœcesi *Fructos* nuncupentur, oblitos haud fuisse Patris, & Pastoris sui Hierothei, vt nullos sacro suo nomine, & Baptismatis fonte insignitos deducerẽt, cùm tam in Civitate,

Anno Christi Domini 64.

quàm per totius Diœcesis loca *Hierotheos* quàm plurimos nominatos inveniri dignoscatur; hocquè nomen in regeneratione spirituali accepisse, ex Libris Parœciarum apertissimè etiam cõstet. Vno contenti erimus testimonio authẽtico, quo non solùm id plenissimè probabitur, sed à computatione temporum, quantum Flavij Lucij Dextri de Hierotheo Episcopo Secoviense alloquentis elucescat, monstrabitur, antiquiorem què etiam editione sui Chronici Traditionem huius Sedis fuisse patebit. Inter miracula Sancti Fructi, quæ authentica in suo Monasterio Priorali Ordinis Sancti Benedicti huius Diœcesis servantur, vnum reperitur tenoris huius: *En diez de Iulio de el año 1611. siendo Prior el muy Reverendo Padre Fray Iuan de Santaren, vino a esta santa Casa, y Monasterio del Señor S. Frutos, Hierotheo Sanz, y truxo un nieto suyo llamado Iuan Bravo, vezinos de Barbolla, y dixo, que estando el dicho niño desauciado de los Medicos, de la enfermedad del garrotillo, el dicho su Abuelo le encomendò al señor San Frutos, y le prometiò traer a su santa Casa, y luego sintiò el dicho niño gran mejoria: testigos que se hallaron presentes, el Licẽciado Iuan de Cordova, Cura del dicho Lugar, y Pedro Bravo, y Catalina de la Peña nuera del dicho Hierotheo Sanz: En fee de lo qual, yo el dicho Prior lo firmè de mi nõbre, y el Padre Fray Alonso Serrano en nombre de todos.* Ex hoc documento duo præcipuè deducuntur principia; *Primum*, propter reverentiam, & devotionem Divini Hierothei suo nomine fuisse aliquos sacro in Baptismi fonte *Hierotheos* nuncupatos; *Secundum*, morem hunc (simul & Traditionem Sedis Secoviensis Hierothei) prius quàm Flavij Lucij Dextri Chronicum prælo excussum in Hispania

Anno Christi Domini 64.

nosceretur, nec de eo aliqua notio fuisset, iam in Secoviēte Diœcesi sumpsisse principium, memoriamque de primo Præsule suo Apostolo, & Episcopo Hierothen apud Secovienses, & totius Diœcesis indigenas maximè refulxisse, talique Pastore aliquando in viam reductos fuisse, de quo non parum iucundabātur; vndè minimè dici potest Secoviensibus notum eius nomen per evulgationē dicti Chronici Dextri, quod patet manifestè ex sequenti temporis calculatione. Chronicū Lucij Flavij Dextri lucem aspexit, & evulgatum est in Hispania, anno Christi 1594. ita Bivarius in Apologetico ad Vrbanum 8. Summum Pōtificem, §. 5. num. 26. folio 15. in fine; postea Cęsaraugustæ prælo excussum videtur anno 1619. Hierotheus Sanz ad annum 1611. nepotem suum ad Cœnobium Benedictinū Sancti Fructi huius Diœcesis penso emissi voti soluendo, duxit; tunc ad minus triginta debebat esse annorum, nā nisi quatuordecim haberet, nubere non valebat; quia tūc pubertas incipit; quæ in masculis decimoquarto anno, & in fœminis duodecimo continetur, iuxta legem finalē, Cod. *Quando tutores*, leg. *Qua ætate* 5. ff. *Qui testamenta facere possunt.* Hanc certam ætatē esse præfinitam ad contrahendum matrimoniū probant textus in leg. *In sponsalibus* 14. ff. de *Sponsalibus*, & cap. 2. de *Desponsatione impuberum*, leg. *Hæc conditio*, ff. de *Conditionibus, & demonstrationibus*, cap. *Continebantur* 6. de *Desponsatione Impuberum* cum multis alijs adductis à D. Didaco de Narbona; de ætate ad omnes humanos actus requisita, anno 14 q. 9. n. 2. fol. 219. vt filius etiam suus posset ducere in vxorem, alios 14. debebat annos habere completos, & ad minus duos inter vtrumque, in conceptione, & partu transigere; qui 30. numero com-

pu-

Anno Christi Domini 64.

putantur; vndè ad annum 1582. iam Hierotheum Sanz vitam agere incompertò est, Hierothei nomine in sacro Fonte designatum decimo tertio annò ante evulgationem, & publicationẽ Chronici Dextri, quod annò 1594. typis datum, ab omnibus agnoscitur, & affirmatur, ergo Traditio Secoviensium Incolarum Hierotheum eorum fuisse Episcopum, & Pastorem, prior, & antiquior editione illius Chronici fuit, nec ab illo principiũ sumere (vt aliquis minus rectè credidit) potuit; nec facilè posset, propter eius antiquitatem, initium Traditionis indigitare; sed potius credendũ veniat à principio prædicationis Divini Hierothei, & suæ Episcopalis sedis Secoviensis ad hæc vsque tempora perpetim elapsam; licèt iniuria tẽporum, & frigescẽte devotione, in aliquam tãti Patris oblivionem data sit memoria, vt non ad aspectum Reliquiarum suarũ, & in conventu solemnitatis suæ (*vt in sancto Fructo experimur*) in dies magis, ac magis cultus eius, & celebratio cresc erent, cũ penè ab anno 1650. eius sacris Lipsanis fruamur, & naturæ nostræ ea sit cõditio, vt nisi stimulis agitata, exanimata facilè torpescat. Haud singulare, & vnicum relatum est prædictum Monasterij sancti Fructi testimonium de impositione nominis Hierothei in Baptismatis fonte Hierotheo Sanz Incolę Batbollensi, sed quia illa nominis impositio præcessit evulgationem Chronici Lucij Flavij Dextri; vndè sine controversia, nec aliquo dubitationis scrupulo probatum relinquitur, antiquiorem fuisse Traditionem Secoviensium Hierotheum suum fuisse Præsulem, notitia illa ab ipso Chronico Dextri emanata; nàm multos Diœcesis Secoviensis indigenas hoc Hierothei nomine fuisse signatos, non latet; nã in Parœcia sancti Stephani huius Civitatis, libro bap-

Anno Christi Domini 64.

tizatorum adscriptus invenitur quidam *Hierotheus Martinez*: & in Parœcia sancti Æmiliani eiusdem Civitatis *Hierotheus Argelos*; in loco (vulgo Arevalillo) *Hierotheus de San Iuan.* Et sanè prolixum foret adnumerare velle, & nomẽclaturam facere illorum, qui dicuntur hoc esse nomine vocati, sed tantùm hos adducimus, vt pateat, quod si multi ob reverẽtiam, & devotionem sancti Fructi Civitatis Patroni *Frutos* vocentur, alios etiam esse, qui ob sanctitatem, cultum, & reverentiam Divini Hierothei primi sui Pastoris, & Episcopi *Hierotheos* appellentur.

Num. 165 *Nonò*, ex instrumentis etiàm Traditio sedis huius probata videtur (& relictis documentis illis tàm de vita & Actis Divi Hierothei, Officio proprio, & Missa eiusdem Sancti, anno 1648. á Cathedrali Secoviense Ecclesia confectis, & posteà Alexandro 7. Pontifici Maximo, nunc feliciter Ecclesiam regenti, missis, de quibus illo anno egimus) nobis quędam iuridica Informatio exhibita est, quam recipi iussit Illustrissimus, & Reverẽdissimus Dominus D. Frãciscus Zarate & Terã Episcopus Secoviensis (nunc meritò Cõchensis) die 5. mensis Decembris, anno à Virgineo partu 1663. in qua viginti testibus (cum qualitatibus à iure ad probandum requisitis) plenè probatur Traditio huius Episcopalis sedis Secoviensis Divi Hierothei: Et cum sit de re perantiqua, & de auditu maiorum suorum, memoriam hominum excedente, quatenus origini magis accedũt, de qua quæritur, plus probant per leg. *Desiderium*, Cod. *Depositi*, *Authent.* de *Fid. instrum.* § *Verò*; & in concursu probationum illa magis probet, quæ sit instrumentalis, fortiorquè probatione testium habetur; & dicitur probatio probata, non indigens suæ veritatis probatione, maximè cùm non

Anno Christi Domini 64.

sit res, quæ ei opponatur, nec falsitatis suspicio. Hinc intulit Baldus in leg. *Quoties* in fine, Cod. de *Iurisdictione*, nõ esse necessarium probare instrumentũ esse verum, quia pro se habet veritatis indicium, magnâquè fidem semper instrumẽtis his; ab omnibus fuisse concessam notavit Laymã lib. 3. tract. 5. c. 9. n. 6. & Historijs Hispanicis (ex his iuridicis Informationibus antiquis papireis, & alijs Instrumentis, deceptis) idẽ tenuerunt Ioannes Garcia de *Nobilitate* glos. 7. nu. 18. fol. 195. col. 1. ad mediũ; Otalora de *Nobilitate* 2. p. c. 4. num. 3. Ioãnes Gutierrez *Practicarum Quæstionum*, q. 13. num. 23. & quando antiqui, prædecessoresquè nostri tantam fidem huic Traditioni dederunt, nos maiorem exhibère omninò tenemur, vt docet glossa admirabilis, verbo *Magis* in cap. *Inter dilectos* de *Fide Instrument.* quam allegat ad casum Xuarez, allegat. 8. nu. 21. & sequentibus: Casaneus in *Catalogo gloria Mundi*, p. 10. considetatione 46. in fine: Mascardus de *Probationibus*, conclus. 105. num. 9. & conclus. 398. nu. 5. Gutierrez *Practicarum Quæstionum*, q. 13. tit. 3. num. 23.

Num. 166 *Decimò*, & vltimo ad Auctorum, & Scriptorũ Ecclesiasticorum probationem deveniendo, ex eis nõ levis, nec semiplena probatio de Hierothei Secoviense Episcopale sede deducitur, sed plena, & superplena noscitur, in quam gravissimi, & antiquissimi Scriptores libenter, & concorditer consentiunt. Viginti sex adminus numerabimus Auctores, de Hierothei Episcopale Secoviense sede deponentes; si respiciamus numerum superplenam videbimus effecisse probationem; si intueamur qualitates eorum, omni inveniemus esse exceptione maiores. Supremus ille Legislator Deus, & iustus Iudex duos, vel tres testes sufficere

ad

Anno Christi Domini 64.

ad plenè probandum, & ad condemnādum dixit, vt legitur Deuteronomij cap. 17. verſ. 6. ibi: *In ore duorum, vel triū teſtium peribit, qui interficietur:* Idem repetit in cap. 19. verſ. 15. & Christus Dominus: *In ore duorum, vel trium teſtium ſtare omne verbum,* dixit per Evāgeliſtam, & Apoſtolum ſuum Mattheum cap. 18. verſ. 16. ſic etiā docuit Divus Paulus ad Corinthios ſcribens 2. Corinth. cap. 13. verſ. 1. ibi: *Ecce, tertiò venio ad vos, in ore duorum, vel trium teſtium ſtabit omne verbum.* Hoc etiam in Iure Canonico, & Civili pro regula in probationibus invenitur ſtabilitum; nam Vlpianus, de numero teſtium loquens, ita ait in leg. 12. ff. de *Teſtibus. Vbi numerus teſtium non adijcitur, etiam duo ſufficient, pluralis enim locutio duorum numero cōtenta eſt:* Et Summus Pontifex Eugenius in cap. *Quotiens aliqui*, de *Teſtibus* eundem numerum aſsignat ad plenam probationem faciendam: *Quotiens aliqui* (inquit) *propter cognationē propinquitatis ſeparari petuntur: duobus, vel tribus teſtibus adhibitis, qui de eadem cōſanguinitate ſuperſint, vel totidem ſenioribus, & melioribus loci eiuſdem id debet legitimè comprobari.* Cōſonat gloſſa in cap. *Præſul* 2. q. 5. ſequūtur Abbas, & communiter Scribentes, in cap. *At ſi Clerici*, de *Iudicijs*; & Antonius Gomez tom. 3. *Variarum*, cap. 12. n. 9. ſi ergò numero duorum, vel trium teſtium nititur veritas in probationibus, quid dicetur de viginti ſex, ita omnibus requiſitis ad probandum, & fidem faciendam prædictis? Quis dubitandi locus relinquitur? Nec prudenti homini, vt prudenter de eius veritate ambigat? Sed magna (& quaſi phyſica) moralis certitudo oriatur, qua verum fuiſſe quod dicitur, ſine hæſitatione credatur. Videamus nunc Scriptores, qui, quæ, & quādò de Sede Secovienſe Hierothei

pro-

Anno Christi Domini 64.

protulère, vt de eorum sententijs lectores iudiciū agant, & simul agnoscant, an hæc Traditio conveniat narrationibus, & affirmationibus suis.

Num. 167 Flavius Lucius Dexter, qui vsque ad annum Christi nati 430. Chronicum suum Omnimodæ Historiæ distulit, hæc de Hierotheo ad annū 71. profert: *S. Hierotheus, natione Hispanus, quem à Paulo conversum, Discipuli sui Dionysij gloria clarum fecit, ad Hispanias se contulit, prius Episcopus Athenē̄sis, post Segoviæ in Arevacis Episcopus, sanctitate mirandus habetur.* Quantum sit differendum prædictæ Authoris sententiæ (prçter id, quod multorum aliorum Authorum post eum scribentiū accedat iudicio) multa docent, & suadent; *Primum*, quòd sit Authoris, & Scriptoris Clasici, qui plenè probat (maximè cùm nihil in contrarium sit): *Secundū*, quia sui Chronici veritas in aliquibus è Cęlo invenitur canonizata: *Tertium*, quia à sacris Doctoribus est admissa: *Quartum*, à purpuratis Ecclesiæ Principibus laudata: *Quintum*, à Rota Romana sequuta: *Sextū*, à sacra Rituū Congregationē recepta. *Septimū*, ab Historiographis, & Chronographis Magnis illustrata: *Octavū*, ab Scriptoribus pasim amplexata: *Nonum*, à Doctis Viris, & in Ecclesiastica Historia aptimè versatis, Commētarijs diffusis, explanata: *Decimum*, ab insipientium invidorum, Aristarchorumquè hominum morsibus liberata. Sed descendamus ad probationes, cùm sufficiens non sit allegatio, quando requiritur probatio.

Lucius Flavius Dexter scripsit, anno 430.

Num. 168 *Primū*, quòd Flavius Lucius Dexter Clasici Authoris gradum obtineat, & de eo benemerēti haud facilè ei posset denegari, patet. Scriptor Clasicus vnus dicitur duplici ratione, quia classem facit apud alios Scriptores, vel quia facilè Princeps, & primus in re, de qua agit, invenitur. Classem

Anno Christi Domini 64.

facere in Historiographis, & Chronographis Dextrum, apertissimi iuris est, cū circa fragmēta, quæ hactenus reperta sunt, suæ omnimodæ Histo giæ tot Asseclas tā Hispanos, quàm exteros post se habeat, suā in omnibus amplectentes, & sequētes sententiā (vt ex his, quę intra dicemus, apparebit) Princeps, & primus in scriptis suis, quid sit, ipsæ res loquantur, cùm multæ penitus absconditæ ignorabātur, laborique suo, vt hodiè haud solùm sciantur, sed præ manibus habeantur, sanè debetur. Ex quibus quantus honor Hispaniæ rebus, & toti Ecclesiæ Sanctæ sit adauctus, plena manus gravissimorum virorum passim testatur, & opus ipsum demonstrat, & declamat. Nunc restat vidère, an vnus Classicus Author plenè probet (licèt singularis sit) & sufficiat pro Sede, & Ecclesiastico natalitio & temporali Hierothei, asseveratio Dextri (relictis aliorum testimonijs idem sentiētium) Hanc quęstionem invenimus agitatam in proprijs terminis apud Patrem Antonium Quintanadueñas, in suo libro *Sanctorum Toletanorū*, advert. 8. in ordine ad celebrandum, & iuridicis principijs & fundamentis eam affirmativę resolvit, rationem suæ sententiæ reddens; quia licèt testis singularis non plenè probet, Leg. *Iuris iurandi*, Cod. de *Testibus*, cap. *Veniens*, capit. *Licet ex quadam*, eodem tit. intelligi debet, quandò intervenit gravamen tertij, sed quandò eius dicto nō nocetur alicui, plenè probare defendunt Iasso in leg. *Admonendi*, ff. de *Iureiurando*, n. 183. & ex Barthulo, Alexandro, Tuscho, Calcaneo, Decio, Cravera, Marsilio, & Maschardo tenet dictus Pater Quintanadueñas vbi supr. n. 2. & dicit cōmunē Iasso; & in tali casu dictū iuratū partis sufficere, tenēt Bartholus, & Baldus in dicta leg. *Admonendi*; Oldradus cons. 60. vol. 2. Corneus cōs.

Anno Christi Domini 64.

Num. 167.

Lucius Flavius Dexter obijt, anno 430.

Num. 168.

Anno Christi Domini 64.

318.lib.4. Albertus Brunus de *Rebus dubijs*, col. 2.nu.12.& in rebus antiquis, cùm difficilis probationis sint, maiorem obtinère locum? Hāc sententiā defendit Decius, conf.17.n.11. & sequentibus, lib.3. immò sufficerent coniecturæ, & presumptiones, vt Mascardus, de *Probationibus*, cōclus.487.n.11.& 12. docet. Quid ergo, si attestatio sit singularis viri, & Religiosi? Hūc plenè probare notavit Curtius Iunior conf.163.nu.20. ibi: *Dictū singularis viri, vel Religiosi probatæ vitæ fidem facit.* Vndè colligit Pater Quintanadueñas vbi supr. num.8. quòd sicut in relatis casibus probat testis singularis, non minus fidem faciet Author, & Scriptor, qui de Sede, natali, Dignitate, loco Martyrij alicuius Sancti deponit, vti fecerunt Flavius Dexter; Marcus Maximus; Luitprandus; Iulianus Petrus, & alij eiusdem censuræ & classis Scriptores; hocque (omisso Iure civili, & Canonico) in bona Theologia fundari ex Azorio; Angelo; Silvestro; Navarro; Sanzio; Vandelo; Biesero; Vazquez; Lorca, Turriano; Villalobos, & Granados novitèr docet Pasqualixius, tom.1. decis. 360.num.1. cum Merola tom.1. disput.3. cap.4. num.4. nam vnus Author probationem Theologicam facit, si sit Classicus, opinionemquè probabilem in ea re, de qua nullus alius egit, & ille docuit: Quos adducens idem Quintanadueñas vbi supra, nu.9.& 13. resolvit, quòd si consultationi, & censuræ Theologorum dubium hoc iudicandum mitteretur, an vna Ecclesia Hispana, iuxta Bullas Summorum Pontificum Pij 5.& Gregorij 13. quæ Ecclesijs Hispaniæ indulgent, vt recitare posśint de Naturalibus Sāctis suis, cum solū vnus adsit Classicus Doctor, qui talem fuisse affirmet, alij vero negēt, posśit de prędicto Sācto suo Naturali celebrare? Et affirmativè posse respondit, quia

Anno ChristiDomini 64.

talis Doctor in speculativo probabilem opinionem facit, & perconsequens in practico, vt docuerunt Thomas Sanchez lib.2. de *Matrimonio* cap.41.num.5. & libro 1. *Summa* cap.9. Ioannes Sancius *Selectarum* disput.44. nu.63. & disput. 54.num.1. Et proprijs in terminis ita cēsuit Frater Melchior Canus, lib.11.de *Locis Theologicis*, cap.4.ibi: *Historici graves, ac fide digni, quales nōnulli sine dubio, & in Ecclesiasticis, & in saecularibus fuère, probabile argumentum Theologo suppeditant.* Ex quibus quantum deferri debeat authoritati Flavij Lucij Dextri Hispanum, & Episcopum Secoviensem Hierotheum fuisse affirmantis, satis ex prædictis edocemur.

Num.169 *Secundum*, quòd in aliquibus, Dextri veritas miraculis sit demonstrata, & canonizata, ex praevia sui assertione de Martyrio Sanctorū aliquorū in ijs Hispaniarū Regnis, patet; nam duæ celebres subsequutæ Reliquiarum eorum inventiones dignoscūtur, vna in Mōte Illiputitano in Turre Turpianà Civitatis Granatensis, alia in Civitate Vrgabonēsi in Betica, in Turre, quæ hodie Sanctorū dicitur, sanctorum Bonosij & Maximiani Martyrū, eorumque sociorū; istorū, & illorū sacra Lipsana venerationi, & publico cultui exposita, miraculis quā plurimis coruscāt, & è Cœlo veritatem eorū cōfirmari signis & prodigijs quotidiè videtur. Vndè Dextri veritas, si in terris dubia aliquādo existere potuit, in his saltem apertè claram, & certam Cœlum monstravit; ex quibus argumentū desumi debet, de eius veritate quoad alia, quę scripta, & ad structa reliquit. Hoc idem argumētum (quoad vtramque inventionem) facit Pater Franciscus Vivarius in Apologetico, §.5 nū.27. fol.16. *Secundum præfata authoritatis argumentum* (inquit) *à Sāctis Martyribus Mōtis Grana-*

tensis desumitur. Constans siquidem veritas est, quam præfati modo sumus, Codicem hunc in Hispanias aduectum, anno Christi 1594. *idque ex literis Patris Torralba Societatis Iesu Presbyteri, qui Vvormatia misit Toletum, perspicuè apparet: At qui anno sequenti* 1595. *Montis Granatensis supercælestis thesaurus apertus est, & primores Euāgelij Prædicatores nostri in lucem dati, eorūdemque Martyrium, & Lipsana, quæ per annos* 1500. *sub terra iacuerant, excavata. Et quod ad rem maximè facit, plumbeis notati tabulis agones Martyrum, & certa Martyrij tempora; & tamē nec latum vnguem à Dextri discrepant scriptis; cū nihilominus quædam longè à communi hominum æstimatione contineāt, qui enim vulgo Confessores habebātur, Martyres mōstrati sunt, & quod omnium Scriptorum notitiam aufugerat, anno* 2. *Imperij Neronis, incendio consumpti legitur. Mira igitur Dei providentia accidit; vt Dextri adventus tabularum illarum inventionem præveniret, quo, nimirùm, invicem se se cōfirmarent, & Dexter thesauro Illipuritani Montis fidem faceret, & nunc ipsam mutuò ab eodem acciperet; Et ne quis de rebus apocryphis dixerit nos sermonē facere; operæ pretiū erit animaduertere, quod ad Reliquias eorundem Martyrum spectat, auctoritate Apostòlica; magna; & solerti præmissa indagine, publicæ venerationi, populo Christiano exposita esse.* Etiam in inventione prædictarum Reliquiarum multa Dominum patrasse miracula in confirmationem illarum affirmat Gregorius Lopez Madera in lib: Discursos del Monte sancto de Granada; cap. 4. fol. 11. ibi: *Y porque despues de avernos Dios hecho esta merced; se dudava de la santidad del lugar, y certeza de las Reliquias, y en esto no podia la ciencia humana dar certidumbre, aunque po-*

Anno Christi Domini 64.

dia con sus conjeturas averiguar muchas verdades, y satisfazer todas las dudas, no quiso permitir, que la naturaleza de lo que es question, y disputa, dexasse a cada uno seguir su parecer y juizio, y assi començaron luego a hazerse tãtos milagros en aquellas Cuevas, y santo Monte, que pocas invenciones de Santos han sucedido honradas con mas testimonios. De donde fue siempre mi opinion, que principalmente ha querido Dios obrar estas maravillas, no para solo confirmacion de las Reliquias, sino tambien, y mucho mas, para la doctrina de los libros que con ellas se han descubierto, y son tan importantes en su Iglesia Catolica. De alia inventione Sanctorum Vrgabonensium Bonosij, & Maximiani Martyrum, illorumque sociorum etiam agit (pro veritate Dextri) Idem Pater Bivarius in prędicto Apologetico, §. 6. fol. 19. num. 33. vbi late pertractat per totum §. a num. 33. vsque ad 40. Multi alij insequuti sunt Authores (quos, brevitatis causa, consultò omittimus) in medium solùm adducens Magistrum Franciscũ Rus puerta in sua Historia Ecclesiastica Giennẽsis Episcopatus, Siglo 1. cap. 1. nu. 3. fol. 3. ita de authoritate Dextri circa locũ Martyrij Sanctorũ Bonosij, & Maximiani attestãtis, sic loquentem. *De la autoridad de Dextro (inquit) y del credito que se le debe dar al Chronico, valientemente han disputado los tres Autores que citè; pero quien se lo ha aumẽtado es el Cielo con el descubrimiento milagroso de las sagradas Reliquias de los Martyres de Arjona. Dextro fue el que abriò el camino, y el Cielo prosiguiò con tãtos milagros, y prodigios, y maravillas, quantos en invencion de cuerpos de Santos, no se lee aver sucedido. Dioles noticia a los vezinos de Arjona el Doctor Frãcisco Hañez de Herrera, Patron, y Cathedratico de Prima de*

Theologia de la Universidad de Baeza, fundado en lo que escrive Dextro, como en aquella Villa, siendo Presidente Daciano, avian llevado la palma del Martyrio los Santos Bonoso, y Maximiano, de quiẽ haze memoria la Iglesia Romana en su Martyrologio a 21. de Agosto. Afervorarõ se el Clero, y Pueblo, y aviendo alcançado licencia del Eminentissimo Señor Cardenal D. Baltasar de Moscoso y Sandoval Obispo de Iaen, dieron principio a hazerles fiestas, recibiendolos por sus Patronos. Apenas començaron, quando el Cielo con milagrosas luces descubrio el lugar dõde estavan los sagrados cuerpos, y Reliquias, calificãdolas cõ muchos, y extraordinarios milagros, de que se darà quenta en su lugar. Esta por ventura, es pequeña calificacion del Chronico de Dextro? No se vè claramente, que el Cielo està contestando su verdad? Que mayor autoridad puede tener? Y quien avrà tan protervo, que le niegue el credito, que ha confirmado el Cielo con portentos, y milagros?

Tertium, Authoritas Dextri à sacris Doctoribus est admissa, & eius scientia permaximè nota, præcipuè Divo Hieronymo Ecclesiæ Doctori. Coævus fuit istius Sancti Doctoris Flavius Dexter, ambo mutua familiaritate coniuncti. Dexter Omnimodæ suæ Historię opus Hieronymo dicavit, sed cùm finijsset diem, Paulo Orosio Presbytero Hispano misit locupletatũ. Rogatus à Dextro Divus Hieronymus, Librum composuit de Scriptoribus Ecclesiasticis, quem ipsi Dextro dicavit; diversis in locis Operum suorum de eo memoratur, Præfecturam Prætorij administrasse dicit, & Omnimodã Historiam scripsisse, eique dicasse, sed eam non vidisse, dolet; amicum vocitat, eius nobilitatem indicat, & virtutem exaltat. Sic

Anno Christi Domini 64.

primò in Præfatione libri de Scriptoribus Ecclesiasticis, tom. 1. fol. mihi 345. *Hortaris Dexter, vt tranquillum sequutus Ecclesiasticos Scriptores in ordinem digeram*: & paulò post: *Itaque Dominũ Iesum Christum precor, vt quod Cicero tuus, qui in Arce Romana stetit eloquentiæ, non est facere dedignatus in Bruto, Oratorum Latinæ linguæ texẽs Catalogum, id ego in Ecclesia illius Scriptoribus enumerandis digne cohortatione tua impleã.* Et in eodẽ Codice, fol. mihi 383. iterum de Dextro loquitur sic: *Dexter Paciani (de quo suprà dixi) filius clarus apud sæculum; & Christi Fidei deditus, fertur ad me omnimodam Historiam texuisse, quam necdum lego*, & tom. 2. fol. mihi 334. lib. 2. Apologiæ adversus Rufinum, tertiò loquitur de Flavio Dextro, ibi: *Vndè etiam ante annos ferme decem, cùm Dexter amicus meus, qui Præfecturam administravit Prætorij, me rogasset, vt Authorum nostræ Religionis Indicẽ texerem.* Hãc amicitiam etiam Dexter non diffitetur, cùm in Epistola ad Paulũ Orosium suæ Omnimodæ Historiæ præambula, & Dedicatoria, planè cum demonstret, causam vè vt ad manus Divi Hieronymi, cui prius dicaverat, non devenisset, indicat, ibi: *Postquàm ex Oriente (vbi, sicut nosti, Præfectus Prætorio fui) domum redij, cæpit me vehemẽter tædere munium publicorum, totumque me cõverti ad ea studia, in quibus bonam meæ vitæ partem transegi, si non cum laude, citra pudorem tamẽ: Porrò Omnimodam Historiam, quam ab Orbe condito ad hæc nostra tempora (id est) ad annum 430. ad Consulatum 13. Theodosij Iunioris, & Sancto Presbytero Hieronymo non ita locupletatam dicaveram. Sed quia ad eius defuncti manus pervenire non potuit, multis locis auctam, locupletatamque tibi homini Hispano, Laletano, & Hi-* Num. 170

sto-

Anno Christi Domini 64.

storiarum Scriptori ornato, & mei amātissimo nū-cupato, vale. De hac inter Divum Hieronymum, & Flavium Dextrum reciproca necessitudine testantur Commentatores Chronici prædicti Dextri, præcipuè Pater Franciscus Bivarius; D. Thomas Tamaius à Vargas, & Rodericus Caro, præter illos, alij etiā memorantur, scilicet, Magister Franciscus de Ruspuerta in Historia Giennensi, Siglo 1. c. 1. fol. 3. Ferdinandus à Salazar è Societate Iesu, de *Conceptione*, cap. 35. §. 2. fol. 301. D. Michael de Erze & Ximenez, *Predicacion de Sātiago en España*, part. 1. tract. 7. cap. 18. nu. 4 fol. 177. Pater Antonius Quintanadueñas Societatis Iesu, *Santos de Sevilla*, aduert. 6. de la Obra, n. 4. & lib. *Santos de Toledo*, aduert. 10. en orden a celebrar, fol. 27. nu. 2. & 3 Pater Silvester à Saavedra, Ordinis Redemptorū Beatæ Virginis Mariæ de Mercede, de *Sacra Deipara*, disput. 16. section. 21. nu. 749. in fin. fol. 374. & quàm plures alij.

Num. 171 *Quartum.* Invenitur etiam ab Ecclesiæ sanctę purpuratis Principibus Dextri Chronicum receptum, & magnè laudatum. Cardinalis Cæsar Baronius Flavium Dextrum non solùm stirpe clarum noscit, sed insignem eruditione profitetur. Ita in *Annotationibus ad Martyrologium Romanum*, die 9. mēsis Martij, lit. E. verb. *Patiani*, fol. mihi 125. ibi: *Agit de Patiano S. Hieronymus, Libro de Scriptoribus Ecclesiasticis in ipso, & in Dextero eius filio, qui in sæculo etiam clarus, Præfectura Pratorij fuit decoratus, ad quem idem S. Hieronymus inscripsit Librum de Scriptoribus Ecclesiasticis. Porrò Dexter eruditione insignis, scripsit Historiam ad Sanctum Hieronymum, prout ipse testatur, de Scriptoribus Ecclesiasticis in Dextero, & in Apologia adversus Ruffinum lib. 2.* Et idē

Anno Christi Domini 64.

Baronius tom. 4. *Annalium*, anno Christi 392. affirmat Historiam Flavij Lucij Dextri in magnum damnum nostrum, & nocumentum multũ perijsse, eo, quòd non pervenerit, aut accesserit tradenda manibus suis; & tom. 5. anno 395. nu. 42. iterùm de Dextro loquitur sic: *Sed & diximus Dextrum Præfectum Prætorij tempore Theodosij, eiusdem quoquè argumenti lucubrationem elaborasse.* Cardinalis Trejo in Epistola ad Patrem Franciscum Bivarium, pro Commẽtarijs ad Chronicum Flavij Lucij Dextri, summa eloquentia, & admirabili eruditione, ex toto cordis & mentis affectu gratias ei agit, tàm ex eo, quòd ei videndos misisset prædictos suos Codices pro defensione Dextri, quã quòd postea eos sibi, luci deditos, dicasset. Hæc (præter alia) de authoritate Dextri sentisse docet: *Flavium Dextrum (inquit) Hispanum, veterisque Patriæ nostræ, Historiæ insignem Scriptorem, silentij, & oblivionis tenebris anteà obrutum, nunc in lucem profers, fontemquè limpidissimum, occultum antea & trivium omnibus manifestas, gẽtisquè nostræ pervetustam fidem, & religionẽ.* Et infra: *Exiguus liber Flavij, si ad volumẽ ipsum attendimus, grandis si in eo contenta, parvo Codice magna continet, nullũ in eo otiosum lego verbum; dissimilis quidèm est verbosis philosophantiũ Commentarijs, aliorumquè scriptis, in quibus, cùm lõgissimum tempus contriveris, vix quidquam, quod mente retinere debeas, invenies. Non ergo illum contemnemus, qui breviori stylo longam continet antiquarum rerum seriem;* & paulò infra: *In Flaviana Historia, ita omnia disposita, ut plena mercibus diversis parva navis omnia, quæ habet, in conspectu ostẽdat, & in quo libet versu (ne dicam verbo) ponderoso compendio contineat, quæ longiorem complere possent Histo-*

Anno Christi Domini 64.

riam. Scribebat quidem, non vt sapientiam ostentaret suam, sed vt remotiori Orbe habitātem Hieronymum Hispanicæ Religionis certiorem faceret, idcoquè Librum longiori itineri committendum, breviori perstrixit calamo.

Num. 172 *Quintum.* Magnam sibi intulit gloriam Chronicū Dextri, eiusquè in sua Omnimoda Historia, sensus, & sententia, cum non reiectam, sed potius admissam à Sacra Rota Romana, & sequutā videamus. Magna orta est lis (nec adhuc in totum videtur sopita) inter Ecclesias S. Salvatoris, & Beatæ Virginis Columnę in Cęsaraugustana Civitate Regni Aragoniæ, pro Primatu Cathedralitatis earum. Allegata fuit (inter alia) pro Columnæ Ecclesia in Rota Romana, Chronici Lucij Flavij Dextri clausula de *adventu S. Iacobi ad Hispanias*, eiusque, in prædicta Civitate Cæsaraugustana, prima predicatione, & erectione Ecclesiæ, seu Oratorij B. Virginis Columnæ, mādato eiusdem Virginis sibi ibi miraculosè Angelorum catervis stipatæ, cōparentis, & obloquentis; quæ, ad annū 37. Christi Domini nati, ita se habet: *Nam & Iacobus Sanctus Apostolus Zebedai filius, peragratis vrbibus Hispaniæ, multisquè erectis Ecclesijs, & Episcopis creatis ex advenis, Petrum Brachara primum reliquit Episcopum, ac primum Templum, vel Oratorium Beatæ Virginis ex eius iussu præsentiaquè super Columnam Cæsaraugustæ erexit; multa passim miracula patrat; virtute verò Sermonis feroces Hispanorū animos ad suave Christi iugum adducit.* Hæc Dexter. Et hoc pro iure Primatiæ prædictæ Columnæ Ecclesiæ (inter cætera) Romanæ Rotæ adductū est. Valdè tunc in sacra Rota controversum est de fide Chronici Dextri, in quo clausula relata, scripta inveniebatur, & qua Columnę Ecclesia Primatum suum

Anno Christi Domini 64.

& Cathedralis titulum fundabat, quem Pater Lezana, Ordinis Carmelitarum, tunc Romæ degēs, quodam tractatu firmavit, & collustravit. Hoc in tempore Ecclesia Cathedralis Metropolitana Sancti Salvatoris, in eadem Cæsaraugustana Civitate sita, etiam nervosè Cathedralitatis suæ initium, & antiquitatem in ipsa Romana Rota fundabat, suppositamque, & fictitiam allegatam Dextri clausulam fuisse, & Sancti Salvatoris Ecclesiam primam extitisse Cathedralem in Cæsaraugustana Civitate, demōstrare conata est. Eruditi super hoc typis dati, in lucē exijerūt Tractatus varij, & allegationes, ex quibus Librum Ioānis à Ruego Portionarij eiusdem Metropolitanæ Ecclesiæ Sancti Salvatoris titulatum, *Catreda Episcopal de Zaragoza, anno* 1653. & discursum circa executionem executorialium sacræ Rotæ Romanæ pro Cathedralitate Ecclesiæ Columnæ, Regi nostro Philippo IIII. dicatum, labore Doctoris Ioannis Antonij Lope de la Casa, Canonici Lectoralis Ecclesiæ Metropolitanæ Sancti Salvatoris, anno 1660. prælo excussum vidimus, & legimus; & apprimè, dextereque ius pro antiquitate Metropolitanæ Ecclesiæ S. Salvatoris proponitur; dubiaque, quibus eius posset veritas modo aliquo dubia existere, vel colligi, ad amussim discoriantur; sed eventus litis haud reijcisse Rotam prædictam Dextri sententiam; monstravit, sed potius eam amplectendo, allegasse. Ita patet ex Decisione eiusdem Rotæ, Kalēdis Martij anno 1650. quā adducit D. Michael de Erze & Ximenez in Prædicatione Sācti Iacobi in Hispanias, part. 1. tract. 7. cap. 18. nu. 14. folio mihi 188. ibi: *Quam quidē* (inquit Rota) *Historiam* (loquitur de prædicatione Iacobea Cæsaraugustæ) *& antiquissimam, indubitatāque apud Hispanos tra-*

Anno Christi Domini 64. *ditionē latè prosequuntur gravissimi Scriptores, nempè, quo ad mirificam Ecclesiæ constructionem, Author Chronici Omnimodæ Historiæ, quæ à pluribus Flavio Lucio Dextro adscribitur, anno Domini 37. & ibidem Franciscus Bivarius in Commentarijs latissimè, n. 3. dicens: Nihil æquè stabilitum testimonijs gravissimorū Authorum, nihil tota Hispania sacratius, ac benerabilius animis hominum insedisse.*

Num. 173 *Sextum.* Etiam à sacra Rituùm Congregatione Dextri veritas testimoniū sumpsit, nàm anno Christi Domini nati 1631. in Reformatione Breviarij Romani, quam speciali Diplomate approbavit Sūmus Pontifex Vrbanus 8. in 5. Lectione Officij S. Iacobi Apostoli, die 25. mēsis Iulij (quæ hodie in eius Officio pro Sāctis Hispaniæ, in fine Breviarij Romani, invenietur) septem illos Discipulos Apostoli sacri, qui, collocato eius corpore Compostellę, Romam redijerunt, & ab Apostolo Petro Episcopi ordinati, iterùm Hispaniam ad Magistri sui Prædicationem prosequendam fuerunt missi. Sacra Rota Dextri sententiam est sequuta, qui hoc idem anteà, ad annum Christi Domini 43. & 44. specialissimè reliquerat declaratū: *Sepulto* (inquit Dexter) *corpore sacratissimi Magistri, Torquatus, Thesiphō, Cæcilius, Iscius, Secūdus, Indaletius, Euphrasius Romam petunt, & à beato Petro consecrati Pōtifices, & ad meridianas Hispaniæ partes, scilicèt, ad Bæticam littoralem prædicaturi revertuntur.* Hæc est Dextri Chronici clausula. Nunc videamus quid Congregatio Rituùm, approbante Vrbano 8. Pontifice Maximo, circa prędicta in Lect. 5. Officij proprij Sancti Iacobi, pro Hispanijs dicat: *Mox in Hispaniā* (prosequitur Lectio) *profectus, aliquos ad Christū convertit, ex quorum numero septem posteà Epis-*

Anno Christi Domini 64.

copi a Beato Petro ordinati in Hispaniam primi directi sunt. Benè consonant amborum clausulæ, & ex Dextri Scriptis Congregationē Rituum ad affirmandū septē habuisse Apostolum præcipuos Discipulos, quos Episcopos consecratos à Beato Petro, ad Hispaniam prædicandum fuisse missos, notitiā adminiculasse haud sine fundamento docet D. Michael de Erze & Ximenez in Prædicatione Sancti Iacobi Hispaniæ, part. 1. tract. 7. cap. 18. num. 15. fol. 188. his verbis: *La qual Historia se toma de Dextro, que demas de referir el caso à la letra, pone los nombres de los siete Discipulos de Santiago en el fin del año 43. y principio del de 44. con las quales aprobaciones de la Curia Romana, queda ya por cierta, llana, y mayor de toda excepcion la doctrina de Flavio Dextro.* Constat etiam nō semel, sed pluries à sacra Cōgregatione Rituū admissum Dextri Chronicum fuisse, illoquè aliquas comprobatas extitisse veritates in proprijs Sanctorum Officijs, ab eadem sacra Congregatione recognitis, & concessis, ita in Officio proprio Sanctæ Vvilgefortis, seu Liberatæ Virginis, & Martyris, sanctæ Ecclesiæ Seguntinæ Patronæ. De hac Dexter, ad annum 138. & 155. agit; de eius Martyrio, ortu, & filiatione disserit; &, cū dubitaretur de miraculoso illo partu novem germanarum ex vno ortu, & parturitione, alijsquè, quæ de eius vita dicebantur, adductum est ex Conimbrica Regni Portugalliæ testimonium authēticum ex quodam membranaceo Codice M.S. Chronici Dextri, & Congregationi sacræ productum à Commissarijs eiusdem Sanctæ Ecclesiæ Seguntinæ, qui Romæ aderant, vt proprium de eadem Sancta Patrona sua Officium concederetur. Quo teste inuento, alijsquè exhibitis documentis, proprium concessum est Officium præ-

dictæ Seguntinæ Ecclesiæ, sanctæ Liberatæ, seu Vvilguefortis Patronæ suæ, sub Ritu duplici primæ Classis cum Octava celebrandum: Fuit primum Officium hoc ab Eminētissimo Cardinale Millino recognitum, & posteà à Sacra Congregatione Rituum, die 7. mensis Iunij, Anni 1625. approbatum; & de mandato Summi Pontificis Vrbani 8. recitari iussum, 20. Iulij. De cōcessione hac, prædictoquè Codice loquitur Pater Franciscus Bivarius, & Romæ vidisse testatur in sua Apologia Chronici Dextri, asseverat etiam in favorem Sanctę Ecclesiæ Seguntinæ fuisse ex Conimbrica Romam emissum, his verbis: *Eius rei authenticum præbet testimoniū* (loquitur de Fragmento Chronici Dextri Conimbricæ servato) *in instrumento publicæ fidei Gaspar Alvarez de Losada, Notarius Apostolicus, & Archivi Regalis Portugalliæ, Torre de Tumbo nuncupati, Secretarius, atque Regiorum Patronatuum in eodem Regno Reformator, sub datis Quarto die Martij, Anni 1622. Quod testimoniū sæpius vidi, & aliquandiù apud me habui, Romā missum in favorē Officij proprij Sanctæ Liberatæ quod à Sacrorum Rituum Congregatione instanter exigit Sancta Seguntina Ecclesia.* Hæc Bivarius. Tertio ab hoc anno à Bivario relato, Officium proprium Sāctæ Liberatæ concessum videtur prædictæ Sanctæ Ecclesiæ Seguntinæ, vt superius notavimus. Exēplar aliqd in Ecclesia Cathedrali Abulensi invenitur circa Celebrationē Sancti Secundi Episcopi, primi eiusdem Ecclesiæ Præsulis, & Divi Iacobi Apostoli Discipuli. De Divo hoc antiquitus solū de Confessorē Pontifice recitabatur, ignorabatur Martyrem etiam extitisse. Hoc Dexter in Chronico suo ad annum 100. Virginei partus aperuit, nobisquè notum fecit, vltimum ex Discipulis Sā

Anno Christi Domini 64.

cti Iacobi Martyrij coronam accepisse, testatur his verbis: *Ad castrum Altum prope Tugiam, prædicat Sanctus Secundus Pontifex, Sancti Iacobi Discipulus, Martyr vltimus sociorum.* Ex hac valuit noticia Gregorius 7. Summus Pōtifex mittere Ildefonso, seu Adelfonso Regi Castellæ Epistolam illam, 14. Kalend. Aprilis, indict. 12. Pontificatus sui scriptam, in qua confiteri videtur omnes septem illos Discipulos Divi Iacobi, scilicèt, *Torquatum, Thesiphonem, Secundum, Indaletium, Cæcilium, Hesychium, & Euphrasium*, in Hispania, post suorū laborum agones devictos, Martyres occubuisse (vixit Gregorius 7. ab anno 1073. quo in Pontificem Summum electus est, vsque ad annum 1085.) Tenor istius Epistolæ, iuxta Baronij sententiam in Notis ad Martyrologium Romanum, die 15. mensis Maij, litt. A. verbo *Torquati*, ita se habet: *Septem Episcopos ab vrbe Roma, ad instruendum Hispaniæ Populos, à Petro, & Paulo Apostolis directos fuisse, qui, destructa idolatria, Christianitatem fundavère, & Religionē plantavère ordinem & Officium in divinis Cultibus ostēdère, & sanguine suo Ecclesias dedicavère, &c.* Hoc tantæ authoritatis testimonio in Ecclesia Vniversali hos prædictos Apostoli Sacri Discipulos, & Episcopos in Hispaniarum Regnis, transactis ab eorum fine annis multis, Martyres haberi, & coli cęperunt. Nàm licet Ecclesia in Martyrologijs suis tantùm Episcopos fuisse demonstret, vt 2. Maij, & 15. cum de Sancto Secundo, & alijs Sancti Iacobi discipulis agit apertè videatur; & de eis tractantes in Martyrologijs suis, vt Beda, Vsuardus, & Ado (quibus addendus Sanctus Isidorus in Missali, & Breviario Sancti Iacobi) tantùm Confessores dicant, videmus in Ecclesijs sibi dicatis Episcopos, &

Martyres celebrari. Sic in Abulensi Ecclesia, 2. Maij, in Festo S. Secũdi Patroni sui, & 11. Septẽbris, in eius Translatione, de Sancto Pontifice, & Martyre Officium celebratur, & ex Historiographis omnium in hoc concors reperitur sententia. Ægidius Gonzalez Davila in suo libro, *Theatro de las Iglesias*, tom. 2. fol. 307. D. Ioannes Tamaius Salazar in *Martyrologio Hispano*, tom. 3. fol. 43. & tom. 5. fol. 149. Pater Franciscus à Vilches è Societate Iesu, lib. *Sanctorũ Giennensium*, part. 1. cap. 11. fol. 27. Antonius Cianja in Historia Sãcti Secundi, Frater Ludovicus Aryz in Historia Abulensi. Sed ante eos idem tenuit Luitprandus in Adversarijs, num. 96. ibi: *Indè Sanctus* (loquitur de Sancto Secundo) *idem discurrens per Hispanias, in Lusitania prædicat in urbe Abula, ubi passi sunt Sanctus Vincentius, & Sorores, ibique Martyriũ patitur, & eius corpus mira Muzarabum custodia servatur in ruinis Urbis.* Flores Sanctorum Ildefonsi à Villegas, tom. 1. fol. 364. & Patris Petri à Ribadeneyra è Societate Iesu, tom. 2. fol. 240. Philippus Bergomas, & Thesaurus Concionatorum, tom. 2. omnes Martyrem simul, & Confessorem dicũt. Et licet huius, aliorumque septem Divi Iacobi Discipulorum Martyrij acta non habeantur (vt testatur Baronius in *Notis ad Martyrologium*) antiquæ tamen traditioni Ecclesiarum, in quibus vt Patroni coluntur, acquiescendum credit. Sed negari non valet traditionem ab illa Lucij Flavij Dextri authoritate, ad annum 100. Chronici sui originem sumpsisse, cùm primæva, & antiquior cæteris alijs inveniatur, scilicèt, Pontificis Summi Gregorij 7. Luitprandi, & Philippi Bergomatis hoc etiam asseverantium. Vndè quantum Ecclesiasticus Authoris assertiones in Viris, Sedibus, & Martyrijs

Anno Christi Domini 64.

Num. 174

Sanctorum magni fecerit, palàm ostenditur.

Septimum. Quia illustrata à Magnis Chronographis, & Historiographis invenitur eius sententia, nam ex tempore, quo Chronicum Dextri plumbeis characteribus exaratum, lucē aspexit, Chronographorum, & Historiographorum illustriores, & maioris notæ eum nō solùm amplexi sunt, sed varijs laudationis encomijs extullerunt, præcipuè Chronographi Regij Ægidius Gonzalez Davila in suo *Theatro Ecclesiastico*, tom. 1. fol. 532. D. Thomas Tamaius à Vargas in suo *Flavio Dextro defenso*, novitate 1. per totam; sed primi illorū Laurentius à Padilla Rodæ Archidiaconus, Caroli 5. Imperatoris Invictissimi Chronographus, in Historia eiusdē Imperatoris; D. Fr. Prudētius à Sādoval Episcopus Pāpilonensis (etiā Chronographus Regius) in suo libro *Tudensium antiquitatum*, fol. 36. Haud immemores Dextri, sed Asseclę allegant eum pluriès, & laudant. Alij Chronographi eos sunt insequuti: Ioannes Vasęus ad annum 333. Cæsar Baronius ad annum 388. & 392. Magister Frater Franciscus Diago, in *Annalibus Regni Valentiæ*, cap. 6. & 7. D. Martinus Carrillo Abbas Montis Aragoniæ, in *Annalibus*, anno Christi Domini 1. Franciscus Tarrafa in *Alarico*, anno 419. Hugo Episcopus Portuallēsis, anno 1100. Frater Lucas Vvadingus Ordinis Sancti Frācisci, in sui Ordinis *Annalibus*: Iulianus Petri Archipresbyter Toletanus, in *Chronico*, ad annum 36. Marcus Maximus Episcopus Cęsaraugustanus, Chronici Dextri Cōtinuator, ab anno 430. (vbi Flavius Dexter desijt) vsque ad 612. Sanctus Braulio, Helleca, & Valderedus Episcopi Cæsaraugustani, in *Additionibus ad Maximum*; Tains Episcopus Cæsaraugustanus, Continuator Chronici Marci Ma-

Anno Christi Domini 64.

ximi; Frater Ioannes Calderon, Ordinis sancti Francisci, Evulgator Chronici Dextri Cæsaraugustę, anno 1619. Hi omnes in Chronicis suis, Annalibus, Commentarijs, & Additionibus, de Dextro crebrò reminiscuntur. Chronographos prædictos Historiographi multi sectantur; D. Franciscus Padilla in *Historia Ecclesiastica Hispaniæ, centuria* 4. cap. 65. Pater Martinus à Roa è Societate Iesu in *Historia Astigitana*, lib. 2. cap. 4. fol. 75. Petrus Alcozer in *Historia Toletana*; Frater Basilius, Benedictinus Monachus, *Historia de Sopetran*; D. Maurus Castella Ferrer in *Historia Sancti Iacobi*, lib. 1. cap. 16. & lib. 2. cap. 18. Frater Franciscus Diago, lib. 2. *De los Cōdes de Barcelona*, cap. 11. Gaspar Escolanus in *Historia Valentina*, lib. 2. cap. 11. Frater Franciscus à Iesu, & Iodar, *Discursu 2. adventus Divi Iacobi ad Hispanias*; Frater Abrahā Bzovius, Ordinis Prędicatorū, tom. 1. *Historiæ Ecclesiasticæ*, anno 34. Christi: Barnabas Moreno à Vargas, *Historiæ Emeritensis*, lib. 2. cap. 1. fol. 60. D. Petrus à Rojas Comes Morensis in *Historia Toletana*, in primo, & secundo libro frequēter Dextri sententias affert, & sequitur, vt ipsemet testatur in *Prologo ad lectorem*, in primo Codice. Hoc idem dicere possemus de alijs Historiographis, qui, post evulgationem Dextri Chronici, scripserunt, cùm ferè omnes eiusdem censuræ consentanei inveniantur; quorum fuisse nostrum Secoviensem Historiographū Didacum Colmenares, in suo Secoviensis Historiæ libro, cap. 4. § 5. fol. 28. reperietur.

Num. 175 *Octavū*. Quòd ab Scriptoribus passim sit authoritas Dextri amplexata, patet, imò Scriptores recēsere, quos scimus Lucij Flavij Dextri Assecclas extitisse, prolixum esset; & voluisse adnominare, quos creditur, & scitur eū insequutos, difficile &

Anno Christi Domini 64.

arduum. Totius Ordinis Magnos Viros, tùm literis plenos, tùm virtutibus, & dignitatibus exornatos & perpolitos, non latet, Dextrum sectatores habuisse. Altioris Dignitatis, & Supremę Sedis in Ecclesiastica Hierarchia illos invenimus, D. Ioãnem Beltram & Guebata Archiepiscopum Compostellanum, *in Aduentu Sancti Iacobi ad Hispanias*, cap. 2. §. 9. D. Santium Davila & Toledo Episcopum Placentinum, *in Vita Sancti Vitalis, & de veneratione Reliquiarum*; Eutrandum Subdiaconum Toletanum, postea Ticinensem Diaconum; vltimò, Episcopum Cremonensem, in quadam Epistola, quam à Fulda scripsit Regimũdo Episcopo Illiberitano, quam refert Pater & Magister Gabriel Vazquez, tom. 1. in 3. partem Divi Thomæ, q. 20. art. 2. disput. 80. c. 12. D. Fr. Alexium de Meneses Archiepiscopum Bracharensem, & Proregem Portucalliæ, qui affirmat vidisse Chronicum Lucij Flavij Dextri, & Marci Maximi in Bibliotheca Cardinalis Quirogæ Archiepiscopi Toletani; Argebatũ Episcopũ Portucallensem, cuius rogatu Marcus Maximus prosequutus est Chronicum Dextri; D. Fr. Augustinũ à Iesu, Archiepiscopum Bracharẽsem; D. Petrũ à Pecha Episcopum Giẽnensem, & quã plures alios Episcopali dignitate micantes. Subalterni Ordinis Scriptores illos in medium adducere oportet; Honoriũ Augustudunẽsem, qui florebat ad annũ 1200. hic de Dextro in suo lib. de *Scriptoribus Ecclesiasticis*, anno 390. num. 132. memoratus est; Conradum Geznerum *in Cathalogo testium veritatis*; Antonium Posevinum è Societate Iesu in *Apparatu sacro*, litt. D. Fr. Ioannem Rioclie Ordinis Sancti Francisci, in *Compendio temporũ* lib. 2. cap. 24. Sophronium Grecum Scriptorem Synchoros Hieronymi; Raphaelem Volaterã-

num,lib.15. *Antropologiæ* litt. D. Baptistam Platinam in *Bonifacium Primum*: Patrem Andream Scothum in *Bibliotheca Hispana*, folio 188. Erycium Puteanum in *Vindicijs Hispan. tutelar.* Constantinum Caietanum Syrnum sancti Baratij Abbatem in *Vitis Sancti Isidori, Ildefonsi & Gregorij Ostiensis*; Comestabilē Castellæ in *Aduentu Sancti Iacobi ad Hispanias; discursu* 1. Fratrem Manuelem Rodriguez *Quæstionum Regularium*, tom. 2. q. 102. art. 4; Patrem Cosmam Magallanes in *Proemio, tom. 1. Operis Hierarchici*, sect. 15. n. 9. Magistrum Fr. Ioannem Marquez in *Origine Heremitarum Sancti Augustini*, cap. 10. §. 4. Magistrum Fr. Ægidium à Præsentatione, lib. de *Conceptione*; Fratrem Didacum Morillo, tom. 1. *De las grādezas de Zaragoza, y del Pilar*; Patrem Petrum Oxeda è Societate Iesu in *allegatione pro Conceptione Beatæ Virginis*, cap. 5. Patrem Franciscum Portocarrero de eadem Societate in *Vita Sancti Ildefonsi, & descēsione Beatæ Virginis Mariæ ad Toletanum Templum*; Patrem Ferdinandum Chirinos & Salazar Societatis Iesu, *Libro de Conceptione*, cap. 35. §. 2. fol. 301. Fratrem Emanuelem Roman Ordinis Carmelitarum in *Elucidationibus pro antiquitate Carmeli, elucidat.* 14. fol. 107. Patrem Petrum Alloix Leodiēsē è Societate Iesu, in *suis, de Scriptoribus Illustribus Orientalis Ecclesiæ, Libris duobus*, passim de Dextro agit, maximè tomo 1. in *Vita Sancti Hierothei* fol. 621. 622. & 630. Patrem Melchiorem Incofert ex eadem Societate, in suo lib. *Veritas vēdicata* pro Epistola B. Virginis Marię ad Messanēses, c. 21. & in alia Epistola laudatoria ad Patrem Franciscum Bivariū pro defensione Chronici Dextri; Gregorium Lopez Madera Regij Consilij Castellæ Auditorem, *in*

Anno Christi Domini 64.

Monarchia Hispaniæ, cap. 3, num. finali; D. Michaelem de Erze & Ximenez, Canonicum Legionensem, & Capellanum Regiũ, de *Prædicatione Sancti Iacobi in Hispania*, part. 1, tract. 7. capit. 18. per totum; Fratrem Hilarium Roncatum Italum, Generalem Cisterciensis Ordinis, in Epistola ad Bivarium pro Commentarijs Chronici Dextri; D. Ioãnem Tamaium Salazar, in suo *Martyrologio Hispano* passim in qualibet operis parte; Marchionem Stepensem in *Vita Sancti Hierothei, in annotationibus ad clausulam Dextri*, de origine, & Sedibus Hierothei adstruentis; & sexcentos alios tàm ex nostris, quàm ex alienis Authoribus idem asserentes, & perpetim Dextrum allegantes.

Num. 176 *Nonum*. Veritas, & sententia Lucij Flavij Dextri à viris Doctis, & in Ecclesiastica Historia apprimè versatis, Cõmentarijs diffusis, invenitur explanata. Prodijerunt Prælo excusi Literatorũ omium plausibus excepti, Commentarij varij in Lucij Flavij Dextri Chronicum. Celebris ille Patris Frãcisci Bivarij Mantuæ Carpẽtani ex Obser vãtia S. Bernardi, Cisterciensis Monachi, eiusquè in Romana Curia Procuratoris Generalis, ac sacræ Theologiæ, & Philosophiæ Magistri, Lugduni exaratus, anno Domini 1627. ita à viris Doctis cõmuniter receptus, & magni habitus, vt deficere credãt in laudibus, quantò cũ intẽdunt magnificare præconijs, & meritò sibi tãtũ Auctor adquisivit gloriæ in opere, quantum anteà in omnigena literatura studiorũ progressus lucrifecerũt. Eodem anno Hispali lucem aspexit Commentarius Roderici Cari Bætici, ex quo satis apertè dignoscitur, Enucleatorem literatura omni præditũ, & excultum extitisse, dignũ què in opere assumpto fructum Lectoribus redidisse. Præcessæ his

Anno Christi Domini 64.

Chronographus Regius D. Thomas Tamaius à Vargas Divi Iacobi Eques, qui anno 1624. defendere curavit veritatem Dextri in suo Chronico, à multis minus prudẽter, non solũ obiectionibus impetiti, sed cõvitijs suggillati. Opus hoc in duas divisit classes, in prima egit de defensione Authoris, & in secunda de veritate eius sentẽtiarum; si, dum vixit, lucubrationes, & editi partus istius Historiographi in Hispania nostra inofenso pede cucurrerunt, post eius cineres intra, & extra Hispaniam plausibiliores ab omnibus amplexi videtur. Tãta fuit prudentia istius Scriptoris, literarũ, & notitiarum securitas. Hi in lucem (quorum meminimus) exijerunt, scitur alios viros Doctos huic etiam operi navasse, sed morte præventos, partos labores communes efficere haud posse. Hoc spectabatur à D. Petro Salazar & Mendoza, Canonico Pœnitentiario S. Ecclesiæ Toletanæ; Magistro Frãcisco Diago Cathaloniæ Historiographo; Doct. D. Michaele Martinez del Villar Supremi Senatus Aragoniæ Regente; Patre Hieronymo Roman; Patre Fr. Francisco à Sancta Maria, Ordinis Carmelitarum Discalceatorum; D. Ioanne Bravo à Lagunas Vgentino Episcopo; D. Ioanne à Fõseca & Figueroa Oratore Regiæ Maiestatis Parmæ; D. Frãcisco Sanzio à Villanova, Concionatore & Capellano Regio; D. Petro Pãtoja & Ayala Iurisconsulto Madritense; Patre Fr. Luca de Montoya Chronographo sui Ordinis Minorum Sancti Francisci à Paula; & dùm calami eorum pro exornatione, & enucleatione dicti Chronici Dextri fèlicissimè progrediebantur, eos mors invida interrupit, ineditos suos relinquentes Commentarios; de quo magnè, & meritò collachrymatur D. Thomas Tamaius à Vargas in suo *Flavio defenso*, in Prologo ad Lectorẽ.

De-

Anno Christi Domini 64.

Num. 177

Decimum. Etiam Authoritas Flavij Dextri ab insipientium invidorum, Aristarchorumquè hominum morsibus inspicitur liberata. *Invulnerabile esse* (inquit Seneca de Constit. Sapient. cap. 3.) *non quod non feritur, sed quod non laeditur.* Multi inveniuntur, qui adlatrarunt Dextri Opera, sed pauci, aut nulli, qui laeserunt, quamvis momordeřut. Subitò post exulgationem eius Chronici tãquàm novissima & inaudita multa non solùm haud admiserũt, sed respuerunt, creditur tãquàm Manna è Cęlo missum, doctrinam eius expectasse, vniuscuiusque faucibus sapidam, nulli insipidam, nulli contrariam, sed omnibus propitiam. Vndè qui non ad desiderium sui, & voluptatem, authoritatem, seu Chronici clausulam legebant, falsam, aut suppositam illicò declamabant, tàm in Authoris perniciem nominis, quàm in veritatis iustum libramen. Et licèt in exteris minus damnabile foret iudicium ita praeceps in iudicandis Dextri scriptis, vt sine studiorũ adamusim sumptis laboribus, ea ita rigidae censurae dare. Turpius sanè in Scriptoribus Hispanis hoc inventum, & damnatum est crimen, cùm natura doceat, eos prius amãdos, & amplectendos, qui magis nobis coniuncti aliquo titulo sint, quàm qui foris advenae, & proselyti agnoscuntur; nec aliqua possunt (cum sequantur veritatem) affectione, vel amore notari. Sicquè I.C. Vlpianus in leg. 4. §. *Adversus, ff. de doli mali, & metus exceptione*, docet, permissum nõ esse illos, quos Patronos habemus, aliqua exceptione eorum nomen maculare, vel notare, nec negare possunt, non solùm neutri, sed inimici inter Hispanos Historiographos, & Chronographos in resegendis rebus antiquis, primum extitisse, Primatumquè obtinuisse Lucium Flavium Dextrum; vndè optimè Vlpianus asseruit:

Ad-

Anno ChristiDomini 64.

Adversus Parentes, Patronosquè, neque doli exceptio, neque alia quidem, qua Patroni, Parentis vè opinionem apud bonos mores suggillet, competere potest. Nihil mirùm, vt adversus Cẽsores illos multi insurgant, non solùm ex nostris, sed ex alienis, ita nervosè Dextri scripta defensantes, & calumniatoribus procedẽtes obuiam, sicut tot Apologeticæ Epistolæ, & Tractatus testantur; nec nos eorum Authores ita affirmasse auderemus dicere, si haud ad literam sententias suas narraremus, quia conspicuè veritatis vi impulsi sensum suum intrepidè edixerunt, & aliquorũ audaciam compressere; sic de veritate Dextri, & aliorum, quorũ Chronica vno quasi tempore prælo excussa lucem viderunt; D. Petrus Salazar & Mendoza (quem iure optimo Rodericus Caro priscæ antiquitatis, & rerum Hispanicarũ Scriptorem Cõsultissimum appellat) sensit, qui in Historia Cardinalis de Mẽdoza, fol. 5. hæc ait: *Arrimense las embidias, y emulaciones, que España no quita a nadie lo q̃ le pertenece, hagase buena acogida, y hospedage a Flavio Dextro, a Marco Maximo, a Luitprãdo, ò Eutrando, y a Iuliano Diacono, que aunque ayan andado de reboço, y no se hã manifestado hasta aora, siempre los hã celebrãdo, y creido los Autores de mucho nombre, y estimacion. A esta quenta no avian de ser admitidos los Obispos de Oviedo, Astorga, Salamanca, y Tui, ni otros Escritores que no se avian impresso, de que ay muchos en la Bibliotheca veterum Patrum. Bueno seria, que teniendo por oraculo, lo que anda manuscripto del Moro Rasis, en la Historia de España, despreciassemos a los nuestros, que debemos reverenciar. Pagaremosles con grande ingratitud lo que trabajaron en dexarnos noticia de tantas importancias dignas de ser sabidas, y tenidas en la me-*

Anno Christi Domini 64.

morte. Quid ergò diceret, si Hispanos de Hispano Scriptore potius invidia corrosos, vel inscitia captos, quàm veritatis zelo motos, malè loqui, & peius æstimare de eius Scriptis, videret? Eodem sensu abundat Pater Martinus à Roa, è Societate Iesu in sua Astigitana Historia duplici in loco, in primo, libri 2. cap. 4. fol. 83. ita contra temerè condemnantes Dextri authoritates, ab illis non perceptas, insurgit: *Algunos* (inquit) *por huir el fastidio de estas averiguaciones, por falso condenā lo que no alcançan, y por supuesto el Autor que lo escrive, dirè de esto al fin, lo que siento.* Post cà in eodem capite, fol. 88. prosequitur ita: *No passarè de aqui sin dar alguna significacion de lo mucho q̃ siento el agravio que a toda la antiguedad, y a su decendencia hazen, particularmente a nuestra nacion, algunos, que de muy Censores, no admitē, ò reprueban Autores antiguos, como Flavio Dextro, Maximo, Iuliano, &c. No por otro, que por hallar en ellos algunas dificultades, a que no encuentran salida. Propiedad verdaderamente de ingenios cobardes, huir el rostro a la dificultad, q̃ se ofrece, negandolo todo, como bolver las espaldas al enemigo, dandose por desentendido de que les sale al encuentro, por no hallarse obligados a medir las armas con el. Mayor gloria fuera hazer rostro a lo arduo, que negarse al trabajo, que ha de costar el vencerlo; contradezir bien pueden los ignorantes: probar solo saben los sabios. Que, si buscan razones de lo que niegan? no haràn mucho; mas hiziesan si (como a otro proposito dixo Quintiliano) los discursos que gastan en ofender la autoridad de vn Escritor, que tanto lustre dà a su nacion, emplearan en defenderla. Quanto mas, que como dize Tertuliano lib. 6. de Spectaculis, c. 2. sabia argumentadora es la ignorancia. No ay duda, sino*

que

Anno Christi Domini 64.

que yerrā mucho los que por no hallar facil ſalida en ſus dudas, tienen por falſo todo aquello que las levanta. Hallaràn otros pie, donde yo me anego, y veràn luz, donde yo tinieblas; que ni es igual en todos la viſta, ni los diſcurſos tan preſtos, que no paſſen adelante vnos, de donde otros ſe quedan. Mas hidalguia es confeſſar mi ignorancia, que atribuirla a otros, por encubrirla, dixo maravilloſamente Tertuliano. Loan lo que ſaben, dizen mal de lo que ignoran, y aun eſſo q̃ ſaben lo echan a perder con lo que no ſaben; ſiendo mas pueſto en razon juzgar que ſeràn las coſas, que les ſon ocultas, como las que les ſon manifieſtas, porque no alcançan las ocultas. Aſsi debieran hazerlo los que por no ſaber con que apoyar algunas relaciones de Dextro, todo lo condenan por inventado. Mas hidalgamente el otro, de quien eſcrive Ciceron, que oyendo a vn Orador, y no aviendo entendido mucho de lo que avia dicho, dixo del: Lo que he entẽdido bueno es, pienſo que tambien lo es, lo que no entendi. Bien lexos van de eſta corteſia los que confeſſando la aprobacion, que eſte Autor tiene de tantos hombres Doctos, prefiriendoſe a todos, ſe atreben a cenſurarlo de apocrypho. Moſtrara quanto ſe engañan, ſi el lugar lo permitiera.

Tertio in loco adducimus Patrẽ Antoniũ Quintanadueñas, ex eadem Ieſu Societate, qui in ſuo Sanctorum Hiſpalenſium libro, aduert. 6. eiuſdẽ Operis, num. 7. ita ait: *A los que calumniã a eſtos Autores (y en eſpecial a Dextro) temo no les comprehenda lo del Apoſtol S. Iudas. Hi autem quacunque quidem ignorant, blaſphemant. Los que por novedades deſacreditan algunas coſas dellos, oygan a Arnobio, libro 6. contra Gentes. Nova non ſunt, ſed nos ſerò didicimus. Y à Theophilato Antiocheno lib. 3. Exiſtimas noſtra ſcripta eſſe recen-*

Anno Christi Domini 64.

tia, & nupera, ego nihil cunctabor à prima origine repetere nostrarum literarum antiquitatem. Y à todos puede dezir cada Autor de estos Chronicas, lo que dixo S. Geronymo del suyo, quando salio a luz. Non ignoro multos, qui solita libidine detrahēdi omnibus (quod vitare non potest, nisi qui omninò nihil scribit) huic volumini geminum dētem infigant, calumniabuntur tempora, convertent ordinem, res arguent, syllabas ventilabunt & quod accidere plerisque solet, negligentiam librariorum ad Authores referēs, quos cùm possem meo iure repercutere, vt si displicet, nō legant, malo tamen breuiter placatos dimittere. Idem sensit D. Thomas Tamaius à Vargas in defensione Dextri, novitate 1. fol. 5. & post illum, D. Michael de Erze & Gimenez in Predicatione S. Iacobi in Hispania, p. 1. tract. 7. c. 18. fol. 189. n. 18. qui post cōfertam Authorū manum Dextrū sequentiū, quam allegat, his concludit verbis adversus illum inficiantes. *Y para dezirlo de vna vez, le citan en sus escritos, y alegan en los Pulpitos todos los hombres graves, despues que por la impression es comun à todos, sinque dude de su certeza, y autoridad, sino algun mal afecto a las grandezas de España, que se manifiestan en el.* Hæc sufficiant pro authoritate, & veritate Lucij Flavij Dextri, licèt latiùs calamus se protelare posset in eius laudibus describendis, & confirmandis veritatibus.

Num. 178 *Haubertus Hispalensis scripsit, anno 919.*

Haubertus Hispalensis succedit in tempore Lucio Flavio Dextro, Monachus Benedictinus Gallæciæ, in Dumiensi Cęnobio, scripsit Chronicum vsque ad annū mundi redempti 919. quod in S. Dionysij Benedictino Monasterio Parisijs, in Gallia M.S. inventum, hodie in manus aliquorum devenisse sivè originale, sivè transumptum, nō est dubium, cū apud Patrem Magistrum Fr. Gregorium

Anno Christi Domini 64.

tium Argayz Chronographum Ordinis Sancti Benedicti, clausulas aliquas illius Chronici legerimus, sciamusquè Scholiastē illius extitisse (vtinam citissimè istis fruamur laboribus, qui satis Authorem apprimè in Ecclesiastica Historia versatum, & omni literatura eruditum indicabunt) & ex eodem Chronico (quod originale creditur) D. Antonius Zapata, Historiographus Madritēsis, quandam circa Sanctitatem, & Sedem Martialis Episcopi Turiasonensis, & Martyris, prædicti Hauberti authenticam clausalam misit; de qua in quodam nostro pro Celebratione Sancti istius historico Discursu typis dato, n. 5. fol. 5. facta est mētio. Haubertus hic, ad annum Christi nati 63. de Divo Paulo Apostolo ad Hispaniam proficiscente, & de eius socijs, & Discipulis, hæc ait: *Paulus Apostolus ad Hispanias se contulit, prædicavit in cunctis Civitatibus Hispaniarum, in societate Pauli Narbonæ Episcopi; Hierothei Secoviæ; Ruffini Dertusæ; Palgalij Aucæ.* De Hauberto num. 152. (cùm de adventu Divi Pauli ad Hispanias egimus) aliqua disseruimus. Nunc ad probādam Secoviensem Hierothei Sedem, iterùm repetere cōvenit. Quis sit iste Author, ille in suo Chronico satis demonstrat, vt de identitate, & realitate personæ vnquàm ambigere posset. Natum se dicit Hispali, vndè Hispalensis fuit nominatus, licèt originem ex Germania trahebat, ex Illustribus Parentibus, qui cū Carolo Magno ad Hispaniā gressum fecerunt; sic ille in vltima Chronici sui peryodo, anno 919. testatur: *Fui* (inquit) *Patria Hispalēsis, ex genere Germanorum, qui venerant ad Hispanias in societate Imperatoris Caroli Magni.* Habuit etiam duos fratres Monachos Benedictinos, *Gandilbertum*, & *Guillelmum* nuncupatos, omnes in Cœnobio Sancti Martini

Anno Christi Domini 64.

Dumiense, iuxta Civitatem Bracharam, vixetũt. Ipse Haubertus de suo Monachatu ita loquitur: *Et ego Haubertus Hispalensis, Monachus Dumiensis, in Monasterio Dumiense accepi habitum Benedictinum, anno Domini octingentesimo septuagesimo septimo.* De fratre suo *Gandilberto*, in serie, quam Episcoporum Dumiensium ipse texuit, ad annum 873. præfuisse Monasterio, dicit: *Gandilbertus frater meus, anno Domini 873.* De *Guillelmo* successisse fafilæ in Abbatiæ dignitate affirmat his verbis: *Succedit fafila frater meus Guillelmus.* Magni fuit habitus Haubertus à Rege Alphõso, istius nominis Tertius nuncupatus, Magnus secũ ducebat, & ambo adstiterunt reędificationi Regalis Monasterij S. Benedicti de Saagũ, anno 875. sic ipse: *Adelphonsus Rex Magnus Monasterium Sanctorum Fagundi, & Primitivi readificat in Vazeis, fuit primus eius Abbas post readificationem Vvalabonsus. In erectione ego interfui.* Erat longęva ætate, quãdo Chronico finem imposuit, vt ille testatur sequentibus verbis: *Scripsi istud Chronicõ in Monasterio meo, in Gallacia, atatis mea septuaginta novẽ annorũ.* A Prælatis Magnis, & Sanctissimis viris suo tempore florentibus, tanquam vir Religiosus, & magnè literatus Haubertus conquirebatur; sed posteà strictiore amoris vinculo ab omnibus diligebatur, & exquirebatur. Tres præcipuè in Hispania tunc amicos habuisse gloriatur: *Sisnãdum* Episcopum Compostellanum: *Theodomirum*, Bracharensem, & *Romanum* prius Cardinalem, posteà Pontificem Summum; De *Sisnando* ad annũ 919. hæc dicit: *Sisnandus Episcopus Compostellanus, valdè Dominus meus, & Sãctissimus vir, tria Monasteria Sacrarum Virginum incipit adificare prope Compostellam Vrbem.* Prosequitur ad

annum 902. de Theodomiro: *Florebat* (inquit) *per hoc tēpus Theodomirus Bracharēsis, qui priùs fuit Monachus Dumiensis, & socius meus.* Concludit tertio in loco ad annum 901. loquens de Romano ita: *Romanus Monachus Emilianensis in Gallacia natus, valdè Dominus meus, cōsecratur Papa, sed & menses quatuor, & dies decem & novem, succedit Romano Theodorus huius nominis Secundus.* Hanc in meliorem commutavit vitam Haubertus Hispalensis, anno 922. de eius obitu, & humatione corporis Vvalabonsus Merius, Chronici sui Continuator, his teneris verbis loquitur: *Obijt* (inquit) *famosissimus Haubertus Hispalensis, Magister meus à sanguine Germanorum, Hispali natus Kalēdis Maij, sepultus est in porticu Ecclesiæ in Monasterio Dumiensi, cum ego eram triginta annorum.* Magna sunt signa, vt suppositus credatur iste Author, & creditu digna redditur eius sententia, cùm vallata aliorū Scriptorum iudicijs reperiatur.

Aulus Hallus Toletanus cives, Burdegali oriūdus, in suis Sanctorum Hispanorum M. S. epigrammatibus latè de Sācto Hierotheo in sepulchrali carmine canit. Sed antequam in medium sententiam suam afferamus, benè erit audire, quis sit iste Author, quantæ authoritatis & nominis, vt evadat aliquorum notam, qua multi inurūtur, propter adhuc ineditos ingenij sui literarios partus, fictitij postea reputari, quia nuperi & recentes, non quia à veritate devient, vel cōmuni Scriptorum sensui non adhæreant: De hoc nostro Aulo Hallo sic loquitur coævus, & amicus suus Iulianus Petrus in Chronico, anno 1132. nu. 633. *Vivebat* (inquit) *hoc tempore, iam ætate decrepitus Aulus Hallo Poeta Burdegalensis, donatus Civitate Toleti ab Imperatore Alphonso Sexto, quē*

di-

Anno Christi Domini 64.

dicunt venisse ex Gallia cum Domina Regina Constantia, filia Regis Gallorum Henrici, sorore Regis Philipi, cui munificus Imperator dederat villulam arabicè dictam Menalhabiam, ab alijs vocatam villam Halonis Poetæ. Semper hic Poeta celebris fuit; scripsit enim elegantissimo carmine adventum Sancti Iacobi Zebedæi filij ad Hispanias, fundationēquè ab eodem factam Beatæ Mariæ Cæsaraugustanæ de Pilari, idquè vno libro, versibus heroicis, vitam Sancti Elpidij, Iuliani, Saturnini, Honorati, Marci Marcelli Eugenij, Olympij, Gregorij, Arturij, Melantij, alterius Olympij, Ildephonsi, Iuliani, Celsi, Mōtani, Visitani, Blasij, Servi Dei, & aliorum ad Paschalem vsque Toletanum Pontificem, elegantissimis versibus, coronationem Ildephōsi, Raymundi filij Epitaphia multa, quæ dedicavit D. Bernardo Archiepiscopo Toletano, & iam grandævus cecinit in præsentia multorum Pontificum, Abbatum, & Palatinorum, eleganter Panegyricum carmen, Sidonium Apolinarem imitatus, in laudem eiusdem Imperatoris. Obijt hoc anno Kalend. Februar. iacetquè in Sacello Ecclesiæ Maioris, quod est Sancta Margarita, cui ego tale composui Cenotaphium.

Dulce Poetarum lumen, Gallaquè & Iberæ
Gentis honos, numeris nobilitas Hallo:
Patria Burdegala est vati, Constantia Princeps
Attulit hunc secum, Gallica Regna sinens;
Ingenio felix, florens ætate Poeta
Eius honestati Musa Latina flavet.
Cui nihil turpe placet, cui displicuère prophana
Omnia, Toleti Pontificesquè canit,
Atquè, Iacobe, tuos adventus ad iuga nostra
Pilaris Templum carmine concelebrat.

Hic

Anno Christi Domini 64.

Hic sic Toleti civis, moriturquè senecta
Extrema, cunctis civibus in pretio est;
Vita decens, mores placidi, sine felle venustas,
Vir pius hoc tumulo conditur Aullus Hallo.

Videamus nunc, quid iste insignis Poeta de Sãcto Hierotheo Episcopo nostro, carminibus suis, posteris sciendum reliquit, hoc totum in sequenti Epitaphio invenietur.

De Sancto Hierotheo Episcopo Secoviensi carmen sepulchrale.

Ex genere Hispanus nascens, fuit Astigis urbs:
Ast Hierotheus sic mihi nomen inest.
Dimittens Patriam, Patriam mihi prebet Athenas:
Hic Sophiamystes iura severa dedi:
Tunc Pauli induxit clarum mihi dogma Magistri,
Cuius amana fide verba sacrata bibi,
Antistes gregem pascens, en lumine plenus,
In Patriam repedans, lucis abyssu fruor,
Christum demostrans, tua prisca, Secovia, cerno
Mania; tuncquè tui Præsulis onus amo.

Ad litteram hoc de Sancto Hierotheo sepulchrale carmen ponit D. Ioannes Tamaius Salazar in suo Martyrologio Hispano, tom. 5. die 4. mẽsis Octobris, fol. 399. & in Commentarijs ad tractatũ advẽtus Divi Iacobi ad Hispaniam, ab ipso Aulo Hallo elaboratum, fol. 4. ibiquè idem Salazar ex originalibus M.S. Codicibus eiusdem Auli Halli testatur decerpisse, quidquid de isto Authore in suo Martyrologio apponit: apponamus eiusdem ipsissima verba: *Vt ut sit carmen hoc quale-*

cum-

Anno Christi Domini 64.

cumque in manus nostras peruenit, in vetusto Codice litteris penè Goticis exaratum cum alio carminũ libello, in quo varia Sanctorũ Hispanorum sepulchralia, Elegia, Hymni, & istius generis alia, quæ in meo Hispanico Martyrologio suis locis apponimus, continentur. Qui frequens sit in evolutione Martyrologij Hispani eiusdem D. Ioannis Salazar, inveniet, quantum iste Author magni fecit Opera Auli Halli, cùm passim eum alleget, carminaquè adducat, tantum ita Authoris certi, & veri credens, quantum illius Operum vetustas monstrabat, vndè à nobis rectè illi fides omnis cõ creditur, & clargitur.

Num. 180 *Pater Frat. Thomas Bravo & Mendoza, Ordinis Cisterciensis; scripsit anno 1625.*

Pater Fr. Thomas Bravo & Mendoza Ordinis Cisterciensis, Abbas Monasterij Sandovallensis in Eposcopatu Legionensi, in Tractatu inventionis capitis Sancti Hierothei, §.6. fol. 17. hæc de sua Sede Episcopali Secoviense, cum Ecclesia Cathedrale loquens, profert: *Quien es mas interessado que todos, como quien mayor parte tiene en S. Hierotheo, es la Santa Iglesia, y Ciudad de Segovia, pues fue su primer Obispo, y principal Apostol; verdad q̃ estriba en el testimonio de vno de los mas antiguos, y graves Autores q̃ tiene España, que es Flavio Lucio Dextro, varon por su persona tan principal, que fue Prefecto del Pretorio del Oriẽte, de los Españoles Emperadores Archadio, y Honorio (dignidad que corresponde aora a Virrey) y por sus letras, amigo, y celebrado de Sã Geronymo en el libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, que le dedica, en que haze mencion de su Chronico de omnimoda Historia, donde el año del Señor de 71. dize es celebrado de marauillosa santidad San Hierotheo en Segovia, donde era Obispo, despues de averlo sido de Athenas, donde S. Pablo le cõvirtio, y hizo tambien Obispo de ella, siendo assi,*

Anno Christi Domini 64.

que era nacido en España, adonde despues bolviò. La causa de aver carecido nosotros tãtos años de estas buenas nuevas, fue las muchas bueltas, que de Tiranos ha padecido España, y el averse ocultado el Chronico de Dextro hasta el año de 1594. que de la Libreria Fuldense fue hallado en Alemania. Y aunq̃ algunos han temido no sea supuesto: por no saber la autoridad, que el libro recien hallado tenia, ya se han hecho en su comprobacion grandes averiguaciones en España, y fuera della, y entre ellas es gravissima la de vn manuscripto antiquissimo de Santa Cruz de Coimbra, q̃ fue de Hugon Obispo de Portu (vivio por los años 1100. y es Autor de la Historia Compostellana) donde èl tuvo este Chronicon entero, y lo que del ha quedado concuerda en todo con el que tenemos entre manos, sale ya a luz en Leon de Francia con Comento muy trabajado, y erudito del Procurador General de nuestra sagrada Religion en Roma, dõde comunicò personas doctissimas, y entre otras, al Illustrissimo señor Cardenal de Trejo, con cuya censura digna de su gran juizio, y letras, que yo he visto original, se imprime. Por manera que en este articulo ninguno podrà dudar prudentemẽte. Y para mi tengo por cierto, que el averle descubierto Dios en este tiẽpo, en que de esta Religion, y Monasterio concurren General, y Abad naturales de Segovia, aviendo precedido en ambas, cargos de diferentes Patrias, por espacio de 500. años, tantos Prelados, y de tan abentajados merecimientos, sin que supiessen de cierto el tesoro, que en su misma casa tenian, fue por señalar como con el dedo en la Patria mia, y del Reverendissimo Padre Maestro Fr. Valeriano de Espinosa, General q̃ al presente es de nuestra sagrada Religion, la Iglesia de este Divino Pontifice, y mas quãdo ya gozavamos el

Anno Christi Domini 64.

Chronico de Dextro, q̃ afirma claramente fue Segovia. Estienda pues V. S. la mano conforme a la generosidad que en cosas tales acostumbra, y reconozca su verdadero Apostol, y Patron, y como a tal de oy mas le venere, erigiẽdole Altar, y celebrãdo su Fiesta cõ muestras de entrañable alegria, diziendole su Oficio de Confessor Pontifice, que para ambas cosas tiene ya V. S. licencia expressa de la Silla Apostolica. Quanto al Altar, por tenerle ella en el Catalogo de los Santos, conspirando a ello la Iglesia Latina, y Griega en sus Martyrologios a 4 de Octubre, que es el dia de su glorioso triunfo. Quanto al Oficio de su dia, licencia le dà la buena memoria del Papa Gregorio 13. en el Breve que expidiò en S. Pedro, el primer año de su Pontificado, que fue de Christo 1573. a 30. de Diziembre, cuyo principio es: Pastoralis officij, y està al fin del Breviario Romano cõ los Santos de España; donde a V. S. le da autoridad de rezarle por ser Patrõ, y a este Monasterio por gozar de su sacratissima cabeça.

Num. 181 *D. Paulus Espinosa scripsit, anno 1627*

D. Paulus Espinosa, in Hispalensi Historia, 1. part. lib. 2. cap. 4. Flavio Dextro adhærens, hanc cum illo, vulgari sermone, sententiam profert; *Flavio Dextro, en el año 71. de su Historia, dize que San Hierotheo de nacion Español, fue convertido de S. Pablo quando estuvo en España, y se fue acompañandole, y fue Obispo de Athenas, y despues de Segovia.*

Num. 182 *Pater Franciscus Bivarius scripsit, anno 1627.*

Pater Franciscus Bivarius Mantuæ Carpentanus, ex Observantia Sancti Bernardi, Cisterciensis Ordinis Monachus; eiusque in Romana Curia Procurator Generalis, ac sacrę Theologiæ, & Philosophiæ Magister, in Commentarijs apodicticis ad Chronicõ Omnimodæ Historiæ Lucij Flavij Dextri Barcinonensis, ad annum Christi Domini

Anno Christi Domini 64.

71.n.3.fol.166.cùm diffuse de doctrina, & sanctitate Divi Hierothei plura disserat, quo ad Historiam eius vitæ communi Hispanorum Anthorum calculo receptum esse, affirmat, id, quod Dexter ait in Hispania ortũ fuisse, & philosophandi gratia Athenas petijsse; postea à Divo Paulo ad Fidem adductũ, Episcopum Atheniẽsium factũ, indè Dionysium in eius locum suffectum; in Patriam migrasse commissurum concivibus suis divinum scientiæ thesaurum. Quæ ex Pineda, Hieronymo Romano, Villegas, Marieta, & Truxillo, & alijs probata extitisse defendit; maximè si addatur Ambrosius de Morales, qui libro 9. suæ Historiæ pro hac opinione, & sententia, veteres Græcos Sancti Dionysij Cõmentatores adducit, quos legisse in Bibliotheca Regia Escurialensi testatur, & multa istos in laudem eius cecinisse in Menologijs suis, vbi propter eximiam morũ rectitudinem, & Philosophiam olim in numerũ Areopagitarum Iudicum fuisse cooptatum. Quæ ad eius Sedem hæc; quæ ad litteram proponũtur, scribit: *Cuius verò vrbis Episcopus tandèm in Hispania fuerit, soli Dextro debemus, qui eiusdem Ecclesiasticas Hispaniæ antiquitates plus cæteris calluit. Mirum verò esse non debet, Græcos vrbis Secoviensis non meminisse, quandoquidem nec Parisiẽses in Dionysio meminerunt, quo locus datus fuit quæstioni iã olim de duobus Dionysijs, inter Græcos, & Latinos acritèr agitatæ. Sed sicut tũc ignorarũt Gallicã vrbẽ, ita nunc Hispanicã, vtramquè absque nostro detrimento. Pro Hierothei verò in Hispaniam reditu magno mihi argumento est, quòd non solum Dionysium, sed etiam sanctum Eugeniũ Discipulum habuit, vt suo loco probavimus; quem tamèn in Oriente non valuit convenire, vbi Eugenius nunquam fuit. Va-*

Anno Christi Domini 64.

luit vero in Hispania, cum Secoviēsis Vrbs Toletanæ Diœcesi adiaceat. Celebratur S. Hierothei, *tam apud Græcos, quàm apud Latinos Natalis die 4. Octobris.* Etiam ex inventione capitis Sācti Hierothei in Monasterio Sandovalensi sui Ordinis, cui adfuit Bivatius, suam Secoviensem Sedem colligit, & ad Hispaniam advētum. *Quo sanè* (inquit) *probabiliora redduntur, quæ de reditu eiusdem Hierothei Athenis ad Hispanias à Dextro scribuntur, & de Secoviensi Ecclesia ab eo erecta. Vndè verosimile est, tempore sarracenicæ devastationis à Christianis adsportata fuisse sacra illius pignora ad Legionensis Montana, ad quorum radices Monasterium Sandovalis situm est.*

Num. 183 *Rudericus Carus scripsit, anno 1627.*

Rudericus Carus Bæticus in Commentarijs ad Flavij Lucij Dextri Chronicū, anno Christi Domini 71. litt. P. fol. 41. assentiens Dextri sententiæ, Hierotheum Secoviensem Episcopum affirmantis, circa verba illa, *Post Secoviæ in Arevacis Episcopus* dicti Dextri, describit nostram Secoviensem Civitatem, vt eam ab alijs eodem nomine nuncupatis distinguat. *Nomen integrum* (inquit) *nunc retinet per tot sæculorum volumina nobilis Civitas Lanificij, pannique conficiendi arte, & divitijs pollens. Fuit etiam altera Secovia in Bætica, non longè à Carmone propè flumen Silicense, quod non de las Algamitas; de qua Secovia Hircius lib. 1. de bello Alexandri; Casius bis rebus incensus movet castra, & postero die Secoviam ad flumen Silicense venit. Quod lubens moveo, quia in Dextro plures Vrbes cognomines reperire est in diversis Hispaniæ Provincijs, ne parū attentos lectores transversos agat.*

Num. 184 *Pater Martinus à Roa scripsit, anno 1629.*

Pater Martinus à Roa è Societate Iesu in Historia Astigitana, libr. 2. cap. 4 adducta sententia Lucij Flavij Dextri de origine, & Sedibus Hiero

Anno Christi Domini 64.

thei, ad eam sermone Hispanico sequentem scholiationem facit: *Donde juzgã muchos que habla de el, como difunto, y si no lo era, ya avia dexado la Silla de Athenas, y tenia la de Segouia con el aplauso de santidad, que Dextro nos dize.*

Num. 185 *Marchio Stepisis scripsit, anno 1630.* Marchio Stepensis in vita Sancti Hierothei prælo excussa, & Illustrissimo Domino D. Melchiori de Moscoso, Episcopo Secoviensi dicata, in §. 12. fol. 24. tantã tribuit Dextri sententiæ fidem, hãc Secoviensem Cathedram in Hierotheo firmãris, quod solus ille sufficere credat, vt fixa, & omni credulitate digna eius Secoviensis Sedes reddatur, nullaquè alia probatione indigeat; audiantur eius verba: *Flavio Dextro en el lugar citado, al principio de este Discurso, en pocas palabras nos dixo mucho, y entre otras, el aver sido Obispo de Segovia; y aunque no sè que otro Autor sino son los que lo han sacado de Dextro, lo aya dicho, a lo menos que yo aya visto; este solo a mi parecer, y al de los que desapassionadamente lo consideran, vale mas, que otros muchos Autores, y es de mas autoridad, y seguridad este libro suyo, en cuyo apoyo, y defensa han escrito hombres Doctos. El mismo Dextro nos dize de su maravillosa santidad, y quien huuiere leydo los libros de San Dionysio, tendrà esto bien entendido, y los favores, que en la cõtemplacion recibia, comunicandosela Dios nuestro Señor.*

Num. 186 *Magister Aloysius Sãcius scripsit, anno 1633.* Magister Aloysius Sancius, in Cõplutensi Vniversitate Hebraicæ linguæ Cathedram regens, in suo libro de Rebus Hispaniæ Anacephalæosis lib. 2. c. 2. de Divino Hierotheo, de eius summa eruditione, sanctitate, & Sedibus, ad annũ Christi nati 71. hæc ait: *Sequitur annus septuagesimus primus, quo S. Hierotheus Hispanus, vir eximiæ sanctitatis, ab Apostolo Paulo perductus ad Fidem.*

Anno Christi Domini 64.

Episcopus Atheniensis primùm, deindè Hispaniã repetens, Secoviensis Pontifex obijt. Post Apostolos, & illos, quos Spiritus Sanctus summa Theologia repleverat, omnes Ecclesiæ Doctores eximia eruditione superavit, Apostoli Pauli fuit Discipulus, & Divi Dionysij Magister.

Num. 187 *Pater Petrus Alloix scripsit, anno 1633*

Pater Petrus Alloix è Societate Iesu Leodiensis in Gallia, qui licèt illis, qui affirmant Hispanum fuisse Hierotheum omninò nõ assentiat, de Sedibus autèm Atheniensi, & Secoviensi nullatenus dubitat, immò in ambabus infulas induisse asseveranter docet. Sic invenimus in suo lib. Scriptorum Illustrium Orientalis Ecclesiæ, in vita Sancti Dionysij Areopagitæ, cap. 4. fol. 22. vbi tractans de Divino Hierotheo, & quomodo paucis interpositis annis, post regimen Atheniensis Ecclesię, Secoviensem fuisset adeptus, hæc referendis explicat verbis: *Ita Hierotheum Ecclesiam Atheniensem, à Paulo vix dum inchoatã, primùm suscepisse, auxisse, rexisse, docuisse arbitrandum est, sed eo, paucis post annis, ad alia, quo Spiritus agebat, digresso, aut etiam ab Apostolis evocato, & misso (nã in Hispaniam concessisse, & ibi Episcopatũ tenuisse incõfesso est) Dionysium à Paulo eidẽ Ecclesia præfectum esse, idque anno circiter à Christo orto quinquagesimo quinto.* Agit posteà hic Author de Hierothei vita, & prædicatione, & confitetur ad prędicandum Evangelium, seminandumquè Dei verbum Hispaniã peragrasse, hicquè in Arevacis nostris Populis segetem non parvam messuisse, & in Secoviensi Civitate Præsulatus dignitatem obtinuisse: Sic in dicto c. 4. fol. 608. prosequitur. *Transcursaquè Italia, atquè Gallia, penetravit in Hispaniam, ibi enim fuisse, ac semen Evangelij longè, lateque sparsisse satis constat, sed in Arevacis potissimum (ij sunt Hispaniæ Tarraconensis*

Anno Christi Domini 64.

Populi) cōsedit: Sedemque Episcopatus Secoviam Vrbem inter ipsos sitam elegit. Vndè & Primus Secoviensis Episcopus in Antistitum serie, non emē tita laude, conscriptus reperitur. Idem què iteratò attestatur in annotationibus suis ad dictum c.4. verbo: *Nam ad Hispaniam concessisse*, lit. H. pag. 242. ad cōfirmandū eius adventū ad Hispaniam, & adeptam Sedē in Secoviensi Civitate. *Cùm S. Paulus* (inquit) *magnò teneretur desiderio in Hispaniam proficiscendi (quod insinuavit in Epistola ad Romanos c. 15. vèrs. 24. his verbis: Cū in Hispaniam proficisci cœperò, spero quod præteriens videā vos) diu autèm eius impediretur iter, credibile est tùm misisse Hierotheum in Hispaniam, & Athenis in Hierothei locum constituisse Dionysium. Constat autèm communi Hispanorum scriptorum consensu Hierotheum in Hispania fuisse Episcopum.*

Num. 188 *Didacus Colmenares scripsit, anno 1637*

Didacus Colmenares Parœciæ Sancti Ioannis Secoviensis Præpositus, eiusdem Civitatis filius & Chronographus in Historia Secoviensi, cap. 4. § 9. fol. 31. hęc de Divo Hierotheo, & eius Secoviensi Sede, idiomate patrio, animaduertenda proponit: *Viniendo en fin* (inquit) *S. Pablo a España (como dexamos escrito año 64.) y predicādo en Toledo, y su comarca, passò sin duda a estos Pueblos Arevacos, y dexò por Obispo de nuestra venturosa Ciudad a su gran Discipulo Divino Hierotheo, como escrive Dextro con las señas individuales de Segovia en los Arevacos, a diferencia de otra Segovia, que avia entonces, y permanecen oy sus ruinas, junto al antiguo Rio Silicense, nombrado oy de las Aljamitas cerca de Carmona en la Andalucia, de la qual habla Hircio en la guerra de Cesar con los Pompeyos.*

Num. 189 Pater Antonius Quintanadueñas è Societate

Anno Christi Domini 64.

Pater Antonius Quintanaduenas è Societate Iesu scripsit, anno 1637.

Iesu, rerum antiquarum maximus indagator, & in omnigena litteratura apprimè versatus, in libr. Sanctorum Hispalensium, fol. mihi 245. Hispanica lingua de Sancto Hierotheo quam plura observanda docet, eius sanctitatem, & Sedes adnotans. *No solo* (inquit) *ilustrò Hierotheo las Ciudades de Athenas, y Ierusalē, sino tambien las de España viniendo a ella, y del Obispado de Athenas a el de Segovia. Mudança verosimil a que le moviò el amor de la Patria, y deseo de comunicar a el Apostol San Pablo, que por los años de sesenta y tres, ò de sesenta y quatro, predicava en España, y es creible le encargo entõces la Silla de Segovia, como antes la de Athenas.*

Num. 190 *Fr. Petrus Lopez Altuna scripsit, anno 1637.*

Frater Petrus Lopez de Altuna Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Calceatorum, eiusdem Concionator Generalis & Chronographus, in 1. parte Annalium sui Ordinis, cap. 32. fol. mihi 125. vernaculo sermone hæc de conversione, sanctitate, natalitio, & Sedibus Divini Hierothei, Flavium Dextrum sequens, affatur. *Flavio Lucio Dextro antiquissimo Escritor de mas de mil y trecientos años, que en materia de antiguedades tiene mucha autoridad, especialmente en las que tocan a las de España, por aver sido Español, natural de Barcelona, y hijo de S. Paciano, Obispo de aquella Ciudad, de linage nobilissimo de casa de los Dextros Consules Romanos, y Pretor de la Imperial Ciudad de Toledo: muy amigo del gran Padre San Geronimo, y assi le llama el Santo en la Apologia contra Rufino, Dexter amicus meus, y le dedicò al Santo su libro de Omnimoda Historia, dõde refiere, y dize en el libro de Antiguedades, folio 42. como a S. Hierotheo Español de nacion, le convirtiò el Apostol San Pablo, y le hizo su Discipulo, y Obispo de Athenas, y despues vino a España,*

y pre-

Anno Christi Domini 64.

y predicò en ella, y entrò en la Ciudad de Segovia, y convirtiò con su predicacion a los Segovianos a nuestra Santa Fè, y los confirmò en ella. Fue el primer Obispo, y Pastor que tuuieron, y fue tan santo, que por excelencia, obtuuo el nombre de Divino, y assi le llaman los Santos, y todos los de su tiempo, porque Hiero *significa cosa Santa, y* Theo, *id est,* Theos, *Dios, en Griego; todo junto significa lo que fue en santidad, y assi le llaman Hiero-Theo.*

Num. 191 *Fr. Marcus Antonius Alegre & Casanate scripsit, anno 1639.*

Frater Marcus Antonius Alegre de Casanate Carmelita, Hispanus Celtiberus, Turiasonēsis sacræ Theologiæ Doctor, in libro, cuius titulus: *Paradisus Carmelitici decoris*, statu 2. ætate 2. cap. 6. anno Christi 55. hęc de Sācto Hierotheo sciēda proponit: *Sanctus Hierotheus, cognomento Divinus, natione Hispanus, Astigitanus Patria, teste Moralio, Padilla, & Carrillo. Vnus fuit è numero Areopagitarum, qui à Beato Apostolo Paulo instructus est vnà cum magno Dionysio, vir eloquentissimus, divina patiens, Diviniquè verbi Declamator, quē Sanctus Dionysius Areopagita multis laudibus effert, & asserit fuisse Divinum illum Oratorem, quem Christi Apostoli Hierosolymis elegerunt, vt in illustrissimo immaculatæ Mariæ transitu Virgineas Dei Genitricis laudes corā omnibus cœlesti Panegyrico declamaret. Monachus fuit ex Essenis, vnusque ex viris illis plurimis, qui vestigijs Prophetarum Eliæ, & Elisæi institerant, & è numero eorumdem, qui è Carmelo descendentes, vel è Cœnobijs Ierusalem à Virgine Matre, post Christi Ascensionem, instructis, & structis, ad transitū, & sepulchralia Mariæ conventi ardētèr, vt Filij Dilectissimi adfuere. Scripsit, Sācto Dionysio teste, & Lilio Gregorio Giraldo Dialogo 5. de Poetis institutionum Theologicarum librum vnum Hymnos plures, miro*

Anno Christi Domini 64.

spiritu & sapientia clarus. Erat enim (ait Sanctus Dionysius cap.2.3.& 4. Libri citati) post Apostolos, omnibus alijs Doctoribus superior, totus excedens. Isto tempore floruisse Sole lucidiùs apparet. Quo autem superos pervolarit ad Cœlos, penitùs evolat à nobis; sed citatum Menologiũ ait: Quod cũ religiosè vixisset, migravit ad Dominũ, qui à Christo nato felicissim⁹ florebat adhuc anno quinquagesimo quinto sub Summo Ecclesiæ capite Petro, & Romano Imperatore Claudio regnante. Episcopum fuisse Atheniensem Sancti Dionysij Successorem, Kalendarium Græcum, Molanus, Galesinus, Genebrardus, & Dexter affirmant, & posteà Secoviæ in Arevacis Sanctitate mirandũ. Vide Tamaium in Notis ad Chronicon Flavij, & Novitatum Suarum libro, fol.95. & Bivarium in Dextro, Commẽtario huius anni, vbi plura de Hierotheo.

Num.192 *Fr. Hieronymus à S. Iosepho scripsit, anno 1641.*

Pater Fr.Hieronymus à Sancto Iosepho, Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, in Historia venerabilis Patris Ioannis à Cruce eiusdem Ordinis, cum Beata Theresia à Iesu Reformatoris, cuius corpore hæc felix Secoviensis Civitas fruitur, in Conventu Sanctæ Mariæ Montis Carmeli tumulato, in libro 6.cap.3.num.2 hæc tàm de origine Hispano Hierothei, quàm de eius Secoviensi Sede profert, primũquè Secoviensem Episcopum fuisse firmat: *Es esta Ciudad* (loquitur de Civitate Secoviensi) *de las mas ricas, y populosas de Castilla, noble por su antiguedad, pues presume ser fundacion de Hercules, ilustre por el copioso numero de generosas familias, y valerosos Ciudadanos, dichosa por el celestial patrocinio de su hijo, y Patron San Frutos, y de su primer Obispo el Divino Español Sã Hierotheo, y finalmente nombrada en todo el Mundo, por la excelencia de sus*

Anno Christi Domini 64.

lanas, paños, moneda, y Alcazar. Y mucho mas por la milagrosa Imagen de la Virgen de la Fuenzisla; y ya tambien por el sagrado sepulcro del venerable Padre Fr. Iuan de la Cruz.

Nom. 193 *Fr. Angelus Manrique scripsit, anno 1642.*

Pater Magister Frater Angelus Manrique, Ordinis Cisterciensis, Primariæ Theologiæ sacræ Cathedræ in Salmãtina Universitate Moderator; Regius Concionator, ac Cisterciensis familiæ in hac Hispaniarum Observantia Generalis, posteà Episcopus Pacensis, vir omnium scientiarum eruditione preclarus, & cumulatissimus, to. 2. *Analiũ Cisterciensium*, anno Christi Domini 1167. cap. 9. num. 11. agens de Cœnobio Sandovalẽsi, aliàs *Saltus Novallium*, ubi repertum fuit Sancti Hierothei caput anno 1625. Inventionem hanc depingens, simul & Hierotheum Episcopum Secoviensem fuisse, pro certo stabilit, & cõstanter affirmat, sic ait: *Inter plures exuvias SS. Martyrum, quibus ditantur Saltus Novallenses Divini Hierothei, sic enim ab antiquis vulgò dictus, integrum caput ibidem asservari, traditione acceptum à patribus ad filios pertransijsse, confusè tamen, indistincteque, ut nequaquam ab alijs discerni posset. Cæterum ante paucos annos, quo hæc scribimus, anno nimirum 1625. divina providentia effectum est, ut Abbas, qui tunc domui præsidebat, Thomas Bravo & Mẽdoza, instigante Frãcisco Bivario, viro pio atquè Ecclesiastica antiquitatis studiosissimo (ut quæ opera scripsit manifestant) dum fragmentorum sacrorum thecas evoluit, sericis pannis involutum cranium repererit. Tum vero inventio thesauri diu absconditi celebrata solemniter, atque in honorem Sancti altare erectũ perpulchra eius effigie, quæ loci, Hispaniaquè (nam Hierotheus Secoviensis Præsul fuit) insignem Patronum oculis adorantium repræsentet,*

Anno Christi Domini 64.

mentibus ingerat, & de vosos accendat in eius cultum, ipsius vel sic patrocinium promerituros.

Num. 194 *Ægidius Gonzalez Davila scripsit, anno 1645.*

Magister Ægidius Gonzalez Davila, Hispaniarũ Regis Catholici Philippi IIII. Chronographus, tom. 1. *Theatri Ecclesiastici*, fol. mihi 532. post Secoviensis Ecclesiæ enarrationem, de suorum Episcoporum serie agens, primum eorum tribuit Hierotheo locum, ita dicens: *San Hierotheo Español de nacion, estudiò en Athenas, fue su Obispo, y Maestro de San Dionysio Areopagita, y los dos Discipulos del Apostol, y Predicador de las gentes San Pablo, una de sus alabanças es el aver merecido por la grandeza de su doctrina, y saber, el renombre de Divino, y otra el averse hallado en compañia de los Apostoles en el transito glorioso de la Reyna, y Emperatriz de los Angeles, Madre, y Señora nuestra Santa Maria. Assi lo afirma su Discipulo San Dionysio Areopagita en el libro primero de los Divinos Nombres. Hallavanse presentes (dize) Santiago, hermano del Señor, y S. Pedro suprema cabeça, y ornamento de la doctrina Catolica, y Hierotheo, que despues de los Apostoles, tenia entre los demas Doctores el primero, y mas supremo lugar, por la grãdeza y dignidad de sus letras, que alumbrado con las luzes de el eterno, y soberano espiritu, dixo de la Señora cosas tan superiores, encumbradas, y divinas, que merecio que aquel Senado supremo le diesse el renombre de Divino, escriviò libros de los mayores Misterios de nuestra Fe. Fueron sus Dicipulos Sã Dionysio Areopagita Apostol del Reyno de Frãcia; y S. Eugenio Martyr Arçobispo de Toledo. Y despues de aver caminado felizmente en servicio de Dios, y bien particular, y universal de la Iglesia, durmio en el Señor en el dia 4. de Octubre (este dia le señalã los Menologios de la Iglesia Griega,*

y el

Anno Christi Domini 64.

y el Martyrologio de la Iglesia Latina) de el año de Christo setenta, siendo Pontifice Romano, sucessor de San Pedro, el santissimo San Lino, vnico de aqueste nombre.

Num. 195 *Rudericus Mēdez Silva scripsit, anno 1645.*

Rudericus Mendez Silva in sua generali Hispaniæ populatione, cap. 11. verbo *Ciudad de Segovia*, fol. 16. ita antè, & post Hispaniæ restaurationem de Sedibus Episcopalibus Secoviensis Ecclesiæ, loquitur; sed primam, post fundationem Hierotheo tribuit, sic ait: *Andando siglos la destruyò Abderramē, Rey de Cordova año 755. quedando muy limitada hasta el de 923. que el Conde Fernan Gonzalez la ensanchò, vltimamente reedificò el Conde D. Ramon a orden de Alōso Sexto, suegro suyo, año 1088. subiendola à lo alto, que cercò de murallas permanentes, siendo primero Obispo despues desta restauracion, Don Pedro, de nacion Frances, y en lo antiguo el Divino Hierotheo Discipulo del Apostol San Pablo, año 64. ò setenta.*

Num. 196 *Pater Hyppolitus Marracius scripsit, anno 1648.*

Pater Hyppolitus Marracius Lucensis, è Congregatione Clericorum Regularium Matris Dei, vir, propter lucubrationes in Beatę Virginis Mariæ laudem in lucem editas, sua protectione dignus, & ab omnibus iustè laudandus, qui nō semel, sed pluries in suis Operibus, & devotis libris, de Divo Hierotheo, eius sanctitate, doctrina, & Episcopalibus Sedibus non passim; sed consultò sermonem facit. Primum, vt Marianum Scriptorem in sua Bibliotheca Mariana (inter alios) recenset, vt videre est in prima parte, pagina 594. ibi: *Hierotheus Areopagita, quia vnus ex Areopagitarū numero, cognomento Divinus; natione Hispanus; primò Atheniensis, posteà Secoviensis in Hispania Episcopus, Sancti Pauli Apostoli Discipulus, ac Magni Dionysij Areopagitæ Magister, vir elo-*

quen-

Anno Christi Domini 64.

quentissimus, Divina patiens, omnium Hymnographorū Dux & Princeps, quem Sanctus Dionysius Areopagita multis laudibus effert, asseritquè fuisse Divinum illum Oratorem, quem Christi Apostoli Hierosolymis elegerunt; vt in illustrissimo immaculatæ Mariæ transitu Virgineas Dei Genitricis laudes coram omnibus cœlesti Panegyrico declamaret. Composuit in laudem eiusdem Deiparæ Virginis Hymnos sacros, vt testis est idem Dionysius in libro de Divinis Nominibus, cap. 3. sed eos posteri quamvis laudatissimos temporū iniuria perdiderunt. Item in libro, cuius titulus, *Antistites Mariani*, de Hierotheo Episcopo, vt Beatæ Virginis vero cultore & servo, in §. 24. pagina 271. sequentia refert: *De Hierotheo Antistite Secoviēsi, §. 24.* sic in Rubrica. Postea sic incipit textum: *Sanctus Hierotheus, natione (vt multi asserunt) Hispanus, Athenarum priùs, postmodū verò Secoviæ in Arevacis Episcopus, vir Sanctitate mirãdus, & sapientia in paucis clarus, cuius Natalis tam apud Græcos, quàm apud Latinos die 4. Octobris celebratur, cùm Divino spiritu afflatus ad montem Syon, atquè religiosissimas illas ædes (vbi Virgo Sacrosancta resolutionem Tabernaculi sui expectabat) festinatò convenisset, ibi eam in thalamo suo divini amoris faces iaculantem conspexit, ibi sacra eius eloquia dulciora super mel, & favum, cupidis auribus imbibit, ibi divina responsa super Ecclesiæ statu, ibi extrema mandata de rebus ad Dei honorem sedulò præstãdis, avidissimè vnà cū Beatissimis Apostolis excepit. Denique optatissima eius benedictione impertitus, à se excedentem universi Orbis gloriã, gemitu, ac lachrymis prosequutus est. Inde cùm omnis ille iustorum Chorus, qui ibi aderat, partim in ipsius Virginis, quæ tam purum, atquè intamina-*

Anno Christi Domini 64.

tum Deo præbuerat habitaculum, partim in Dei, qui exerto potentiæ suæ brachio tam magna illi fecerat, laudes effundi cœpisset, vnus Hierotheus secundùm Apostolos, sed proximè Apostolis insignem decantatorum à se Hymnorum gloriã retulit; ita enim excellebat, ita rapiebatur à sensibus, ita mente excedebat, ita divinis eloquijs, agitante intus spiritu, ebulliebat, vt cunctis audientibus, seu notis, seu ignotis, prorsus sacro numine correptus, ac planè Divinus Laudator iudicaretur. Prosequitur hic Auctor in notis ad Mariale Isidori Archiepiscopi Thessalonicensis, n. 10. pagin. 237. & hæc eadem vlterius confirmat, & sæpius de Sede tàm Atheniensi, quàm Secoviensi eiusdem Hierothei loquitur: *Quod in hac oratione de Sanctò Hierotheo* (inquit) *qui* (*vt multi asserunt*) *natione fuit Hispanus, & Athenarum priùs, postmodùm Secoviæ in Arevacis Episcopus, vir sanctitate mirandus, & sapientia à paucis clarus asserit Isidorus, certo testimonio exhibitum habemus à Sanctò Dionysio Areopagita eiusdem Hierothei Discipulo, in cap. 3. libr. de Divinis Nominibus scribente, &c.*

Num. 197 *D. Christophorus à Moya & Munguia, Canonicus Secoviensis scripsit, anno 1649.*

D. Christophorus à Moya & Munguia nostræ Almæ Cathedralis Ecclesię Canonicus, in suo M. S. Codice vitæ Sancti Hierothei, relicta prius in cap. 7. probata Hierothei in Hispaniæ Regnis prędicatione, sequenti 8. capite, seminationem Evãgelici seminis in Arevacis Populis emissam (maximè in nostra Secoviensi Civitate, vbi primam eius Episcopalem Sedem obtinuit) fuisse, his adstruit verbis. *Del Reyno de Andalucia vino el Apostol San Pablo con San Hierotheo, S. Lucas, y otros Discipulos por el Reyno de Toledo a la Provincia de los Arevacos, y sin duda caminavan à Roma por el Oriente a embarcarse en la Coruña en*

el

Anno Christi Domini 64.

el Reyno de Galicia para Sicilia, y de alli a Roma, porq en estos tiempos recibiò el Apostol cartas, y avisos ciertos de lo que se aumentava, y crecia la persecucion de Neron, en aquella insigne Ciudad, y algunos graves Historiadores quieren, estos avisos, y cartas sean de Seneca Philosopho, con quien el Apostol S. Pablo sin duda se correspondia. Las mismas cartas tuvo el Apostol San Pedro, que de Ierusalem vino a la Ciudad de Roma a consolar los afligidos, y conservar en la Fè a los recien convertidos, pero la mies grande q̃ se ofreciò en la Provincia de los Arevacos, diò ocasiõ a que S. Pablo dexasse en la Ciudad de Segovia por primero Obispo, y Pastor al Divino Hierotheo, que como vn Sol en sus passos, y doctrina visitò toda la Provincia, y convirtiò tãta gente a la Fe de Iesu Christo, que llegò su fama, y opinion a verterse en todos los Reynos, y Provincias de España, consultandole como a Oraculo, todos los demas Prelados, y Pastores q̃ el Apostol S. Pablo dexò en estos Reynos. Erã singulares los ayunos, vigilias, peregrinaciones, sermones, y doctrinas con que ilustrò esta Provincia, desterrando de ella los errores de la Idolatria, sembrando, y aumẽtando virtudes en los Catolicos, q̃ cada dia creciã, sirviẽdo vnos de Maestros a otros, y saliendo todos desalados a las soledades a cantar Hymnos, y hazer Oratorios de las Selvas, y Bosques, exercitandose en la Oracion mental, en que el Divino Hierotheo fue superior Maestro.

Num. 198 *Frater Franciscus de Roys scripsit, anno 1650.*

Pater Magister Franciscus de Roys Ordinis Cisterciensis, Regius Concionator, Minister Generalis, & in sacra Theologia emeritus Lector, priùs in Salmãtina Vniversitate Philosophiæ Cathedram regens, & ex gremio illius Vniversitatis, in concione prælo excussa pro translatione Reli-

quia-

Anno Christi Domini 64.

quiarum sacri capitis Divini Hierothei ex Monasterio Sandovallensi eiusdem Ordinis ad nostram Secoviensem Cathedralem Ecclesiam avectatum, in eadem habita, & Decano, & Capitulo posteà dicata; ita de Sede Secoviensi Hierothei vulgari idiomate nostro diversis in locis testatur: primò in §.3. fol. 19. ibi: *Vaya a Athenas Hierotheo, buelva despues a Segovia, y goze todo el mũdo de sus rayos, q̃ lucir a solo los de casa, para tanto farol, es corta empresa.* Et infra: *Que aviendo cũplido con los defuera, entrava biẽ el assistir a los de casa: Pacem vobis, qui longè fuistis, & pacem iis, qui propè. El presidir a la Cathedral insigne desta Ciudad, y el alumbrar a su Patria, gozando en estos lucimientos privilegios de Sol, como prebeminencias de Divino;* & §.4. fol. 22. ibi: *Si ya no es que digamos, que se fue a Athenas a ser Discipulo para acertar en Segovia a ser Maestro;* & infra: *Bolved, Divino Hierotheo, a la Patria, en que os criastes, a enseñar lo q̃ en la agena aprẽdistes, q̃ a ella son mas que a otra devidos los sudores; Vt operaretur terram, de qua sumptus est; ya estais diestro Pastor, y eminente ganadero: Revertere in terram Patrum tuorum, & ad generationem tuam, eroque tecum. Bien podeis, y aun debeis, restituiros a vuestra España; si allà os inclina el Discipulo Dionysio; acà os aguarda por Discipulo vn Eugenio; si allà gozavades vna Ciudad Ilustre por su poblacion, y por sus letras; aqui hallareis otra celebre por su antiquissima nobleza, por su inviolada Religion, por su Christiana opulencia, y por los claros varones, cõ que en todas edades, en letras, y armas nos enriquece. Que mucho que la llame yo cabeça de nuestros Reynos, si son, y han sido hijos de ella, las cabeças mayores que la rigen, y hã regido? Si la grandeza de vues-*

Anno Christi Domini 64.

tra Iglesia os enamora, que Iglesia mas honorifica, que la Cathedral de Segovia? Primada me atrebo a llamarla de las Españas; & infra. *Ya esta va Obispo de Segovia Hierotheo, quando S. Dionysio empezò a serlo de Paris, que Hierotheo vino à Segovia de Athenas, y Dionysio sucediò en Athenas a su Maestro antes de venir a Paris;* & in §.5. fol.35. ibi: *Buelva pues à su ocaso Hierotheo, restituya a aquesta Iglesia Sãta su cabeça, publicarà cõ esso, que esta es todo el objeto de su amor, y quãto mas estimò la Occidẽtal Silla de Segovia: Sponsam suam dilectam: que la Oriental de Athenas.*

Num. 199 *D. Ioannes Solano de Figueroa & Altamirano scripsit, anno 1650.*

D. Ioannes Solano de Figueroa & Altamirano, Doctor Theologus, Archipresbyter Metellinensis, Sancti Officij Inquisitionis in Lerenensi Tribunali Commissarius, in Historia *Sanctorum Metellinensiũ*, in c.1.§.2.n.30. fol.23. ita de prædicatione Hierothei, & Sede in nostra Secoviensi Civitate loquitur: *Cõ este amor Paternal* (inquit) *embiavã de quando en quãdo* (loquitur de Apostolis sacris) *varones Apostolicos, que conservassen lo adquirido, y conquistassen con su predicaciõ los rebeldes; Y assi a los 76. años de Christo, llegò con particular embaxada Sergio Paulo (aquel q̃ quiso mas ser esclavo de Christo, q̃ Proconsul de Chypre) y predicando en Barcelona, Zaragoza, Sevilla, y otras partes, visitò todas las poblaciones de este Imperio. A los 71. baxò de Athenas a Segovia el Divino Hierotheo, aplaudido Maestro de San Dionysio Areopagita.*

Num. 200 *Pater Franciscus de Bilches scripsit, anno 1653.*

Pater Franciscus de Bilches è Societate Iesu, Rector Collegij S. Ignatij Civitatis Beacensis, in libro Sanctorum, & Sanctarum ædium Diœcesis Giennensis, & Beacensis, parte 1. cap. 10. pagina 21. vbi vita Sancti Hierothei breviloquio scri-

bit.

Anno Christi Domini 64.

bit, post adductā Flavij Dextri authoritatem de eius in Hispania origine, & secunda in nostrâ Secoviēsi Civitate Episcopali Sede loquentē, suum etiam his verbis sensum depromit; *Finalmente (inquit) aviendo San Hierotheo gastado en España, y juntamente en su Obispado de Segovia, y tenido a San Eugenio, que despues fue Arçobispo de Toledo, por Discipulo, y cōpañero, como afirma un Author grave, y se colige claramente del modo de hablar de S. Dionysio, lleno de dias, y merecimientos; descansò en paz cerca de el año 74. de nuestro Salvador, en el Imperio de Vespasiano, y Pontificado de San Lino Sucessor inmediato de San Pedro. De la sepultura, traslaciones, y admirable invencion de la cabeça del Divino Hierotheo, dize assi D. Thomas Tamayo, &c.*

Num. 201 *D. Martinus à Ximena scripsit, anno 1654.*

D. Martinus à Ximena in Catalogo Episcoporum Giennensium, fol. 20. de Divino Hierotheo hæc dicit: *Por este tiempo florecia en exēplo, y doctrina de santidad el Divino Hierotheo, natural de la Villa de Arjona, que dista dos leguas de Andujar a el medio dia. Fue en el Areopago, y Escuelas de Athenas Maestro de San Dionysio Areopagita, y despues Discipulo de el Apostol San Pablo, Obispo de Athenas, y vltimamente de Segouia en España.*

Num. 202 *D. Ioannes Tamaius Salazar scripsit, anno 1658.*

D. Ioannes Tamaius Salazar, Presbyter Ilipēsis Beturiæ Turdulorum, I.C. Hispanus, & à secretis Excellentissimi, & Illustrissimi D.D. Didaci Arze Reinoso Episcopi, à Consilijs Maiestatis Catholicę status & belli, & Generalis Inquisitionis Hispaniẹ, in suo Martyrologio Hispano, tom. 5. die 4. mensis Octobris, fol. 398. latè agit de Divo Hierotheo. *Primò* Hispanum fuisse ex Astigitana vrbe in Bętica oriundum sic probat; *Macer Hierotheus, natione Hispanus, ex Astigitana*

Anno Christi Domini 64.

Baticæ antiquissima Civitate oriundum. Docet etiam Episcopum Athenarum fuisse, his verbis: *Paulus Thessalonicam remeare disposuit, & cum Atheniensem Vrbem tot celeberrimis dicatam Philosophis conspiceret, eique etiam de Episcopo doctissimo sufficiendo satageret, Spiritu Sancto edoctus, insignem virum Hierotheum tanta vrbis Pontificem nominavit, & ipse in Chorinthum perrexit.* Et cum Divus Paulus sua prædicatione Hispaniã illustravit, relicto Dionysio Athenis Episcopo, Hispaniam reversus, & obuius factus Divo Apostolo, multas cum illo deambulavit Provincias, & Civitates, Evangelium Christi Domini seminando; & cùm ad istam Secoviensem Civitatem devenissent, populum instruerent Fidei rudimẽta, & salutis subsidia ab eis susciperent, relictus fuit Divinus Hierotheus, post magisterij sui complementum, Episcopus Secoviensis nominatus: *Transactis* (inquit) *post modum aliquot annis, in Hispaniam redire constituens, Sedem Athenarum Dionysio Discipulo suo commendavit, qui postea eius Successor extitit, & Galliarum Apostolus & Magister. Hispanias reversus tempore, quo Paulus Apostolus eius Magister, & in Fide institutor Hispaniæ illustrabat Ecclesias, protinùs illi adhæsit, cuiquè causas adventus sui, & qualitèr Dionysio condiscipulo Episcopatum commendaverat, retulit. Quam electionẽ Apostolus probans, Hierotheum Secoviensis Ecclesiæ in Arevacis Hispaniæ nunc erectæ Episcopum ordinavit, eamquè in Fide instituendam, doctrinisquè Evangelicis illustrandam commisit.*

Num. 203 *Pater Magister Frater Didacus de Sylva & Pacheco scripsit, anno 1665.*

Pater Magister Frater Didacus de Sylva & Pacheco, Ordinis Sancti Benedicti, bis Abbas Cœnobij Sancti Martini in Madritensi Villa, semel Monasterij Sancti Ioannis Burgensis Civitatis,

Anno Christi Domini 64.

Generalis totius Ordinis Benedictini, Regius Fiscal ces, Magister Generalis sui Ordinis, Sanctæ Inquisitionis Consultor, & ex conventu destinatorum Madriti pro Immaculatæ Virginis Mariæ Conceptionis Mysterio elucidando, in Historia Iconis sacræ Dei Genitricis Mariæ de Valvanera, de Sede Episcopali Secoviensi Divini Hierothei sic in 1. parte, cap. 3. fol. 10. affirmantèr loquitur: *San Onesimo, Discipulo de S. Pablo, natural de la Ciudad de Petra en Acaya, predica en las Españas, acompañado de las Santas Virgines Polixena, y Sarra, Discipulas de el Apostol San Andres; y San Hierotheo natural de España, Discipulo de S. Pablo, y Maestro de S. Dionysio Areopagita glorioso por tal Discipulo, vino a España, y fue de Athenas Obispo, y de Segovia, y en los Arevacos resplandece en santidad.* Agit posteà in cap. 7. de adventu ad Hispanias Divi Hierothei, priùs de eius conversione, litteris, sanctitate, & Athenatum Sede, portatione, & collocatione Sanctæ Mariæ de Valvanera Imaginis in Montibus Disterrijs, aliqua differens, ad secundam Cathedram postremò deveniens, Secoviensem fuisse iterùm firmat, dicens: *Y despues de aver cõvertido la multitud Gentilica, y derribado los Idolos, passò Hierotheo a ser Obispo de Segovia, y en esta celebre Iglesia, y Ciudad gastò el vltimo tiempo de su milagrosa vida, y predicacion, y acabò felizmente Pastor de aquella Cathedra, colmando de sabiduria, y santidad aquel Pais.*

Num. 204 Quis non videt, solùm Scriptorum authoritatibus traditionem Secoviẽsis Sedis Divi Hierothei super plenè esse probatam ad minus 26. authoribus non infimæ censuræ (omissis alijs, quos non vidimus?) Et relictis documẽtis adductis, quibus eius veritas solidioribus fundamentis vallata: &

Anno Christi Domini 64.

firmata invenitur? Nec ambigendi locum reliñqui, si tantorum consonam inspiciamus sententiam, & ab anno mundi redempti 430. vsquè ad proximè elapsum 1665. perpetuatam esse notitiam? Et in primis illis mille annis à tribus maioris notæ Scriptoribus, scilicet *Flavio Dextro*, *Auberto Hispalensi*, & *Aulo Hallo* amplexam, & edoctam esse traditionem prædictæ Secoviensis Sedis Hierothei? Quid mirum, vt à Successoribus fuisset recepta, & amata?

Anno Christi Domini 67.

DIVVM PAVLVM PER HISPAniæ Provincias in prædicatione Evangelij septem creditur cōsumpsisse annos, [A] *Hierotheus per Arevacos Populos doctrina Magistri sui Christum Crucifixum Gentibus nunciat, & verbi Dei semina mittit,* [B] *maximè Secoviensibus Incolis, & ovibus suis.*

Num.205 ([A] ANnos) Cùm Divus Lucas anno Christi nati 61. librum Actorum Apostolorum absolvit, cùm esset Romæ in ædibus Sanctæ Mariæ in via Lata, vti est Romana traditio (de qua testatur Bartholomeus Gavantus in vita Sancti Pauli, tom.2. *Thesauri Sacrorum Rituū*, fol.320.) & Divus Paulus vinculis solutus, in Hispaniam profectus dicatur (vt iam etiam fundatū relinquitur) & vsque ad annum 68. eius Acta non memorentur, dubia redditur eius prædicatio, an in Occiduana, vel Orientali parte septē his annis fuisset, vel in vtraque; cùm temporis spatium possibilem vtramque reddat sententiam, nàm anno 68. adiunctum fuisse Romæ Petro, vt Fidelibus ibi degentibus, & pro Catholica Religione multa sustinentibus subveniret, est omniū concors sententia. Sed cùm prius in Hispaniam his tempori-

bus

Anno Christi Domini 67.

bus advētum Pauli, ab illo promissum, cum multorum aliorum sensu profiteamur, hùc permãsisse in prædicatione Evangelij, & Civitatum numerositas, locorum, & gentium multitudo ad id credendum alliciunt; Sed Cæsar Baronius à tanta annorum intercapedine posibiles iudicat Divi Pauli ad Orientem, & Occidentem profectus; primum ad Orientales, & secũdum ad Hispanos, vel è contrà. Qui in tom. 1. Annalium, anno Christi 61. fol. 616. ita ait: *Quoniam plurimorum antiquorum Patrum sententia traditum videtur, Paulum solutum vinculis, esse profectum in Hispaniam. At nec ob eam causam, quod nunc (si velimus) redijsset in Orientem videri potest elapsum tempus, quominùs potuerit proficisci postmodùm in Hispanias; nàm octo illi, qui intercedunt, anni vsque ad ipsius consummatum Martyrium, non tantùm fuère illi satis ad Hispanias peragrãdas; sed universam planè Vrbem Romanam, ac Barbarorum externas regiones adeundas.* Prædictis favet Flavius Dexter in suo Chronico, anno 64. qui affirmãter asserit, per hoc tempus cum socijs suis per Hispaniã Evangelium seminasse; ita ait: *Sanctus Paulus ad Hispanias veniens, secum fert Philemonem; Timotheum, aliosquè Discipulos; Libisoca, Laminijquè Vrbibus Provinciæ Arevæ cum prædicat: Philippum, cognomento Philotheũ, Probum, Xantippamquè eius vxorem ad Fidem convertit; Presbyteros ibi reliquit.* Quo in loco eius Enucleator Pater Franciscus Bivarius in Comm. 1. n. 4. satis apertè, & cõcludenter aduẽtum ipsius Apostoli ad Hispaniam ostendit; locaquè, quæ visit, & ibi multos ad Fidem convertit, declarat; præcipuè in *Libisoca* nostro idiomate *Luzuca*, propè *Alcaraz*; at in Lamitano agro, hodie, *Campo de Montiel*, propè fluvium *Gua-*

Anno Christi Domini 67.

diana. Posteaquè anno 66. idem Dexter illam defendit scripsisse Epistolam Paulum, quam ad Hebræos misit, sed non ad Hebræos Hierosolymitanos, sed Hispanos missam defendit; sic Dexter: *Sāctus Paulus scripsit Epistolam ad Hebræos Hispanos conversos.* Et, vt veritas clarior appareat, multum expendit laborem in suo Commētario ad hunc locum dictus Bivarius, nu. 9. vers. *Sanctus Paulus*, fol. 138. ibi Lectorem mittimus, quia cù ii sit res nova magis exponentis iudicium, si res probata remaneat, laudari meritò debebit.

Num. 206 (B *Mittit*) Cùm Divus Paulus, accepto nuntio tyrannidis Neronis Imperatoris, Romam iter arriperet, vt Ecclesiæ subueniret, ne messis Evangelica, suo labore iam in Hispania adulta, evanetet, & Ecclesias Magisterio suo fundatas, Pastoribus orbatas relinqueret, filiosquè Apostolico lacte enutritos, & spirituali pane refectos, fame perirent, reliquit in Hispania Episcopos, vt Ecclesijs ab eo erectis, & eius prædicatione fundatis, præessent; vndè in Secoviensi Ecclesia nostra relictus est Hierotheus Magnus Antistes (vt ad annū 64. probatum relinquimus) quo in munere vsque ad annum 75. in quo eius sanctissima mors asignatur, mirificè se exercuit in filiorum suorum, & ovium commendatarum per notam vtilitatem, & commodum. Hocquè tempore in Secoviensi suo Episcopatu vixisse, ibiquè in Præsulatus sui implendo onere satagisse, nihil est, quod contrarium credendum suadeat, ex his maximè, quæ de origine suo Hispanico, & de hac in Arevacis Populis prædicatione tam firmiter, & constantèr à tantis edocetur, & demonstratur.

Anno Christi Domini 71.

HIEROTHEVS CVM ONESIMO Discipulo Divi Pauli; [A] *& Virginibus Hispanis Polixena, & Sarra à Sancto Andrea Apostolo ad Fidem conversis;* [B] *Imaginem Beatæ Virginis Mariæ Montibus Distertijs collocant;* [C] *quæ hodie sita videtur in Cœnobio Benedictino Diœcesis Calagurritanæ (vulgo* Nuestra Señora de Valvaneta) *miraculis clara, & devotione vndiquè perquisita, & votis visitata.* [D]

Num. 207 (A Pauli) De Onesimo Discipulo suo Paulus Apostolus, in Epistola ad Philemonem eius herū scribens, vers. 10. vsque ad 21. ita ait: *Obsecro te pro Filio meo, quem genui in vinculis, Onesimo, qui tibi aliquandò inutilis fuit, nùnc autē & mihi, & tibi vtilis, quem remisi tibi; tu autèm illū, vt mea viscera, suscipe, quē ego volueram mecum detinère, vt pro te mihi ministraret in vinculis Evāgelij. Sine consilio autē tuo nihil volui facere, vti ne vel vt ex necessitate bonū tuū esset, sed voluntarium. Forsitan enim adeò discessit ad horam à te, vt æternum illum reciperes. Iàm non vt servum, sed pro servo Charissimum Fratrem, maximè mihi; quanto autèm magis tibi, & in carne, & in Domino? Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me. Si autèm aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi mea manu; ego reddam, vt non dicā tibi, quod & te ipsum mihi debes. Ita, Frater, ego te fruar in Domino, refice viscera mea in Domino.* Iterùm scribens ad Collosenses, capite 4. vers. 8. & 9. de eo memoratur, charissimum & fidelem Fratrem nominans, ibi: *Quæ circa me sunt, omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus Frater, & fidelis mi-*

Anno Christi Domini 71.

nister, & conservus in Domino, quem misi ad vos ad hoc ipsum, vt cognoscat, quæ circa vos sunt, & consoletur corda vestra cū Onesimo charissimo, & fideli Fratre, qui ex vobis est. Omnia, quæ hic agū tur, nota faciet vobis. Evasit ita doctus, & fidelis Onesimus, vt meritò post Timotheū succederet, & præfuisset Ephesinæ Sedi; sic in Catalogo Ephesiorū Episcoporū secundus describitur, post cà Romæ sub Trajano, Martyrio est laureatus: Sic de vtroque testatur Martyrologium Romanum, die 16. mensis Februarij, ibi: *Natalis Sācti Onesimi, de quo Sanctus Paulus Apostolus ad Philemonem scribit, quem etiam, post Sanctum Timotheum, Ephesiorum Episcopum ordinavit, prædicationisquè verbum commisit. Hinc vinctus, Romam perductus, ac pro Fide Christi lapidatus, primò ibidem sepultus fuit, inde ad locum, vbi Episcopus erat ordinatus, corpus eius delatum est.*

Num. 208 (B *Conversis*) Societas hæc Onesimi Discipuli Divi Pauli, & Sanctarum Virginum Polixenæ, & Sarræ, S. Andreæ Apostoli Discipularū, cum Divo Hierotheo in Hispania, satis apertè demōstratur à Flavio Lucio Dextro in suo Chronico, anno 71. qui primo in loco de Onesimo, Polixena, & Sarra loquens, ita ait: *Sanctus Onesimus Sancti Pauli Discipulus, ex Vrbe Patararum in Achaya, cum Sanctis Virginibus Polixena, & Sarra Discipulis Sācti Andreæ Apostoli, per Hispanias prædicat.* Prosequitur (nulla alia interposita clausula) *Sanctus Hierotheus, natione Hispanus, quem à Paulo conversum, Discipuli sui Dionysij gloria clarum fecit, ad Hispanias se contulit, prius Episcopus Atheniensis, post Secovia in Arevacis Episcopus sanctitate mirandus habetur;* iungens eos in narrationis clausulis, quos iunctos sciebat

Anno Christi Domini 71. Num. 209

in prædicationis ministerio in his Hispaniarum Regnis.

De hac Onesimi in Hispania prædicatione, & de eius cũ Virginibus Polixena, & Sarra adventu agit Pater Franciscus Bivarius in Commentarijs ad prædicta Flavij Dextri loca, adducens Menologij Græci textum de verbo ad verbum, reditũ ad diẽ 23. mensis Septembris, qui sic se habet: *Eodem die Sanctarum mulierum Xantippa, & Polixena sororum gemellarũ, sorores gemellas Xantippam, & Polixenã Chori Angelorũ cohabitatrices accipiunt. Hæ fuerunt ex Hispanorũ regione sub Claudio Cæsare: Xantippe quidèm fuit vxor Probi, hominis, qui Principatum regionis obtinebat. Hæc autèm edocta est ab Apostolo Paulo, qui regionẽ illam obibat, post alios autèm, & vir ipsius. Polixena autèm rapta à quodam improbo, sed gratia Dei incorrupta mansit, & ab Apostolo Andrea baptizata est. Multis autèm credentibus per ipsam, accipiens secum Onesimum Apostolum, tetendit in Patriam suam Hispaniam, & post multas navigationes, & infinitas fugas, cùm secum duxisset Rebeccam, cùm qua baptizata fuerat, reperit suam sororem vterinam Xantippam. Hæ reliquam vitã rectè transigentes, & multa miracula operata, ad Dominum migraverunt.* Et iam, vt de sanctis Hispanis, de his in suo Martyrologio Hispano, tom. 1. die 16. mensis Februarij, fol. 137. D. Ioannes Tamaius Salazar scribit, & quodã laconismo facta earũ Encomiastes pertransit: *Hispaniæ celebris est* (inquit) *memoria S. Onesimi Discipuli Beati Pauli, & totius Carpetaniæ regionis Magistri, qui (cũ à Philemone hero manumissus, Colosos deveniret, indè ad Patras) ibidem Beatã Virginem Polixenam Hispanam, & Sarram pedisequam, Beati Andreæ Discipulas ad inve-*

Anno Christi Domini 71.

nit, quibus Hispaniã contẽdens, post plurima navigationis dissidia, nostras ingressus, Carpetanos lustrauit, prædicauit, indè Ephesum reversus, Beato Timotheo ipsius Vrbis Episcopo suffectus, post Romã adlatus, post longa pro Fide certamina, tãdem lapidatus occubuit. Et licèt non assentiamus Hauberti Hispalẽsis dicto, quoad annum Hierothei adventus ad Hispaniã, nempè 71. quo allatã dicit ab eo, & Onesimo, & Virginibus Polixena, & Sarra Virginis Mariæ Imaginem (quæ hodie *de Balvanera* dicitur) cùm plùs retrò annis adventus Hierothei remaneat probatus, scilicèt, anno 62. At verò inverisimile nõ redditur, hoc anno 71. quo iam in Hispania fuisse Hierotheũ dicitur, socio sibi Onesimo condiscipulo suo, hanc sacram Imaginem Montibus Distertijs collocasset, vt Haubertus Hispalensis refert (& infrà latiùs probabimus,) Alioquin, si de primo adventu loqueretur, ipse sibi contrarius existeret, cùm ad annum 63. Christi nati, adventum Hierothei ad Hispanias his verbis præfixit: *Paulus Apostolus ad Hispanias se contulit, prædicavit in cunctis Civitatibus Hispaniarũ, in societate Pauli Narbonæ Episcopi; Hierothei Secoviæ; Ruffini Dertusæ; Palgalij Aucæ.* Vndè hic locus de adventu Hierothei ad Hispaniam intelligi debet; ille, de collocatione Deiparæ Virginis Mariæ Imaginis in Montibus Distertijs, vbi hodie Monasterium Benedictinum constructum videmus, sub titulo, & invocatione *Sanctæ Mariæ de Balvanera*, ne in aliquam contrarietatem, vel dissonantiam in calculatione temporum incidamus. Videndus P. Magister Frater Didacus à Sylva & Pacheco, Ordinis Sãcti Benedicti, qui de hac collocatione, Imaginis inventione, eius miraculis, & vndiquè ibi confluentiũ occursu, in Historia Beatæ Mariæ

de

de Balvanera ad longum agit; præcipuè p. 1. cap. 2. vsque ad 6. & p. 2. cap. 12. cum sequentibus.

(ᶜ *Collocant*) Haubertus Hispalensis in suo Chronico M.S. ita ad annum Christi Domini 71. ait: *Hoc eodem anno septuagesimo primo Sanctissimi viri Onesimus, & Hierotheus cum Virginibus Polixena, & Sarra transtulerunt ad Hispaniam quandam Imaginem B. Virginis Mariæ, quam sacravit S. Petrus Apostolus, & posuerunt eam in Distertijs Montibus in Valle Venaria, vbi anno Incarnationis Dominicæ 336. Sanctissimus Athanasius, Episcopus Alexandrinus erexit Heremitoriũ. Postea verò, anno 462. in persecutione Ecclesiæ Heremitæ eiusdẽ Arcturus, & Lupus absconditerunt eam in robore, vbi fuit abscondita vsque ad annũ 568. quæ apparuit quarto Kalendas Septembris Dominico Abbati, & Munioni heremitæ, qui non multò post ibidem readificaverunt Sacellum. Hanc Ecclesiam consecravit Didimus, Turiasonensis Episcopus, anno sequẽti, tertio idus Martij, & erecta fuit in Monasterio Benedictino à D. Ioanne Abbate, anno Domini 674.* Prosequitur in eadem Historia Haubertus, & iterùm de hoc Templo sequentia refert: *Monasterium Valvanerense in monte Iubalda, quod construxit Sanctus Athanasius Episcopus Alexandrinus, per id tempus readificatum est à Dominico Presbytero, & à Munione heremita.* Cõfirmãtur hę Hauberti Hispalensis Chronici clausulę traditione in prædicto Vallis Venariæ Cœnobio ab antiquo habita, qua Monachi illius procerto affirmant, hanc Imaginem ab Onesimo, & Hierotheo cum alijs ibi esse collocatam, sicquè à suis accepisse maioribus. Quæ traditio roborata plus hodie invenitur labore, & industria prædicti Patris Magistri Fratris Didaci à Sylva & Pacheco,

Anno Christi Domini 71?

co, qui in sua, de huius Imaginis inventione, Historia, 1. parte, cap. 5. folio 15: in theca Valvanensis Cœnobij rationem traditionis huius invenisse gloriatur; de qua sic ait: *Pues para que no viviesse este Mysterio sin la noticia que la piedad solicita, dispuso la providencia Divina, que cōcordasse la breve relacion de Auberto Hispalense con el Martyrologio de Girona, y que en el Archivo de Balvanera quedassen algunas señales desta verdad, tan conformes a entrambos testimonios, que sirviessen de prueba calificada, para que se assegurasse el recelo mas prudente, y el escrupulo mas puntual. Hallanse en el Archivo de Balvanera, en el libro Bezerro, vnas palabras concisas, y tan ajustadas a lo que Hauberto Monge nos dexò en su Chronicon gravado, que no pudo ser mas pūtual el ajuste. Las palabras son estas. In Dei nomine; Hæc est traditio huius Cœnobij: Hierotheus cū alijs Imaginem posuit: Arcturus abscōdidit eam: Eandem invenit Munio: Ioānes dedit regulam: Posuit Canonicos Petrus: Albarus reformavit: Deodatus, & Obdulius Episcopi hic tumulati sunt. Era de 932. Estas son las palabras expressas que se hallaron en dos partes escritas; la vna vez en las hojas del Bezerro; la segunda al pie de vna donaciō original q̃ hizo vn vezino de Naxera, llamado Ezeba, fecha el año de 1073. a favor del Convento de San Quirce de Naxera, que era Priorato de Balvanera, de vna tierra en el campo de Villaferriz. Del libro del Bezerro, donde estava escrita, algun Religioso, con zelo de que no se malograssen tan venerables memorias, las trasladò al pie de aquella donacion, donde mas facilmente se pudiessen leer las palabras. La letra que escrivieron al pie de la donacion està obscura, pero no tan borrada como la del Bezerro. En el Beze-*

Anno Christi Domini 71.

rro no fuera posible conseguir el distinguir las letras, pero ayudado el cuidado, de las palabras mismas escritas en la donacion, se conociò todo lo que contenian, y saliò a luz la verdad de las tinieblas del olvido, y se reservò de las llamas del fuego que abrasò tantas vezes el Archivo. Hallòse en el cajon 5. y tiene el pergamino por titulo: Naxera nu. 5.148. Hallòse este testimonia en 11. de Agosto de 1658. con indecible consuelo de los Monges que reconocieron este tesoro, admiraron el ajuste de las palabras del con las de Hauberto Hispalense, para que la concordia de tan antiguos instrumentos hiziesse evidente prueba de quanto este Convento debe venerar la sagrada Imagen. Hæc Pater Sylva.

Num. 211 (D *Visitata*) Quàm plurimis comprobat exẽplis devotionem Beatæ Virginis Mariæ de Valvanera prædictus Pater Magister Fr. Didacus à Sylva & Pacheco in sua Valvanerensi Historia, præcipuè in 2. part. cap. 12. cum sequentibus, vbi Reges, Principes, Duces, & Prælatos, qui speciali prosecuti sunt amore, & cordiali devotione hanc sacram Dei Genitricis Imaginem visitarũt, muneribus Sanctuarium eius locupletarunt, & Pontifices Summos, qui indulgentiarum, privilegiorum, & gratiarum Beneficijs Confraternitatem ibi erectam, & peregrinos visitantes ad maiorem Dei Genitricis cultum, & devotionem excitarũt, ad longum recẽset. Et in 4. part. per totam, miracula multa Catholicis lectoribus, & Beatæ Mariæ de Valvanera servis, & cultoribus in medium affert, quæ non parùm devotionem augent, & spiritum elevant, vt, patrocinio tantæ Matris experto, ad eam laudandam propensiori animo, & aviditate resurgamus, & continuò ei debitum pensum reddamus.

Anno Christi Domini 74.

HIEROTHEVS IN SVA SECOviensi Ecclesia mirandus habetur, maxima cum laude vivit, strenuus in operibus sanctis, perpetuus in doctrina, primus in exemplo, inimitabile virtutum omnium factus exemplar, Pastoris vigilantissimi opus, & nomen tenens, unde ubique clarebat eius memoria. [A]

Num. 212 (A Memoria) Abbas D. Martinus Carrillo in suis Annalibus ad annum Christi Dñi nati 74. fol. 77. in Hispania fulgère Divini Hierothei memoriã ait. Non loquitur de eo tanquã extincto, & vita functo, sed tanquã vivo, & in humanis agente. Nã ad annũ 75. (vt in eo dicemus) eius mors, saniori temporis calculo, peracta videtur. Hoc in tempore quantum ovibus suis Secoviensibus proficeret Hierotheus; de præstantia regiminis primæ Athenienſis Ecclesiæ suæ argumentum desumi potest; & paucis indicat verbis Pater Martinus à Roa in sua Astigitana Historia, lib. 2. cap. 4. fol. 88. *Quien duda* (inquit) *sino que de tan heroico caudal de sabiduria, de santidad, de tan divino espiritu, y tan soberanos dones como el Señor puso en este glorioso varon, saldrian divinas obras en el govierno de sus Iglesias, en la enseñança de sus ovejas, en la cõversion de los infieles, en la dilatacion de la Fè. No pudo caber menos, que muy gran parte del fruto de sus trabajos a España.*

Anno Christi Domini 75.

HIEROTHEVS IN SVA SECOviẽsi Ecclesia, anno à Christo nato 75. [A] *cũ esset circiter annorum 83.* [B] *sancto fine quievit,* [C] *Doctoris, & Magistri Sancti Dio-*

Anno Christi Domini 75.

nysij Areopagitæ laureola insignitus,[D] *quã vis nõ desint, qui eum Martyrem occubuisse credant,*[E] *vbi eius sacrum corpus humatũ iaceat (licèt in Secoviensi Ciuitate traditione firma fuisse credatur*[F] *) locus hucusq; certus ignoratur,*[G] *caput verò tanti Patris, & Doctoris in Cœnobio Sãdovalensi, Ordinis Cisterciensis Legionensis Episcopatus servatur, & maximo cultu veneratur;*[H] *Cathedralis verò Secoviensis Ecclesia, vt non amantissimi, & colendissimi Præsulis sui Hierothei omninò Lipsanis careret, aliquibus cranei fragmentis ab Abbate, & Monachis prædicti Monasterij amicabiliter ipsi porrectis, magno cum gaudio fruitur.* [I]

Num. 213 ([A] 75.) Licèt anno 71. Divum Hierotheum sanctitate mirandum haberi dicat Flavius Dexter in suo Chronico, non tamen tanquã vita functo, sed tanquàm vivo, & claro miraculis, doctrina eximio, & sanctitate conspicuo loquitur. Vndè rectiùs D. Ioannes Tamaius Salazar ad annum 75. obitũ eius mittit. Et in eius vita, tom. 5. Martyrologij sui, die 4. mensis Octobris, fol. 401. de ætate Sancti Præsulis, & anno trãsitus sui hæc ait: *Tandem ætate grandævus, doctrinis clarus, fide invincibilis, scriptis divinus, virtutibus onustus, miraculis eximius, & confessione Trinitatis egregius, obdormivit in Domino, 4. Nonas Octobris circa annum 75.* Etiam Pater Franciscus de Bilches Societatis Iesu, in lib. *Sanctorum Episcopatus Giennensis, & Baacensis,* cap. 10. fol. 26. exitum Divi Hierothei propè annum 75. consignat.

Num. 214 ([B] 83.) Hunc ętatis fuisse Hierothei annorum decursum ex hac computatione colligit Salazarius, quòd grandævus à Paulo conversus Athenis

Anno Christi Domini 71.

Divus Hierotheus erat, & Pauli prædicatio apud illam celeberrimam Vrbē evenisset anno Christi Domini 52. & tunc fortè Hierotheus sexagenarius erat; sicquè, additis 23. annis ab eius conversione, obijsse colligitur 83. annorum ætatis suæ; concluditquè: *Quam ætatem credimus exegisse.* Hanc nos quoquè iuxta aliorum calculationem implevisse existimamus. Licèt non cum Salazario Athenis conversum à Paulo credamus, vt ad annum 35. nu. 51. cum sequentibus exposuimus; nàm Athenis non fuit Hierotheus à Divo Paulo *conversus*, sed *instructus*, quod diversum est; nàm antea Hierosolymis ad Fidem adductū Apostolica prædicatione Menologia, & Mænea Græca testantur.

Num. 215 (C *Quievit*) Græci existimantes Athenis in Episcopali prima Sede terris sublatum Hierotheū fuisse, in suis Menologijs his vtuntur verbis. *Obdormivit in Domino*; tanquàm præfigentes obitum eius in Græcia, sed sepulturæ locum non assignant, nec tempus eius dormitionis; ac dato, & probato (vt iam plenè extat) aliam Episcopalem Sedem obtinuisse, nempè hanc nostram Secoviensem, hic (nisi aliud probetur) diem suum clausisse extremum, credendum est; cùm nō suos vt Pastor bonus desereret, sed necessitatibus suis semper subveniens, animam pro illis daret, & nō separatus à grege, sed pascua tribuēs (vt proprius Pastor, & non mercenarius) super gregem semper evigilans, nunquàm verò deserens, de eis summo Pastori Christo rationem bonam post illius vitæ finem redderet, & cum illo posset dicere: *Non perdidi ex eis quemquam.* Quod non ita fari posset, si ab illis separatus, fortè negligētia sua aliqua periret ovis, & præceps rueret. Vndè in hac Pastorali cura Secoviensium ovium obijsse cre-

Anno Christi Domini 75.

Num. 216

ditur. Ad quod ita tenendum sacrarum ipsius Reliquiarum in Hispania thesaurus inventus non parum iuvat, de quo ad annum 1625. & 1650. aliqua prænotabimus.

(D *Insignitus*) Magna sanè fuit reverentia, quam erga Preceptorem suum Hierotheum Sanctus Dionysius Areopagita habuit. Toties de eius doctrina loquitur, debiti honoris præfatione gratissima, despicientia sua, & magna submissione meminit. Ita videmus quandò verba aliqua ex Theologicis institutionibus à Divo Hierotheo edoctis, in medium affert, & ad firmandam eius authoritate propositam à se doctrinam, non sine eximia eiusdem laude, ac veneratione refert. Sic invenimus, cùm admirandam Domini Iesu in vtero Virginis efformationem, nec sermone vllo exprimi, nec vlla mente concipi, ne Angelica quidem, & seraphica docuisset; tùm de eadem Christi humana generatione, atquè miraculis hæc cum Magistri honore subijcit. *Hæc autem* (inquit) *& alibi à nobis cum pluribus in locis demonstrata sunt, & ab inclyto Præceptore nostro in suis Theologicis institutionibus per quàm eximiè celebrata; sivè illa à sacris Theologis acceperit; sivè ex accurata Scripturarum perscrutatione, multa in eis exercitatione, vsquè diurno perspexerit; sivè ex aliqua diviniore inspiratione edoctus fuerit; non studio solùm, sed etiam experimento divina assequutus, atque ex quadam naturæ conveniẽtia, atque consensione (si ita loqui fas est) ad misticam, & quæ non docetur, sed suspicitur, cõiunctionem, atquè Fidem perfectè provectus. Atquè vt multas, & beatas optimæ illius mentis speculationes in paucissimis ostendam, hæc de Iesu in collectis à se institutionibus ait: Omnium causa est, & complementum Iesu Divinitas, &c.* Idem Diony

Anno Christi Domini 75.

sius de Divinis Nominibus cap. 1. *Nos, qui post Divum Paulum ex illius scriptis instituti sumus.* Et in cap. 4. *Hæc etiam præclarus ille noster sacrorum Moderator in Hymnis amatorijs divinè exposuit. Quorum hìc meminisse, & nostro de amore tractatui velut sacrum quoddam caput annectere haud erit alienum, &c.* Et alibi. *Sed aliquis requireret fortassè, quid sit, quam obrem postquàm venerandus Præceptor noster Hierotheus Theologicas institutiones per excellẽter collegerit, nòs iam, quasi illæ minus sufficerent, novas alias, & præsertim hanc Theologiam conscripserimus.* Pater Petrus Alloix, tom. 1. Illustriũ Oriẽtalis Ecclesiæ Scriptorum, in vita Sancti Dionysij Areopagitæ, cap. 4. fol. 19. de hoc Magisterio Hierothei in Dionysium sic loquitur. *Illo igitur Theologiæ Magistro maximè, & primo omnium vsus est,* (loquitur de Divo Paulo) *secundo tunc autem Sancto Hierotheo viro, si non omninò pari Apostolis, certè suppari, & mirificis Dei Optimi Maximi donis vbertim cumulato.*

Num. 217 (E *Credant*) Martyrem Divum Hierotheum dicit Haubertus Hispalensis in serie Episcoporũ Secoviensium; primum consignat Eulidium Martyrem anno Christi nati 37. cui successisse in Sede Hierotheum Martyrem, Discipulum Sancti Pauli, anno Domini 62. affirmat; sed reverà tam in Sedis gradu, quàm in Martyrij lauro in Hierotheo, lapsum fuisse Haubertum credimus. In Sede, quia primam in Secoviensi Ecclesia obtinuisse Hierotheum traditio constans testatur; & non solùm Eulidium, sed nec aliem primum eo extitisse Episcopum ab aliquo (præter Haubertum) legimus; immò nec Eulidij nomen in Catalogo Sanctorum inventum, licèt non pauca Martyrologia, & Martyrologiorum Scriptores (vt si for-

Anno Christi Domini 75.

tè aliud pro ſe teſtimonium Haubertus haberet) evolverimus. Et ſi forsã error accedat ex corrupto M.S. Codice, & pro *Elpidio* legatur *Eulidius* (cum amborum nomina aſsimilẽtur) & Elpidius Sancti Iacobi Diſcipulus, primus poſteà Toletanus Epiſcopus per hæc tempora (ſcilicèt anno 37.) floreret; & anno 60. Martyrium paſſus ſit cum alijs multis Epiſcopis in Cherſoneſo civitate (nunc vulgo Peniſcola) in Regno Valentino, qui ad Concilium evocati, ibi aderant, cui anno 62. iuxta computum Hauberti Hierotheus in Sede ſucceſsiſſet Secovienſi, nullus eſt, qui aſſerat vnquàm Epiſcopum Secoviẽſem fuiſſe. Vndè, licet legatur in illo Hauberti Codice *Elpidius*, ſive *Eulidius*, neuter Epiſcopus Secovienſis ab aliquo (præter allatum Haubertum) dictus; non tantùm deviat à vero ſecundum aſſertum Hauberti Martyrem Hierotheum faciens, cùm verè non contradicat (immò multum iuvet) capitis iſtius Sãcti à corpore ſeparati inventio in Monaſterio Sandovalenſi, Ordinis Ciſtercienſis in Legionenſi Diœceſi; quia ſi (vt traditur) decollatus occubuit; corpus ſeparatum à capite, & caput à corpore diverſis in locis collocarentur. Vndè facile haud ſit ex inventione vnius ad alterius cognitionem devenire. Dicitur etiam cuidam Moniali diſcalceatæ, Ordinis Sancti Bernardi Monaſterij Valliſoletani (quæ apud omnes magnæ habebatur virtutis) fuiſſe revelatum Divum Hierotheum (cui ſe illa quotidiè orationibus commendabat) Martyrem occubuiſſe propè hanc Secovienſem Civitatẽ in ſuburbijs ab vno milliario, & à Gentilibus pro Fidei confeſsione decollatum, caputquè ſuis manibus portaſſe ſpatio trium horarum, ſicquè viriliter omnes illos Fidei inimicos prædicaſſe: & ad eius imitationem idem feciſſe Dionyſiũ

Anno Christi Domini 75.

Areopagitam eius Discipulum. Sed cùm revelationibus facilè non sit credendum, præcipuè illis, quæ ab Ecclesia non sunt examinatæ,& receptæ, supersedendum est in eius credulitate, & etiam in investigatione huius veritatis, maximè cùm sciatur tempore Illistrisimi Domini D. Melchioris Moscoso, meritissimi Episcopi huius Secoviensis Diœcesis, super hoc multas fuisse peractas inquisitiones; & nihil aliud, quàm quod dictum est, in lucem edi potuisse; licet nō negetur in Parracensi Ecclesia, vbi creditur Hierotheum fuisse sepultum, Episcopum & Martyrem nominari,& Martyribus illum Simeonem Metaphrastem cōparare in Encomio eiusdē Sancti, ibi· *Hunc enim tanta virtutis,& tanta sapientia virum, cui comparare oportebit? Martyribus? Equidèm, quia & verbis,& agonibus testimonium perhibuit veritati!* Et Marchio Stepensis in vita Sancti Hierothei, §.14.fol.25. Hierotheum Martyrem ab aliquibus habitum, demonstrat dùm dicit: *Que año muriesse este Santo, ni si fue, ò no Martyr, no lo dize el Martyrologio Romano; en el qual, en Santos de aquel tiempo muchas vezes vemos omitido el llamarles Martyres, aunque lo sean, solo se seña la por dia a quatro de Octubre.*

Num.218 (F *Credatur*) Licèt quoad loca, quibus sacrum corpus Divini Hierothei humatum in Civitate dicatur, fit diversitas opinionum apud accolas eiusdem; maior eorum pars in id convenit, quòd in Civitate Secoviensi eius prima fuit sepultura, vbi in Pastorali munere vltimum clausit diem; & de traditione hac satis apertè constat. Hæc cōiectura levis non est, aliaquè non minor, vt etiam reconditæ sint in eadem Ecclesia, vel cum eodem corpore dimidia illa pars veli B. Virginis Mariæ, quo lacrymas in Pasione,& morte Filij sui effu-

Anno Christi Domini 75.

sas recepit. Et Prophetia Ioannis Apostoli originalis de adventu Domini ad iudicandũ loquens, quæ omnia secum Hierotheus afferebat, vti verosimile iudicat Marchio Stepensis in vita S. Hierothei, §. 16. fol. 26. ibi: *Seria possible aver dexado, y estar guardadas en Segovia las Reliquias de nuestra Señora, que no es creedero dexasse de tenerlas siempre consigo quien las estimaua, y guardava tanto, y encomendava que se guardassen, como se viò en la relacion, que arriba pusimos de San Cecilio, y asimismo la Prophecia virginal, si ya no es q̃ en la entrada de naciones Barbaras, y especialmente de los Moros, se retiraron a otra parte, como parece sucediò en el caso de su cabeça que digimos, lo mismo digo de las demas Reliquias de su santo cuerpo.* De istorum sacrorum pignorum absconsione dolẽs Didacus Colmenares in sua Secoviẽsi Historia, cap. 4. §. 10. fol. 32. credit cum corpore Divini Hierothei latebrata existere: *En ambas Iglesias* (inquit) *Griega, y Latina se ignoran tiempo, y lugar, y modo de su muerte, hasta que alguna dichosa diligencia lo descubra. O (lo que es mas seguro) la inmensa misericordia divina se digne de hazer tan soberano favor a su Iglesia, manifestando tantos tesoros en la parte de la preciosa toca, que enjugò aquellas preciosas lagrimas, que (segun su inmenso amor) sintiò Christo mas, que los tormẽtos de su Passion. Y en la Prophecia original de San Iuan Evangelista, en las Reliquias, y escritos de tan Santo, y Docto Maestro, de los quales dixo Maximo, que debian estimarse como segunda sagrada Escritura. Pues ya començò el favor en el descubrimiento de su cabeça en el Convento Cisterciense de Nuestra Señora de Sandoval junto a Leon, en cinco de Abril, año 1625. siendo Abad de aquel Convento Fr. Tomas Bravo, y General de*

Anno Christi Domini 71. Num. 219

su sagrada Cõgregacion Fr. Valeriano de Espinosa, Segovianos ambos, de cuyos escritos escriviremos en nuestros claros varones.

(G *Ignoratur*) Corpus Divi Hierothei (licèt varijs in locis) in hac Secoviensi Civitate sepultum fuisse multi credunt, suis magis adducti præsumptionibus, quàm aliquo stabili principio fundati. Vni credunt in Ecclesia Sãcti Ægidij extra muros Civitatis ad septentrionalem plagam reconditum aliquandò permansisse; quia in primæva Civitatis fundatione hæc Parœcia locum Cathedralis obtinebat. Cui opinioni favent Tẽpli vetustas, spatiaquè domorum omninò iam diruptarũ, & demollitarum. Alij censent in Ecclesia Sancti Blasij non longè à prædicta Sancti Ægidij in eisdem suburbijs ablocata, haud alia ratione assertũ suum adstruentes, quàm primi. Alteri, quòd in Ecclesia Parochiali Sancti Dominici de Silos in suburbijs ad meridiem, sub sacri Baptismatis fonte iacuisse sepultum; ex qua traditione per annos quàm plurimos apud istius Civitatis Incolas devotio permansit, vt quoties morbo aliquo laborarent, post orationem ad Sanctissimum, & Ecclesiæ Patronum, in Ecclesia prædicta sacrum fontem obambularent, vt ita intercessione S. Hierothei ibi occumbẽtis sanarentur. Cæteri, in Abbatia Parracensi, olim Ecclesia Canicorum Regularium, nunc Monachorum Sancti Hieronymi, humatum firmitèr credunt. Nam cùm aliqui Canonici Ecclesiæ nostræ Cathedralis Regulariũ normam, & institutum nollent relinquere, ad illam Parracensem se contulerunt, quæ subiecta tunc erat Cathedrali. Cæteri Caconici sæcularizati remanserunt in Secoviensi Cathedrali. Creditur ergo Canonicos illos, qui non minoris authoritatis, & potestatis erant, multas Sanctorum

Re-

Anno Christi Domini 75.

Reliquias, quæ in Sacrario huius Cathedralis servabantur, secum duxisse, præcipuè corpus Divi Hierothei sui primi Præsulis, & Pastoris, & in Ecclesia illa honorificè tumulasse. De quo sola remansit aliqua traditio firmiori fundata principio, ac cæteræ relatæ opiniones. Nam per annum 1621. in illo Parracensi Cœnobio Kalendarium perantiquum repertum fuit, in quo dicebatur, in medio Capituli Canonicorum sepultum extitisse quemdam Episcopum, & Martyrem, qui *Hierotheus* credebatur. Vndè, vsque ad præsens in illo Monasterio Parracensi traditio crevit, ibi Hierotheum Secoviensem Episcopum sepultum custodiri. Sed quæ magis veritati adhæret, est illorum sententia, qui existimant per Hispaniæ excidium alibi esse translatum, ne in Sarracenorum deveniret manus. Ita censet cum D. Ioanne Tamaio Salazario, in suo Martyrologio Hispano, tom. 5. die 4. mensis Octobris, fol. 404. Pater Franciscus Bivarius in Commẽtarijs ad Dextrum, anno 71. num. 3. in fine, fol. 169. qui de inventione sacri capitis Divi Hierothei in Sandovalẽsi Monasterio Legionẽsis Diœcesis loquẽs; de cæteris Lipsanis huius Sãcti Præsulis ita ait: *Vndè verosimile est, tempore Sarraciensis devastationis à Christianis adsportata fuisse sacra illius pignora ad Legionẽsis montana, ad quorum radices Monastertum Sandovalẽse situm est.* O vtinam huius reconditi thesauri locus tàm diu ignoratus, & tanto affectu perquisitus, nostris temporibus clementia Dei his cordialissimis filijs, Patris, Apostoli, & Pastoris sui interveniente prece, panderetur! vt tanto munere freti, avidiùs, & gaudentiùs ad eius celebrandas laudes ex præsentia ossium suorum vivificorum continuò inflammarentur!

Num. 220 (H *Veneratur*) Latè agunt de hac inventione

Anno Christi Domini 75. D. Ioannes Tamaius Salazar in tom. 5. Martyrologij Hispani, die 4. mensis Octobris, fol. 404. & P. Franciscus Bivarius in Commentarijs ad Dextrum, anno 71. num. 3. in fine, fol. 169. & in Apologetico ad Vrbanum Papam 8. cui (vt oculato testi) credēdum maximè venit. Et Pater Thomas Bravo de Mēdoza Ordinis Cisterciēsis, tunc Abbas Cœnobij Sandovelensis, quandò detectum fuit caput, in suo tractatu speciali de hac inventione per totum, maximè §. 2. fol. 3.

Num. 221 ([1] *Fruitur*) Ad annum 1650. (quo fragmenta aliqua Divini capitis Hierothei ex Sandovalensi Cœnobio Cisterciēsis Ordinis in Legionēsi Diœcesi ad Cathedralem nostram Secoviensem Ecclesiam evecta fuère) concessionem, & portationem istarum Reliquiarum describemus: ibi Lectorem mittimus, si ea ignorare non cupit.

Anno Christi Domini 855. *SIMEON METAPHRASTES, natione Græcus, Patria Constantinopolitanus, Cognomento Magister, quem Græci nō secus, ac Chrysostomum, & Basilium reverentur; quemquè Florentinum Cōcilium sess. 7. sanctum, & insignē Doctorem nominat,* qui (*vt ait Belarminus in libro de* Scriptoribus Ecclesiasticis (*floruit paulò antè annum Domini* 859. *Divini Hierothei extitit Magnus Encomiastes, eiusquè in laudē, orationem Atticam Populo concionavit;* [A] *quam idiomate Græco M. S. Regalis Escurialensis Bibliotheca in custodia habet.*

Num. 222 ([A] *Concionavit*) Encomiū Metaphrastes de Sancto Hierotheo ex Græco Latinum a Patre Fr. Gabriele Sancti Hieronymi, Cœnobita Hieronymiano in Escurialensi Regali

Anno Christi Domini 855. Monasterio Græca, & Latina linguis non parum versato, nec minus erudito, desumptum fuit ex antiquissimo, & pervetusto Codice Græco M. S. qui asservatur in Regali Bibliotheca M. S. eiusdem Monasterij. Est tenoris sequentis.

Encomium Simeonis Metaphrastes de Sancto Hierotheo.

Num. 223 LAudibus Hierotheum, sacrum Dei hominem celebrabo. Par enim, ac iustum est. Quoniam non modò bonis operibus se se Deo dicavit, (vt aptè inter se actio, & nomen convenirent) verùm etiam, quia cum Ministris cęlestibus Deo etiam consecratis, cumquè sempèr videntibus simul vigens, atquè conversans, eorumdem gratia, & dignitate perfruebatur. Nam vnà cum illis æquale ministerium aggressus, æqualem etiã gloriam reportavit. Ideò cõsentaneum est, vt paritèr cũ illis eum prædicemus, atque honoremus. Postquã enim concorditer, & apostolicè vivẽs, è vita migravit, iure apostolica laus, & veneratio ipsi debetur. (Æqualium enim laborum similitudo æqualia præmia reposcit.) Huius autèm debiti, quam magna retributio! Quidnam hoc? Nẽpè ipsius mercedis persolutio gratiarũ actio est. Vndè oportet eos, qui Deum, & dies festos amãt, impigro, & alacri animo in vnum convenire ad celebrandum virtutis illius gloriam, atquè in ipso honestis delicijs vtendum. Ad hoc semper quidem (sed præcipuè in die suæ festivitatis) ipse sublimi prædicatione cõvocat omnes. Vndè igitur? Quia primitiæ radiorum Solis iustitiæ exortus, purè educatus, litteris excultus, & ad mensuram perfectæ ætatis adeò clarus resonabat, vt cuique videretur cum magna gloria, & fama præstantibus an

Anno Christi Domini 855.

teire. Illius rectè facta memoriæ prodidit nemo; Sed eius liber clara, & perspicua operum imago est; imò & brevis pars ipsius libri demōstrat, ipsa opera simulachrum esse partis summè laudabilis. Ad doctrinam enim mores, ac modus vivendi spectāt. Morum autem, vice versa, imago doctri na est, & mutuò in se ipsis imprimūt probitatem. Cùm ergo esset admodùm puer bonorum operum, literarumquè amator fuit, & res ipsæ ostendunt quomodò statim à prima electione, officioquè vitæ coniunxerit felicitati naturæ morum nobilitatem. In omnium disciplinarum peritia versatus est, & earum cognitionē longo tempore comparandam esse novit. Ad quamlibet pulchritudinis, & honestatis speciem idoneus, ac pronus erat; & maximè ad progressum faciendum in his, quæ præelegerat, omni cura adhibita. Longum vale dixit, otio, & voluptatibus, quæ ex naturæ pronitate dissolvunt robur, studium, amoremquè laborum circa meliora. Ampliori quidem non inhærebat possessioni, quàm rebus necessarijs ad vitam tuendam. Omne autem superfluum maluit bene perdere, quàm vnà cū hoc male perdi. Apud sapientes enim satius est perdere, quàm perdi. Perdere autem, inquam, invenire est. Nam perdere propter Deum, invenire est in Deū, quoniam in cœlis servatum redundanter thesaurizatur. Quod autèm hoc modo nō est dispensatum, diffluit, atquè deperditur gratis. Et qui non vult sic perdere, omninò perit, vt ipse Salvator minitabundè dixit; & vitam ipsam propter Deum contemnendam; quanto magis facultatum iacturā, dicens: *Qui invenit animam suam, perdet illam; & qui perdiderit, inveniet.* Ideò iste Sanctus amavit iacturam eorum, quæ possidebat, & sciens solam virtutem esse divitias, tantùm litterarum

Ioan. 12. vers. 15.

stu-

Anno Christi Domini 855. Num. 224

studijs illam sequentibus enixè incumbebat, citra ambitionem, atquè figmentum: Semel enim virtuti, & sapientiæ dicatus, nō frigidè, & languidè, sed valdè viriliter, ac generosè eas assequi contendebat.

Ad virtutem igitur nos quoquè priùs convertentes, assentiamur his, quæ de vnaquaque dicemus. Rectè præstantiùs sibi visum est diligenter persequi virtutem, & posteà sapientiam, scitè admodùm intelligens, quòd libri ad Philosophiam pertinentes, ante omnia repetunt bonos mores: *Quoniam in malevolam animam non introibit sapientia.* Quapropter censuit, ante Philosophiæ studium facere oportere quæcumque minime illicita, sed Philosophia digna. Vt enim, qui ducturus est vxorem Virginem castam, atque pulcherrimam, quidquid eidem puellæ dissentaneum est, omnino aversatur, & consentaneum quærit, & congregat, quod etiam Dominus dicit: *Lucernā accendit, & everrit domū:* Nonne quærit invenire drachmam perditam? Sed etiam pulchritudinem amans, domum cohabitationis ornat, vt eum, desideratumquè connubium puella lubentiùs amplexetur. Sic Magnus Hierotheus amore Philosophiæ, quæ digna est amari, flagrās, lucernam accendit perspicacissimam mentem, illam omni cæno expurgans, vt videre, atque discernere posset, quæ aggredi, & quibus abstinere oporteret, bonorumque electione adeò dignum illa gravitate decora habitaculum se præparavit, vt eum tanquàm propriū Sponsum agnoscens, & pulchritudine animæ præstantè amanter amplecteretur, & corona deliciarū, & gratiarū dextra prehēsum comiter exciperet, & ipse similiter eā amplexus (vt conijcere licet) dixit: *Tota pulchra es, amica mea, & macula nō est in te.* Et sic decore

Sapient. 1. v. 1.

Lucæ 15. v. 8.

Proverb. 1. v. 9. & c. 4. v. 9.

Cantic. 3. v. 7

im-

Anno Christi Domini 855.

immaculatum convictum, atque connubium invicèm contraxère. O consonum coniugium! O spiritualem convictum! Verùm quanto hæc studio indigeant ad rectam affectionem, & vitæ correctionem, quãtoque sudore ac labore, Iacob Patriarcha ostendit, qui haud paucos annos cũ multis tentationibus decertavit, vt Rachelem, & Liã in Matrimonium duceret, sicut Hierotheus actionem, & contemplationem. Nemo ex his, qui tentantur, hæc ignorat; sed hic solus idoneus esset ad dicendum de his quomodò se habent; nam ex ijs, quæ passus est discens dignus cui credatur. Reverà mirabile, & imitatione dignum, quòd mens eius non fuerit carnis desiderijs distracta, cùm nos per sensus singulis diebus oppugnent, nec ianuam aperuerit absurdis, importunis, & vagis cogitationibus. Continentia, sobrietate, constantia, timoris, & divini amoris rore potuit extinguere intestinas flammas. Qui enim intùs contra eas leviter pugnat homo, aut vulneratur, aut comburitur. Prętereà non negligenter ad scientiarum encyclopędiã accedẽs, Philosophorũ more disputabat, & labore, & exercitatione multa earũ habitũ acquisivit. Quanti quispiam, & laborẽ, & miraculum? Nõ enim naturæ aptitudine absque labore illa rectè attingi possunt, sed industria, mente humili, meditationibus, vigilijs assiduis, alijsque afflictionibus: *Nam in meditatione exardescit ignis.* Disciplinarum radicem amaram multo sudore, atque afflictione opus esse, & necessitatem, ac laborem gloriæ parentem, asperam & arduam semitam ducẽtem ad virtutem, sapientum libri testantur, qui exercitatione longa, & experientia multa disciplinarum cognitionem adepti sunt; quibus, si quispiã alius, Divinus Hierotheus exercitatus & vigens, quam maxime perfectus

Genes. 29.

Hebraeor. 5. v. 8.

Psal. 39. v. 3.

eva-

Anno Christi Domini 855.

evasit vita, & doctrina! Vita quidē, vt admodùm pauperes, & minimi; doctrina autem, vt maximi, ac summi. Itaque sapientia quidem sapientibus præibat, virtutis ergò, vita autem probis doctrinæ causa; vel doctrina quidem superabat eos, qui iugiter litteris operam dedère; vita autem virtute celeberrimos. Vel simul vita, & sapientia præstabat omnibus, qui in vtraque nominis splendorem fuerant adepti; sapientia quidem irreprehensibilem vitam firmabat; vita autem præstantissimæ sapientiæ specimen erat. Verùm (vt vno verbo dicam) omne bonum tùm ad vitam, tùm ad sapientiam spectans, elegit, & studiosè congregavit. Horū quidem labor vnà cū presenti vita finitur, gloria autem in perpetuum manet. Negotiatio vt opus bonæ prudentiæ, & solertiæ æterna temporalibus permutat. Quoniam qualis fuerit ratio, seu modus operādi, talem necesse est & prudentiam esse. Bonorum enim laborum gloriosus fructus, & quæ non concidit radix sapientiæ. Ita demùm contemplationis fundamentum actionem ponens, ad summum pro humanæ naturæ captu perueniens, in vtràque habitum nactus est.

Num. 225 Hæc Hierothei ante perfectam in Christi fidem specimina. In hunc modum se ipsum purificans, vel consecrans Fide, in qua nulla est reprehensio, dignum se præbuit, atque apparavit; & ante regenerationem salutaris Baptismi, veritatis forma se ipsum exornavit. Liber Actuū Apostolorum declarat quomodò summus Dionysius, & quidam cum illo à Divino Paulo edocti ad verā Fidem venerunt. Hic ille Paulus; *Qui ad tertium Cælum, & in Paradisum raptus, audivit arcana verba, quæ non licet* (*vt ipse ait*) *hominibus loqui.* Haud intempestivum fortasse, & ipsum paucis

Actor. 18. *v.* 34.

2. *Corinth.* 12 *v.* 4.

Vulgata, *homini.*

ver-

Anno Christi Domini 855.

verborũ illorũ sensum addere. Vt Divinus Paulus superstitiosissimis Atheniẽsibus Christum Iesum, & Resurrectionẽ annũtiavit, cum Epicureis quibusdã, & Stoicis congressus putabatur esse peregrinorũ Numinum annũtiator. A quibus ad Areopagum in iudicium vocatus, luiturus pœnas existimatæ blasphemiæ, & stans in medio Areopagi pronuntiavit concionem illam admirabilẽ, opportunè ab Ara, in qua scriptum erat: *Ignoto Deo*: inducens doctrinam veræ cognitionis Dei, qua cõvicit præstantiores alijs sapientia à Deo infatuata: *Et hi adhærentes Paulo, crediderunt, in quibus erat Dionysius Areopagita, & alij cum eo.* Arbitror autèm, Hierotheum ante concionem illam à Deo inspiratam, iam credidisse, ipsumquè Divini Pauli Discipulum esse. Nõ enim, si tunc vnà cum Dionysio credidisset, Sanctus Lucas adeò silentio præteriret, vt ne, vel de nomine ipsius mẽtionem faceret, cum illustrior alijs esset, & virtute, & sapientia præstantior. Si autèm fuerit vnus ex Areopagitis, non possum dicere, nisi quòd apud Athenienses primores in Areopago ius dicebant. Dicitur autèm sic vocatum fuisse Tribunal, quod erat in Areopago, quòd Neptunus contra Martem secundùm antiquas fabulas causam dixerit, quia ibi huius filium Alirothium occidisset. Iudicabãt ergò Areopagitæ de omnibus ferè causis, & transgressionibus Legum. Dionysius autèm inter eos tunc Senator erat, & incorruptam, verisimãquè sententiam pronuntiavit coram Paulo, Spiritu Sãcto pleno, & fatuæ morum severitati, atque authoritati Areopagitarum *vale* dicens; verum iudicem, & omnium inspectorem Christum cognovit, & statim adhæsit veritati; Et perficitur quidem Dionysius, doceturquè Hierothei subsidio omnia dogmata salutis, & à Paulo Prædicatore

1. Corinth. 1. v. 20. Actor. 17. v. 34.

ve-

Anno Christi Domini 855.

veritatis constituuntur Episcopi eorum, qui tunc crediderant. Dionysius tamen divino numine afflatus, instituitur tanquam puer, Præceptorum more, (vt ipsemet ait) à Magno Hierotheo. Vndè colligere oportet quantæ Hierotheus sapientiæ fuerit, qui potest talem, ac tãtum Discipulũ ostẽtare. *Si enim nõ est Discipulus super Magistrum*; & Dionysij multiplex eruditio, omniumquè penetrans scientiarum methodum, ferè latent omnes, qui omnem doctrinam, atquè peritiam per, vasere, quem oportebit existimare Hierotheum, per quem Dionysius talis apparuit?

Matth.10.v.24.

Num.226 Sed, vt Hierothei sublimis sapientiæ præstantia manifestior fiat, aliqua ex ijs, quæ ipse tractavit, & in Dionysij libro afferuntur, oratione percurrere nitemur, vt ex ora ostendatur pannus, & ex vngue cognoscatur leo. Quid enim, ait, in Hymnis, qui amatorij inscribuntur? Amorem, sive Divinum, sive Angelicum, sive spiritualem, sive animalem, sive naturalem vim quamdam con iungentẽ, miscentemquè dicamus, quæ superiora quidem impellit, vt inferioribus prospiciãt, & consulant; paria autèm, vt inter se societate iungantur, ac denique inferiora, vt se convertant ad superiora. Et rursum quandò multos amores, qui ex vno nati sunt, descripsimus, cùm deinceps dixissemus, quæ sunt amorum, & eorum, qui in mũdo sunt, & eorum, qui in cœlo, & cognitiones, & vires, quibus pręstant instituto sermonis spiritualium, atque eorum, qui mente intelliguntur, diviniquè amores, qui ibi revera honesti sunt, præstant, ac superãt, & à nobis propriè sunt, aptequè laudati. Nunc etiàm altius repetentes omnes in vnũ, coniunctumque amorẽ, & eorum omniũ patrem colligamus simul, & cõferamus; ex multis primum in duas eorum amatorias omninò vires

Apud S. Dionys. de divin. nom. c.4. circa medium.

Anno Christi Domini 855.

contrahẽtes, quibus omnib⁹ pręstat, & antecedit, invicta amoris omnis causa, quòd superior sit omnibus, ad quā pertinet, & aspirat pro captu vniuscuiusque eorum, quæ sunt, vniversus amor, qui ex rebus omnibus oritur. Adhuc prætereà. Age verò his rursum collectis dicamus; vnam quamdam cõiungentem à bono vsque ad extremum eorũ, quæ sunt, movet, & impellit, atque ab illo rursum ordine per omnia ad bonum ex se, per se, & in se ipsa, ad se ipsam, in orbem reflectitur, semperque ad se ipsam eodem modo revolvitur. Et cætera, quæ deinceps philosophatur de bono, & malo, & quod malum nõ est, nec est ex eo, quod est, neque in his est, quę sunt, & de dœmonis natura, & siquid aliud, quæ pręermittere putavimus, ne vltra modũ duceretur oratio. Proponuntur autem, vt qui velint, ea scrutentur, & vel hinc huius viri sapientiæ vires, cogitationum inventionem, dogmatumquè ad pietatem pertinentium veritatem admirentur, & quomodo impiorum Manichæorum, & aliorum Hæresiarcharum vanitatem, amentiamquè confutaverit. Firmat etiam, & explicat quãtum possibile est absolutum Trinitatis imperium, atque ineffabilem verbi Incarnationem, de quibus ait ipse Dionysius. Hæc autem & à nobis alijs locis satis multis demonstrata sunt, & valdè celebrata à clarissimo Pręceptore nostro in Theologicis suis institutionibus, quas ille, sive a Sanctis Theologis, sive artificiosa Scriptorum Divinorum consideratione, & indagatione perspexit. Multa in his exercitatione, diuturneque vsu, sive etiam diviniore quodam instinctu, & afflatu hausit, nõ solùm disciplina adeptus divinarum rerum scientiam, verùm etiam, impressa in se divinorum imagine, expertus, atque ex sua cũ eis cõsensione (si ita loqui oportet) absolutus, in ipso

Dionysius de Divinis nomin. c. 2. paulò ante finem.

rum,

Anno Christi Domini 855.

Sanct. Hierothei verba, e theologicis elementis.

rum, quæ doceri non potest, mysticaque coniunctione, ac fide. Atque vt multa, & beata illius mētis documenta paucis subijciamus, hæc de Iesu in Theologicis elementis, quæ ab eo collecta sunt, dicit: Iesu divinitas, quæ rerum omnium causa est, easque complet, quæ partes vniversitati consentaneas, accommodatasque conservat, & neque pars est, neque totum, & totum est, atque pars, vt quæ, & partem omnem, omneque totum in se comprehenderit, & eis excellat, & præstet. Perfecta est illa quidem in ijs, quæ minime perfecta sunt, vt perfectionis principium, sed minime perfecta in perfectis, vt quæ perfectionem superet, & antecedat; Species est effectrix speciei in formis, vt quæ specie superior sit. Essentia in tota essentia sine maculę contagione insidens, & cùm superior sit essentia, ab omni essentia secreta est; principia omnia, ordinesque definit, & principiū omne, atque ordinem superat; Mēsura est rerum omnium & æternitas, æternitatēquè & superat, & antecedit; Plena est in ijs, quæ egent; effusa in ijs, quæ plena sunt, dici nō potest nō proferri; mētē, vitam, essentiā superat; quod excellit, habet cū præstantia, quod essentiam superat eo modo, qui essentia est superior. Itaque quando etiam ad naturā pro sua benignitate venit, verèque essentiā assumpsit; atque is, qui Deum superat, vir appellatus est (quæ autem hoc loco à nobis laudantur, & mentem, orationemquè superāt, propitia nobis sint) in his quoque habet, quod excellit, & quod essentiam superat, non solùm, quod sine vlla mutatione, & confusione nostri factus est particeps, cum nihil passus esset, & accepisset in summa plenitudine, perfectionequè sua à summa exinanitione; sed etiam quòd (id, quod eorum, quæ nova sunt, est novum maximè) in ijs, quæ Natū nobis

Anno Christi Domini 855.

Num.227

Dionysius de Divinis nominibus, cap. 3. vbi de Hierotheo eiusque libro elementa Theologica inscripta.

dedit, natura erat superior; in ijs, quæ essentiam attingunt, maior erat essentia. Sed hæc quidem hactenus.

Verùm quid rursus de illo Dionysius dicit ad Timotheum in capite de oratione, & pietate, & conscriptione Theologica? Sed hoc fortassè defensionis indiget, quod cùm Hierotheus clarissimus Præceptor noster Eleméta Theologica magna cum laude collegerit: Nos tamen quasi illa minus satisfaciant; & alia, & hanc de Deo disputationem conscripsimus. Atqui, si ille quidem ordine omnia, quæ ad Theologiam pertinent, tractare voluisset, brevissimisquè explanationibus totius Theologiæ summam persequi, profectò nunquàm eo insaniæ, aut vanitatis prorupissemus, vt nos vel diligentiùs illo, vel diviniùs Theologica assecuturos putaremus, vel ijsdē supervacaneo labore repetendis frustrà in eo poneremus orationem; & prætereà Magistrum, amicumquè violaremus; nosquè, qui post Divinum Paulum ex illius scriptis instituti sumus, præclarissimam eius & scientiam, & interpretationem nobis vindicaremus. Sed quandoquidem reverà ille divina pro captu perfectorū senum Sacerdotum explanans, brevia nobis decreta exposuit, & quæ vno multa complexa essent; tùm ipse vrgens prout possem, atque ij omnes, qui (vt nos) Præceptores sunt, nō ita pridem perfectarum animarum possent explicare, & distinguere nobis consentanea oratione summarias, ac singulares maximi spiritualis illius viri facultatis glomerationes. Tuquè nos sæpè etiā ad hoc studium hortatus es, ac librū ipsum vt nimis sublimem remisisti. Hac quidem ex parte nos etiam illum quidem, vt perfectorū, atque peritorum (sicut Sacerdotes senes decet) animarum Magistrum ijs, qui plerosquè superāt,

se-

Anno Christi Domini 855.

ſecernimus quaſi altera ſcripta divina, vt ijs, qui à Deo vncti ſunt, conſentanea; ijs autèm qui nobis ſimiles ſunt, nos pro captu noſtro divina trademus. Si enim perfectorum eſt ſolidus cibus, hoc alios paſcere quantę ſit perfectionis? Rectè igitur hoc quoque à nobis dictum eſt, eam quidem ſpiritualium Scriptorum contemplationem, qua in ſe ſine velamine conſpiciuntur, eorumquè ſummariam doctrinam exercitatæ, qualis eſt in ſenibus Sacerdotibus, facultatis indigère. Scientiam autem ſermonum, qui eò ferant, atquè diſciplinam inferioribus Magiſtris, Diſcipuliſquè ſacrorum Myſteriorũ convenire. Quanquam hoc à nobis diligentèr obſervatum eſt, vt quæ divinus idẽ Præceptor aperta expoſitione diſtinxiſſet, ea nullo modo tractaremus, ijſdem repetendis ad eandem Scripturæ ſanctæ, quæ ab eo propoſita eſſet, explanationem. Nàm apud ipſos etiam Pontifices noſtros, qui numine divino permoti erant, cũ & nos (vt ſcis) & tu, & multi ex Sanctis Fratribus noſtris corporis, quod Authorem vitæ, Deumquè recepiſſet, videndi cauſa conveniſſemus (aderant autèm & Iacobus frater Domini, & Petrus ſupremum, & maximè venerandum Theologorum, ſeu Apoſtolorũ faſtigium) placuiſſetquè, eo viſo, ab omnibus Põtificibus, vt quiſque idoneus erat, infinita potentia prędıtam bonitatem divinæ imbecillitatis laudari; tùm omnibus præſtitit poſt Apoſtolos (vt ſcis) alijs ſacrorum Doctoribus, cũ totus foris ageret, totus à ſe ipſo dimotus eſſet, & ſocietate, cõmunionequè eorũ, quæ laudabãtur, eſſet affectus. Itaquè ab omnibus, qui eum audiebãt, & videbant, atque noverãt, aut non noverãt, divino numine afflatus eſſet, divinuſque laudator iudicatus eſt. Et hoc ſatis oſtẽdo gloriã, ac laudẽ illius mentis, Deo ſimilis, atquè ſublimis. Quibus

perſ-

Anno Christi Domini 855.

perspicuè manifestatur Dionysium Deo afflatum à Divino Paulo,& Magno Hierotheo effectum fuisse;& per eos ad superiora, & perfectiora cœlestis sapientiæ,& illius, quæ ad nos pertinet,ascendisse gradatim,peritè, & senili intelligentia, quæ est circa divina. Hoc enim significat illud graviter,& senum more explanare ipsum sacrum Hierotheum,quæ scripserat;& censendum scripta illius,qua alteram Divinam Scripturam,ad fuisseque vnà cum Apostolis,ipso Dionysio,Thimotheo,& alijs compluribus propter exequias sacri Tabernaculi Deiparæ, & etiam tunc Psalmos decantavit, & quædam sepulcralia cantica cecinit,totus à se ipso absens,totus alienatus, eorum, quæ laudabat, cõmunionem patiẽs. Beata reverà passio passione carens,vnde omnibus preire,atq; præstare à cunctis, qui aderant, tanquàm divino numine afflatus, divinusque laudator iudicatus est. Deinde ordine, & sine vllo intervallo sequitur.

Sed quid tibi ea, quæ ibi de Deo, divinisque rebus dicta sunt,commemorem? Nàm, nisi mei etiã oblitus sum, scio me sæpè abs te divinarum quoque laudum illarum partes auditione accepisse, tanto tibi studio est, non negligenter divina persequi. Sed vt quæ ibi Mysteriorum plena acta sunt, quod & à plerisque oratione exprimi non possunt,& tibi sunt nota,prætermittamus; quotiescunque cum multis conferri sermonem oportuit,& quot poterant ad sanctam disciplinam nostram deduci,quam multum,ac longe,multis Sãctorum Doctorum præstitit;& temporis vsu, & mentis nitore,& demonstrandi acumine,cęterisquè omnibus,quæ ad sacro sanctorum verborum pronuntiationem pertinent? Quo circa nunquàm nos tam magnum solem adversum intueri conati

Anno Christi Domini 855.

ſumus. Sic enim nobis ipſi conſcij ſumus, nos nec ſatis intelligere divina, quæ animo, & ratione cernũtur, poſſe; neque Myſteria divinæ cognitionis, quæ explicari ratione poſſunt, efferre, & dicere. Sed cùm procul ab eo abſimus; à divinis viris ſciẽtia, quę in theologica veritate poſita eſt, vincimur propterea quod eo abundantia quadam religionis, ac reverẽtiæ deducti ſumus, vt ne omninò quidem vel audiremus, vel diceremus quicquam de divina Philoſophia, niſi intellexiſſemus, non eſſe divinarum rerum, quæ contingere poſsit, negligendam ſcientiam; atque in hanc nos ſentẽtiam adduxerunt, non ſolùm mẽtium cęleſtium appetitus à natura tributi, qui amanter ſemper cupiunt divinorum naturam excedentium, quæ eſſe poteſt cognitionem, & ſciẽtiam; verumetiã ipſa divinarum optima præſcriptio, quæ ea quidẽ, quę ſupra nos ſunt, ne curioſiùs exquiramus, vetat, quod & merita noſtra ſuperent, & comprehendi non poſsint. Ea autem omnia, quæ nobis permiſſa, & conceſſa ſunt, tum diligenter diſcere iubet, tùm benignè cum alijs communicare. His igitur etiam nos adducti cum labore aut ignavia, ab inventione divinarum rerum, quæ accidere poteſt, deterriti non eſſemus, ſed eos etiam, qui meliora, quàm nos intueri, & cõtemplari nõ poſſent, ſine ſubſidio relinqui non pateremur, ad ſcribendum animum appulimus; ita tamèn, vt novi quidem nihil inducere non audeamus, ſed minutioribus quibuſdam partium ſingularium obſervationibus ea, quæ brevitèr dicta ſunt, à reverà Hierotheo diſtinguamus, & explicemus.

Num. 228 His autèm quid vult Dionyſius manifeſtare? Nimirùm divinas intelligentias appetere à natura contemplationem, quæ poſsibilis eſt, naturam excedentium, ipſumquè aliqua eorum, quę com-

pen-

Anno Christi Domini 855.

pendiosè dicta fuerant à magno Hierotheo, graciliori partim interpretatione dignaputasse. Sciēdum autèm quod & de alijs huius opusculis mentionem faciat. Dicta equidem sufficiunt probandis huius viri scientiæ divini numinis afflationi, & magno ingenio, quæ vel sola absque verbis nostri Encomij rationi sunt satis. Verũ quia vulgo dicitur, obedire bonũ (quod autèm est bonũ, præstare, & implere decet) præcipiēti obtemperantes, Dionysij verbis adiunximus nostra tanquàm panni additamentum vetus vestimento novo, etiàm si haud ignoremus Hierothei res silentio potius honorandas, quàm verbis, & argumentis adstruendas, atque laudandas cum magnificentiæ cuiuscumque sermonis supersint. Eas quidem, vt par est, exprimere operosum, ac certè multò operosiùs laudare. Si enim ille Dionysius divinorum cognitione pollens, novem celestiũ ordinum Interpres, divina, & humana sapientia plenus, se ab eorum (quæ Hierotheus scripsit) intelligentia procul abesse fatetur, si Timotheus inter Apostolos sanctissimus Martyr librum ea circumplectentem, vt mentem suam superātem eidem Dionysio, qui eum sibi vtendum dederat, remisit, quis (licèt sit sapientia alter Socrates, & Plato; vel eloquentia alter Demosthenes, aut Thucydides) attinget Hierothei scriptorum aut intelligentiam, aut laudem? Quidquid enim in illius scriptis perspicitur, excedit omnem sermonem, laudem, admirationem, & representat ingenij magnitudinem, mentis præstantiam, Scriptoris puritatem, necnon dictionis permutationē alternatim cum lepore, ac venustate phrasis, & elocutionis puritatem, & suavitatem, orationis splēdorem, & elegantiam fulgidos à se radios vibrantem; compositionis, ac structuræ verborum or-

namētum à fabre compactum atque dispositum; animi conceptuum copiam vnà cum vtilitate, cogitationum divinam Maiestatem, & celsitudinē, gravitatem cum claritate. Sanctissimæ Trinitatis theologicam explicationem, & verbi Divini Incarnationis arcanam expositionem; magnificentiam, magnitudinem, authoritatem, & alia omnia, quæ tanquàm divina, & veneranda ferè certant cum tabulis Dei digito scriptis, nec minus aurem delectant, quàm vtilem doctrinam exhibendo, in se vim habentia haud dissimilem illis tabulis, etenim cum illis fœdus inijerunt. Non enim tantopere delectant aurem, quantopere vitæ conferunt, atque expediunt, & sanè quàm maximè? Valdè quidem oblectare possunt auditores, sed magis effusè beneficio afficere fideles. Itaque, ne quis tantum elegātiam, ornatumque sermonis admiretur, quantum expiationē hinc provenientem contempletur, atquè perpendat.

Hunc enim tantæ virtutis, & tantæ sapientiæ virum, cui comparare opportebit? Angelis? Meritò; etenim Angelorum more vixit in corpore: Apostolis? Iure; quoniàm Apostolicum ministerium aggressus, opere complevit; Martyribus? Equidem; quia & verbis, & agonibus testimonium perhibuit veritati; Pontificibus? Certè; quoniam purè, & irreprehensibilitèr Summo Sacerdotio fungens, placuit Deo: Doctoribus? Sanè; quia supra plurimos docendi ministerium exercuit. Num Cœlo? Iure optimo; etenim sublimium, perpetuòquè lucentium operum, & verborum gratijs, veluti stellis ornatus enarravit gloriam Dei: Soli? reverà; quia fulgoribus Sanctum decentibus obruit splendorem, qui oritur à Sole; Lunæ? Vtique; quoniam obscuram ignorantiæ noctem veræ cognitionis splendori-

Anno Christi Domini 855.

bus illuminavit: Paradiso? Prorsus; quia diversis virtutibus, seù varijs floribus fragrans, Ecclesiam Dei exornavit: Cōtemplationum mari? Pacis flu vio? Verè; quoniā aquarum vitam vehentiū institutionibus divinis scaturivit: & pacem, & bona more Prophetarum evangelizavit: Organo musicali? Tubæ benè sonanti? Planè; quia sonus eius admodùm concinnus, Apostolorum instar in omnem terram exivit; & in fines Orbis terræ virtus verborum eius. Si illum autèm vas electionis nuncupabimus, verum dicemus: Portavit enim Sanctum Christi nomen coram gentibus, & Regibus, & filijs Israel. Porrò, si filiū tonitrui nominabimus, opportunè loquemur; etenim alta Evāgelicæ prędicationis voce tonans, cœlestium cōtemplationum extremas resonantias nobis emisit: Tot, ac tantis coronis virtus eum ornavit, tot bonorum eum ars artium, & scientia scientiarum variegavit. Quænam igitur prius admirari, aut laudare opportet? Ex magna enim copia, consilij inopia. Dicam pium? Dei amantem? Philosophum? Rectorē? Apostolum? Sacerdotem Magnum? Sanctissimum senem? Divinum Scriptorē, atque Doctorem? An omnis iustitiæ, & virtutis operarium? Hæc enim omnia, & quidquid hæc comitatur, in semetipso complectens, habuit. Quis ergo sermo sufficiet illius rectè factis enarrandis? Aut quæ lingua poterit illius laudes attingere? Quum enim omne bonum complexum habuerit anima vna, & totam cum excellentia, quomodo quispiam tot encomiorum, ac laudum magnitudinem superabit? Ego autem hoc solum hactenus dictis adijciens, orationi finem imponam; nimirum quod talibus, ac tantis commeatibus ex hac vita in senectute bona discedēs Patriarchaū, & Prophetarū, Apostolorum, & Martyrū,

Isaiæ 52. v. 7.

Psal. 18. v. 4.

Actor. 9. v. 15

Marc. 11. v. 17.

Anno Christi Domini 855. omniúmquè iustorum contubernio, & habitaculo dignus est habitus, vnà cũ ipsis pro nobis intercedens, postquã huius vitæ mare tranquille navigavit, & in tranquillos, carẽtesquè fluctibus portus Regni Dei impetu se recepit. Habes in his (ò Sanctissime Dei homo) meritis quidem tuis imparia, nõ autèm viribus nostris. Vicissim igitur tribuas nobis, quæ à te speramus, & quæcumque tibi, mediantibus precibus, potestas præstat. Sed nunc quidem impetrare nobis bonam animæ, & corporis valetudinẽ, peccatorum veniam, tẽtationum inopinatarum liberationem, & finem Dei erga homines benignitate dignum; in futuro autèm iudicio à dextris Christi exhibitionẽ, seu assistentiã inverecundã, & sortem, ac partẽ inter Sãctos. Horum enim omnium possessionem, & communicationem virtus, & vita sapientiam amans, tibi elargita est, adiutorio Dei. Cui decet omnis gratiarum actio, honor, gloria, & laus, nunc, & semper, & in infinita sæcula sæculorum. Amen.

Anno Christi Domini 1160. *MONASTERII SANDOVALENsis Cisterciensis Ordinis in Episcopatu Legionensi Patroni, vt Cœnobium illud suis sumptibus erectum, & apprimè fabricatũ, divitijs etiam cœlestibus locupletassent, inter alias Reliquias, quibus maximè exornatur, illam integri capitis Divini Hierothei custodiendam, & venerandam Monachis reliquère;* A *forsan, vt eam à Maurorum devastatione liberarent, vt cæteri, ad Legionensis Regni radices Montium altàs delitescendas deportarunt.* B

Num. 230 (A REliquère) Communis traditio est, in prædicto Sandovalensi Monasterio

 hanc

Anno Christi Domini 1160.

hanc capitis Divini Hierothei Reliquiam cum alijs Cœnobio illi Patronos condonasse. De ea agit Fr. Thomas Bravo de Mendoza, Abbas prędicti Monasterij, in tractatu inventionis Hierothei capitis, §.2. folio 3. ibi: *Tradicion fue en los Monges de esta santa casa, recibida, y conservada de vnos en otros de tiempo inmemorial, q̃ en su Sagrario entre otros grandes, y preciosos tesoros, y Reliquias, de que sus Fundadores, y bienhechores, en su principio por los años 1160. la enriquecuron, como el mas noble de ellos, y la mas principal de ellas, se guardava la cabeça del Divino Hierotheo, Discipulo del Apostol San Pablo, y Maestro de San Dionysio Areopagita, Apostol de los Franceses, y del gran Martyr, y Arçobispo de Toledo San Eugenio. Los que alcançaron la fundacion del Convento, y algunos de sus sucessores no pudieron dudar de esta verdad, pues vieron por sus ojos el testimonio manifiesto de ella. Pero el tiempo que gasta las inscripciones de los bronces, y marmoles mas duros, avia ya hecho mella en esta tradicion, y si bien no la avia borrado del todo, pues aun durava en la memoria de algunos ancianos Religiosos, toda via se podia temer que a pocos años la cõsumiesse, y acabasse con increible detrimento de todos los hijos, y devotos del Santo. De estos rezelos (que en mi eran gigantes) nacieron los deseos, que de obuiar estos daños tuve crecidissimos. Para cuyo remedio tratè de poner en escriptura de publica fee la noticia que al presente se conservava, recibiẽdo juridicamente los dichos de todos los Monges del Monasterio, con que en los siglos venideros, si ya no se mejorasse, a lo menos no pudiesse caer del punto en que al presente estava. Alguna razon nos davan el libro del Tumbo del Monasterio, y la Tabla antigua de las Reliquias que en èl ay,*

pues

Anno Christi Domini 1160. *pues nos dezian que avia (entre otras) Reliquias del Divino Hierotheo. Pero en tratando de su cabeça, desfallecian, no afirmando cuya era, por hallarla sin titulo.* Loquitur posteà de inventione capitis, quæ ad annum 1625. conscripta invenitur: ibi Lectorem mittimus.

Num. 231 (B *Deportarunt*) Tum temporis, cùm Gothi, Alani, Suevi, & Vandali totam Hispaniam vastarunt, ad annum 410. habitum est, & celebratum illud vetustissimum Concilium Bracharense, in quo Pancratius Episcopus expostulavit, quid fieret de Sanctorum Reliquijs, his verbis: *Nunc, si placet omnibus vobis, statuatur quid agendum sit de Reliquijs Sanctorum, præcipue de Patre nostro, & Apostolo huius regionis Petro Ratiastensi, quē ad salvandas animas Iacobus Domini consanguineus dimisit. Surrexit Elipandus Colimbricensis, & ait: Non poterimus omnes vno modo id facere; sed, si vobis placuerit, vnus quisque pro tēporis opportunitate id faciat. Barbari sunt intra nos, Vlisbonam premunt, Emeritam habent, Asturicam similiter, propè diem eventari supra nos. Proficiscatur vnus quisque in locum suum, & confortet fideles; corporaque Sanctorum honestè abscondat; & de locis, & speluncis, vbi posteà fuerint, relatorium nobis mittat, nè per cursum temporis in oblivionem veniant.* Ad hoc omnes vnanimes responsum dedère: *Iustum, bonum, & congruum consilium nobis videtur pro temporis necessitate.* Hoc, quod Sancti Patres pro celandis Sanctorum Reliquijs, nè in manus inimicorum, & infidelium devenirent, statuerunt, opere complère multi alij pij, & catholici viri. Imagines, & Reliquias Sanctorum montium cavernis illatebrantes, vt post Hispaniæ recuperationem, multis in locis quotidie miraculosè multæ inventæ noscuntur, vt pas-

Anno Christi Domini 1160.

sim memorantur Historiæ. Hoc idem compellere valuit, vt sacrum Divini Hierothei caput ad Montes Legionensis Regni veheretur, vt securiùs ibi servaretur; vt optimè censet prædictus Pater Fr. Thomas Bravo de Mendoza, in dicto inventionis capitis Hierothei tractatu, §. 6. fol. 18. ibi: *Debe sin falta el Monasterio* (loquitur de Sandovalensi) *su tesoro a los Barbaros, que tiraniçaron a España, pues fueron causa, de que temerosos los Chrestianos antiguos de Segovia de perderle, le trajessen, como otros hizieron de los suyos, a las montañas de Leon, y Obiedo. Aqui a la falda de ellas avrà 500. años, que se fundò este Monasterio, y para seguridad, y apoyo del, le enriquecieron sus Magnificos Fūdadores con esta preciosa cabeça. No dudo que quedasse el santo cuerpo ocultado en la tierra de la iglesia que fundò, q̄ de otro modo a averse acà traido con la cabeça, no la huviran apartado del; y de ambos se cōservara individual noticia. Pero como era mayor ocupacion, y carga la de todo el cuerpo, y no pudiessen detenerse a tāto, facil cosa fue, por gozar de algo, traerse la cabeça, y no pudiendolo traer todo, dexar enterrado el cuerpo.*

Anno Christi Domini 1625.

CAPVT DIVINI HIEROTHEI in Sandoualensi Cœnobio Ordinis Cisterciēsis in Legionēsi Diœcesi, Nonis Aprilis anni mundi redempti 1625. detegitur cum inscriptione Græca, caput ipsius fuisse attestāte. [A] *Albas prædicti Monasterij Ecclesia Secoviensi tanquàm Sponsa istius Sanctissimi Præsulis congratulatur de eius inventione.* [B] *Instantiùs à prædicta Ecclesia Secoviensi, vt pars aliqua Reliquiæ huius concedatur, preces mittuntur, sed pro tunc non*

assentitur illis.[C] *Metropolitana Hispalensis Ecclesia (Sede Archiepiscopali vacante) vt de Hierotheo tanquam de Sancto naturali in sua Diœcesi oriundo Officium celebretur, curat.*[D]

([A] A*Ttestante*) Quàm plurimi de hac in Sandovalensi Cœnobio, Cisterciensis Ordinis in Episcopatu Legionensi, inventione Hierothei capitis agunt: Veluti Pater Franciscus Bivarius Commentario 3. in Chronicum Flavij Dextri, anno 71. fol. 169. P. Martinus à Roa Societatis Iesu, in Astigitana Historia, lib. 2. c. 4. fol. 84. Fr. Thomas Bravo & Mēdoza, Ordinis Cistercięsis, in suo speciali tractatu de hac inventione, §. 2. fol. 4. Marchio Stepensis in vita Sancti Hierothei, §. 15. fol. 25. D. Thomas Tamaius à Vargas in Inquitidionis continuatione, anno 1625. Pater Franciscus de Bilches Societatis Iesu, libro *Sanctorum, & sacrarum Ædium Episcopatus Giennensis, & Beacęsis*, cap. 10. fol. 26. Pater Antonius Quintañaduenas, ex eadem Societate, lib. *Sanctorum Hispalensium*, fol. 246. D. Ioannes Tamaius Salazar *in Martyrologio Hispano*, tom. 5. die 4. mensis Octobris, *in vita Sancti Hierothei*. fol. 401. Pater Petrus Alloix è Societate Iesu, libro 1. *Illustrium Orientalis Ecclesiæ Scriptorum in vita Sancti Hierothei*, cap. 4. fol. 609. Pater Magister Fr. Angelus Manrique, Ordinis Cisterciensis, posteà Episcopus Pacensis, *in Annalibus Cisterciensibus*, tom. 2. anno Christi Domini 1167. cap. 9. nu. 11. & multi alij. Sed plus credendum oculatis testibus, quàm alijs, qui solùm de auditu suam informant sententiam. Audiatur in primis Pater Franciscus Bivarius, qui prædictæ Reliquiarum inventioni adfuit, in Commentario 3. Chronici

Fla-

Anno Christi Domini 1635.

Flavij Dextri, anno 71. fol. 169: ita dicens: *Ibi postquàm eiusmodi Commentarijs Romæ finem imposui, in Hispaniam reversus; cùm casu apud Monachos Cistercienses Monasterij Sandoualis, Diœcesis Legionensis agerem, & Reliquiarum sacra scrinia sedulò evolverem, percepi, caput in ibi Divini Hierothei asservari; ita siquidem traditum à maioribus suis senes Monachi asseverabant; & caput quidem sacrum inter Reliquias extabat sed scriptura eius rei desiderabatur. Venit nihilominus mihi in mentē, cranium à linteolo, quo à multis retrò annis strictissimè involutum, & filis assutam servabatur, exuere, si forsan testimonium aliquod eius rei interius reperire liceret: Et ecce, Deo auspice, membranula vetustissima, longitudinis dimidij digiti cum parte cranij, Abbate, & Monachis omnibus præsentibus; reperta est cum Græcis characteribus, qui sonabant, caput Hierothei. Incredibilis subitò lætitia mentes omnium subijt, & super tanto bono, Abbate ita disponente, pro gratiarum actione processio solemniter celebrata est. & Missa de eodem Divino Doctore & Antistite decantata, ipsa inventionis die, quæ fuit 5. Aprilis, anno Domini 1625. festo Sancti Isidori dedicata. Quo sanè probabiliora redduntur, quæ de reditu eiusdem Hierothei Athenis ad Hispanias à Dextro scribuntur; & de Secoviensi Ecclesia ab eo erecta. Vndè verosimile est tempore Sarracenicæ devastationis à Christianis adsportata fuisse sacra illius pignora ad Legionensis montana, ad quorum radices Monasterium Sandovalis situm est.*

Occupet secundum locum alius testis oculatus Abbas illius Monasterij tunc temporis ibi existens Fr. Thomas Bravo de Mendoza; qui, cùm prædictæ inventioni adesset, eam in suo tractatu, §. 2. fol. 4. ita describit: *Al fin, aviendo determi-*

na-

Anno Christi Domini 1625.

nado de hazer informacion de el estado presente de nuestra Tradicion, y prevenido para ello los Religiosos q avian de dezir en ella a 5. de Abril de este presente año del Señor de mil y seiscientos y veinte y cinco, dia dedicado en España a la beatissima memoria de su gran Doctor S. Isidoro, Patron especial deste Obispado de Leō: no sin particular mociō de Dios (cuyos son todos buenos pensamiētos) determinè visitar el Relicario, y explorar con cuydadosos ojos la santa cabeça, por si acaso hallava algo en ella, que pudiesse ayudar el intento que deseava executar. No quise en negocio tan grave dar passos sin testigos, hizelos de los mios a todos los ojos del Convento, y cada vno sin duda estaua hecho vn Argos, como pronosticando el bien futuro que esperavan ver. Tomè la Reliquia preciosa en las manos, y fuila poco a poco desbolviendo de muchos, y diuersos, no se si diga, cobertores, ò palios, en q estava embuelta; En el primero de raso verde remates de pasamano de oro; y el siguiente vn cendal blanco de seda, cabos de cinta naranjada, largo mas de vara y media, que cercava cō muchas bueltas la cabeça. Debaxo de ambas estava vn capacete de tafetan carmesi ajustado con ella, y perdido el color con la grande antiguedad, y dentro del, como aforro dos bueltas de cēdal (a lo que el tiēpo permite juzgar) blāco, pero èl le tenia de muchos años robado el color, y deshecho en mil piezas. Seguiase otro cendal delgado de seda, color rojo encendido, del tamaño de la santa cabeça. Tanta era la veneracion, en que la antiguedad siempre la tuvo, que reputando a atrevimiento descubrirla, la iban poniendo a porfia vnas cubiertas sobre otras. Quando tras tantos arreboles esperavamos ver el Sol descubierto (digo la santa cabeça sin cortinas) nos hallamos casi impossibilitados de gozarlo,

Anno Christi Domini 1625.

porq̃ estava estrechamente aforrada en lino delgado, no en vna pieça, ò dos, sino en muchas, y menudas, a causa que la santa cabeça cõ la grã antiguedad no gozava de la entereza primitiva, antes estava dividida en muchas partes. Las mayores como la palma de la mano, y otras como la mitad, blãcas todas a maravilla, y cada vna por si aforrada en lienço, y cosida curiosamẽte; y todas vnas cõ otras tan juntamente, que guardando cada vna su lugar, parecia a todos estar entera, y sana; y a mi no poca temeridad desnudalla de su sagrada tunica, en que tantos centenares de años (tal era la antiguedad que representava) se ocultò a los ojos de los mortales. Ni yo presumiera merecer ser el primero a quien fuesse permitido descubrir, lo que a tãtos fue defendido. Cobrè animo, y mas se me aumentò, quando vno de los circunstantes me dixo, passasse adelante, que seria posible se hallasse dẽtro de la sagrada tunica el testimonio que buscava. Pidiose para ello a Dios, y al Santo licencia, en oracion humilde, y fervorosa de todos los circunstantes; y a pocas piezas que la tixera descubriò de la cabeça saliò vn rayo de luz, que nos deslũbrò a todos, digo vn pergaminillo, no mayor q̃ medio dedo, y en el la inscripcion en letras Griegas, y tan antigua, q̃ representa mas de seiscietos años de antiguedad. Las letras queriã dezir, cabeça de Hierotheo. Hallòse con la santa cabeça gran parte de sus sagrados cabellos entrecanos, y castaños, aunque los canos vencian en cantidad à los castaños, representando vna grande, y veneranda anciandad, y del tamaño de medio dedo cada vno, al parecer, de la barba: y en la quijada q̃ està entera quatro blanquissimas muelas, y vn colmillo. Todos a vn tiempo hincarõ las rodillas a venerar el precioso tesoro, y dar gracias a Dios por su invẽ-

cion

cion tan festiva, quanto inopinada. Y de comun consentimiento se hizo procession, cantando: Te Deum Laudamus, por los claustros, y yo celebrè Missa del Santo, diziendo segunda oracion, pro gratiarum actione, cõ tanta solemnidad, como alboroço, que era lo que daua vida a la fiesta. Aderecose la santa cabeça con la curiosidad possible, aunque la possibilidad reconociò grãdes vẽtajas a los deseos. Y lueues de Casimodo diez de Abril, fiesta de precepto del gran Doctor San Isidoro en este Obispado de Leon, y en que por voto especial concurren a este Monasterio diez y seis, ò diez y ocho processiones de diversos Lugares, se predicò la invencion felicissima de la cabeça del Divino Hierotheo, primer Obispo de Athenas, y de Segovia, con increible aplauso, y jubilo espiritual de todos los oyentes, por cuyo medio se và dilatando su fama en todo el Reyno.

Ex illa narratiuncula græca inventa cum capite Sancti Hierothei, variè aliqui Authores circa natalitium, & Sedes eiusdem Sãcti senserunt. Pater Petrus Alloix Societatis Iesu lib. 1. *Illustrium Orientalis Ecclesiæ Scriptorum in vita S. Hierothei*, cap. 4. fol. 609. ex Græcia prædictum caput adductum credit: sic ait: *Nam licèt sacratissimũ eius caput nunc possideat Hispania, & illo tanquàm pretiosissimo pignore meritò glorietur; tamẽ antiquitùs è Græcia sumptum esse, ipsa inscriptio græca eidem capiti affixa planum facit. Sic enim Græcis characteribus reperta est; non autèm Latinis; caput Hierothei, neque item eius gentis sermone, apud quam tantus thesaurus latuit, vernaculo. Quarè nihil proprius esse vero arbitrandum est, quàm hasce tanti viri nobiles Reliquias olim è Græcia in Hispaniam (quacumque demùm ratione id acciderit) esse exportatas. Iam autèm Religio*

Anno Christi Domini 1625.

si Cistercienses Cœnobij Sandovalis in ditione Legionensi eas obtineant, & certius recognitas per magno honore habent. Aliter sentit Pater Franciscus Bivarius, imò ex inventione Reliquiæ istius in Hispania, hic vitam finijsse Hierotheum existimat, probabilemque extitisse illorum sententiam, qui tenent non solùm Hispanum fuisse Hierotheum, sed Episcopatum Secoviensem obtinuisse defensantes, quæ communi Scriptorum opinioni magis accedit, & ex ipso Patre Petro Allois comprobatur, qui haud negat Hierotheū Infulas Secoviēses induisse, & cùm aliam Sedem ei posteà non consignet, in hac in meliorem commutasse vitam, credendum est; præcipuè cùm contrarium non probetur, nec sciatur, Sicquè benè argumentatur Bivarius non levem reditus ad Hispaniam, & Secoviensis Sedis obtinendæ deduci præsumptionem, cum in ea eius sacræ Reliquiæ repertæ sunt. Ita in Commētarijs ad Dextri Chronicum, anno Christi 71. Comment. 3. folio 169. *Quo sanè* (inquit) *probabiliora reddūtur, quæ de reditu eiusdem Hierothei Athenis ad Hispaniā à Dextro scribuntur, & de Secoviensi Ecclesia ab eo erecta. Vndè verosimile est tēpore Sarracenicæ devastationis à Christianis adsportata fuisse sacra illius pignora ad Legionensis montana, ad quorum radices Monasterium Sandovalis situm est.* Consequens erat, vt potiùs in Hispania, vbi finivit vitā Hierotheus, eius sacra Lipsana reperirentur, quàm alibi (licèt possibilis esset eorum dispersio) & præsumptio hæc validior est, & fortior, vt aliam ex inscriptione græca inductam vt debiliorem tollat; vt in leg. Divus, ff. de in integrum restitution. & leg. nō solùm, ff. de ritu nuptiarum cum alijs quàm pluribus iuribus Iurisconsulti docuerunt. Præsumptio esse poterat ex Græcia addu

ctum propter græcam eius inscriptionem, sed fortior, quod probato fuisset in Hispania, & ibi defunctus, ibi à principio fuisse repositum, vbi inveniebatur. Nec tãtum obest prędicta inscriptio græca, vt affirmare teneamur ex Græcia allatam fore Reliquiam. Percontamur? Fuit difficile Hierotheo ex Græcia secum attulisse ad Hispaniam aliquos socios, Discipulos, vel domesticos Græcos, cùm ille per totam Græciam tot annis diversatus esset, docens, & erudiens omnes illos Orientales? Quid mirum, vt secum aliquem, vt ei inserviret, Grecum traheret, & ille, post eius obitum, sacrum caput materno idiomate conscriberet, & indiceret? Contrarium sanè magis esset inverosimile; non igitur ex hoc probatur in Hispania Hierotheum non obijsse, nec Hispanum fuisse, vt à sententia tantorum recedamus? Parum etiam est argumentum ex sola inscriptione græca, falibile multum. Sæpè vidisse meminimus, picturas illas celeberrimi pictoris Domini Græci, subscriptione sua, Græco sermone elaboratas, & titulatas, quarum multæ hodie iam Toleti, Madriti, & in Regali S. Laurentij Monasterio depictę inveniuntur, & in nostra Hispania collaboratas fuisse, certò scimus, non ideò, quia Græca subscriptione sunt, eas Gręciæ factas dicere valemus, vel ex Græcia evectas, cùm non nisi in nostra Hispania realiter depictas noscamus. Nõ igitur, quia caput Divini Hierothei cum notula græca, ipsius fuisse testante, ex Græcia allatum (vt Pater Alloix autumat) vel Hierotheum Græcum fuisse (vt alij etiam existimant) probatur; nec tantum efficere valet pręsumptio, vt alias vehementiores, & probationem in contrarium existentes repellat, & evincat.

Vndè, nec ex inscriptione, notula, seu nomine

Anno Christi Domini 1625.

Græco, Græca probatur origo, licèt præsumi possit, quia non probat hoc esse, quod ab hoc potest abesse. Exemplum præbet *Eugenij* nomen illius Magni Præsulis Toletani, & Martyris; nomē verè Græcum est, *Eugenius*, stirpem claram, seu bonum genus significat. Ita Ambrosius à Morales in Chronica Hispaniæ, lib. 9. cap. 26. sicquè Græcū illum fuisse existimavit. Sed quamvis Græcū nomen induit, Romanum, non Græcum, ex alijs Authoribus constat extitisse. Sic Alphonsus à Villegas in Flore Sanctorum, tom. 1. fol. 361. D. Thomas Tamaius à Vargas in veritate Dextri, novitate 3. fol. 12. Et ante eos tenuit Flavius Dexter in suo Chronico, anno 100. & maximè constare ex actis Bromiensis Monasterij, à Concilio Liegensi approbatis, tenet idem D. Thomas. Cuius sententiam priùs secuti sunt Laurentius Surius in vita S. Gerardi, 3. die mensis Octobris, tom. 5. Sanctorum; Ioannes Molanus in Indice Sanctorum Belgarum; & Frater Andreas à Soto in vita S. Eugenij, cap. 1. Meritò ergo tanquàm parum validum argumentum ex nominis etymologia desumi debet; quia nimis fallax invenitur.

Num.235 (B *Inventione.*) Congratulatur Ecclesiæ Cathedrali Secoviensi de inventione capitis Hierothei, in suo Monasterio, tanquàm de inventione Drachmæ deperditæ, & felicitèr inventæ, Pater Fr. Thomas Bravo de Mēdoza, Abbas Cœnobij Sandovalensis, Ordinis Cisterciensis, & tanquàm Sponsæ tanti Pastoris, vt secum Deo, & Sancto gratias referant innumeras, instantèr petit, his suū verbis incipiens sermonem: *Parabienes doy* (inquit in §. 1. fol. 3.) *y parabienes pido a V. S. del tesoro que en mi campo mismo he hallado, y del hallazgo de la Drachma que tenia perdida. Que si en semejante caso se han de convocar los amigos, y*

Anno Christi Domini 1625.

vezinos al exemplo de la muger Evangelica de San Lucas, para celebrar en su compañia estos gozos, yo no pude dexar de dar parte de los mios a V.S. assi por vezinos mios (que todos lo somos de essa Ciudad) como por señores, y amigos; que aunque no merezca yo este titulo, no escuso de honrarme con èl, como de tãta estima. Bastàra esta causa, quando fuera sola, para moverme yo a darle parte a V.S. de mi buena dicha; pero tẽgo otra aun mas vrgente, q̃ es ser el tesoro, y Drachma descubiertos, tanto de V.S. como mios, y de mi Religion, y en que igualmẽte somos todos interessados, no solo por ser tesoro del Cielo, que a essa quenta todos los Christianos entraramos a la parte; ni aun por ser oro de España, en que todos los hijos della participamos; sino por ser propio de Segovia, y de antiquissimos siglos puesto en cabeça de sus Progenitores Catolicos, como la que lo fue de la Fè, al principio de nuestra Iglesia: y primera piedra sobre que essa santa se fundò; y en cuyos merecimientos (no ay duda) principalmente estriva su aumento, y perpetuidad. Yo creo entiende V.S. hablo del Divino Hierotheo, de quien sè que por otras relaciones ha sabido fue primer Padre de la Fè en Segouia, primer Obispo de essa santa Iglesia, Baso fundamental de tan grande subsistencia, que aviẽdolo sido antes de Atenas, pudo apoyar sobre sus ombros essa nuestra, y darla con sus Reliquias vida inmortal, tal, que dure su Fè lo que durarà el Mundo. Las de su santissima cabeça son el tesoro de oro preciosissimo, que la Magestad de Dios ha ordenado que descubriesse; y en este Monasterio de Nuestra Señora de Sandoval, de que doy a V. S. aora noticia, y de camino deseo mostrar algunos de sus raros quilates, para hazerle participante de los gozos, que su hallazgo causò, y de la veneracion que sus meritos, y obligacio

Luc. 5.

Anno Christi Domini 1625.

nes de justicia piden. Cum hac inventionis capitis Divi Hierothei descriptione prælo exarata missum etiam est Cathedrali Secoviensi Ecclesiæ ab Abbate, Priore, & Monachis illius Cœnobij M.S. authenticum testimonium de prædicta inventione attestans, firmatum & sigillatum sigillo Ordinis, vt omni tempore fidem facere posset, & in scrinio cathedralis cum prædicto tractatu servaretur. Tenoris sequentis est testatio. *Nos el Abad, Prior, Monges, y Convento del Monasterio de Nuestra Señora de Sandoval de la Orden de nuestro Padre San Bernardo Diocesis de Leõ, presentes fuimos a la dicha invencion de la santa cabeça del Divino Hierotheo, testificamos, y damos fee de que lo que en ella se contiene es asi verdad, como por ella se refiere. I para que dello conste en tiempos futuros, lo firmamos de nuestros nombre, y sellamos con el sello de nuestro Monasterio de Sandoval a ocho dias de el mes de Mayo de el año de el Señor de mil y seiscientos y veinte y cinco. Fray Tomàs Bravo Abad de Sandoval. Fray Domingo Ximenez Prior de Sãdoval. Fr. Agustin de Lemos. Fray Malachias Carrillo. Fray Hernando Suarez. Fray Francisco de Barriẽtos. Fray Gonzalo de la Torre. Fray Raphael de Oñate. Fray Luis Benedicto. Fray Lucas Merino.*

Num. 236 (C *Assentitur illis*) Ab anno 1625. quo repertum dicitur caput Divi Hierothei in Monasterio Sandovalensi, Ordinis Sancti Bernardi in Diœcesi Legionensi (vt in hoc anno adnotavimus) advẽtante ad oras nostræ Secoviensis Cathedralis Ecclesiæ notitia, concelebrata maximè fuit apud Canonicos, cæterosque eiusdem Ecclesiæ Ministros, simùlquè cum ea crevit desiderium (& desideriũ triplex) Præsulis, & Patris sui, aliqua tanti thesau-

Anno Christi Domini 1625.

ri parte frui; et, vt facilius assequi posset, ab omnibus, iteratis vicibus, interpositæ fuère submissæ, & vrbanę petitiones apud Abbatem, Priorem, & cæteros illius Monasterij Monachos, vt aliqua eis concederetur capitis illius pars, quòd aliquando istius Ecclesiæ, & Dięcesis Primas extitit Apostolus, Parens, & Episcopus fuit. Haud defuère Monachorum illorum vota, quæ petitioni prædictæ assentiendum iudicarunt, sed maior pars, aliquibus non contemnendis rationibus ducta, eam pro tùnc denegandam decrevit; non ideò demortua spes istorum filiorum relicta est, imò ad Dominum geminabâtur preces, & iugis simùl ad DivumHierotheum oratio erat, nè tanto bono fraudari sinerent, sed potiùs eo in futurum gaudere permitterent; non sunt fraudati à desiderio suo, nàm anno 1650. (quo Legionensem Ecclesiam, & Diœcesim Episcopali munere Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus D. Fr. Ioãnes del Pozo ex Dominica Familia, felicitèr regebat, & anteà in hoc S. Crucis religiosissimo, & observatissimo Conventu habitum induit, & quo Secoviensem Ecclesiam eiusdem Ordinis Doctissimus, & virtuosissimus filius, Illustrissimus, & Reverẽdissimus Dominus D. Fr. Frãciscus Araujo olim Primariæ Theologiæ Cathedræ in Salmãtina Vniversitate Regẽs, gubernabat) Abbas, Prior, & Monachi illius Sandovalẽsis Monasterij fragmenta quædam cranij illius Sãctissimi Hierothei capitis Ecclesiæ nostræ Secoviensi condonarunt, quæ asportata fuère in prædicto anno 1650. vti ibi ad longum recensebimus.

Num. 237 (P *Curat*) Pater Martinus à Roa in Historia Astigitana; lib. 2. c. 4. fol. 88. ibi: *Este año passado de 1625. començò el Illustrissimo Cabildo, Sedevacante, de la Catedral de Sevilla a tratar de*

señalar dia (habla de San Hierotheo) y oficio como a Santo su natural, obra digna de tal Senado.

Anno Christi Domini 1648.

CAPITVLVM CATHEDRALIS Secoviensis Ecclesiæ appendicem quandam ex actis, & vita Divi Hierothei, Latino sermone compositum, luce gaudendum curat; sed typis haud datum Romæ, M.S. mittit, [A] *simul, & proprium Divini Hierothei Officium,* [B] *& Missam,* [C] *vt à sacra Rituum Congregatione approbata, celebranda accolis Secoviẽsis Diœcesis permittantur, sed adhùc concessio in spe est.*

Num. 238 ([A] Mittit) In M.S. quodam exiguo codice Officium proprium, & Missam Sancti Hierothei invenimus cum quadam compendiosa tractatione vitæ, sanctitatis, originis, & Sedium eiusdem Sancti quinque §§. absoluta, cũ præfatione, & peroratione Innocentio Decimo Pontifici Maximo à venerabili Capitulo Cathedralis Secoviensis Ecclesiæ dicatis. Quæ ad litteram transcribere libuit, ne aliquem lectorem nimis sciẽdi sedulum anxium relinquamus, quamvis alios prolixa posit rei iteratio non parũ exacerbare. Ita vt sunt, in medium adducemus.

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO Innocentio Decimo Pontifici Maximo.

VENERABILE CAPITVLVM Sãctæ Cathedralis Ecclesiæ Secoviensis Officium speciale Sancti Hierothei Confessoris Põtificis, & Ecclesiæ Præconis Divini, Duplex, & per Octavam tàm in Vrbe, quàm

in

in Diœcesi, tàm à Clericis Sæcularibus, quã Regularibus recitandum sub die 3. Octobris, supplex commẽdat, orat humile, devotum efflagitat, obsequens supplicat.

Fllijs profectò quibusque optimis (Pater Sãctissime) erga Parentes, Patriamquè dulcis quædam vis dilectionis innascitur, insitaquè medullitùs iucundissimè coalescit. Idcircò totius nostræ Secoviensis Diœcesis fideles immensum amoris debitum Spirituali Parenti exolvendum grandi admodum Regni Patrij affectioni in vno Hierotheo Divino, nostræ Hispaniæ nationis (nifallimur) germine præclarissimo, mira quadam studij paritate connectunt; quid enim vnquàm Patria propinquiùs, aut adamatius? Quid Parentibus coniunctius à natura concessum est vnquã? An potest cognatio illa (intonat Romanæ eloquentiæ Princeps) propior esse, quàm Patriæ, in qua Parentes etiam continentur? Ijs namque animorum propensionibus, & affectibus (sivè qui propter magnifica in ipsiusmet Patriæ augmentum, conseruationem, aut vtilitatem vertẽtia facinora, sivè, qui propter potissimam venerationẽ, cultumvè viris sanctitate, ac doctrina præditis exhiberi necessum quomodolibet asciscuntur, ac vendicantur) nulla alia condigna dari potest, aut ex cogitari præmij retributio, quàm immortalis gloriæ perennitas, ac incircunscriptio; vti rectè Seneca comprobat his verbis: *Omnibus, qui Patriam conservaverint, adiuverint, auxerint, certum esse in Cœlo, ac definitum locum, vbi beati ævo sempiterno perfruantur.* Exardẽs igitur hoc amoris incendium, hic charitatis, ac dilectionis æstus exuberans vniversum sanctæ huius nostræ Cathedralis Eccle-

siæ Capitulum internis quasi quibusdam facibus inflammat, atque compellit, vt omnes ad Vestræ Beatitudinis pedes sanctissimos proni, ac supplices votis humillimis, tenellis vocibus, ac filiali quadam devotione huiuscemodi solemnem Cultum, Celebritatem, Officiumquè speciale Sanctissimi Hierothei sub ritu duplici, & per Octavam recitandum avidissimè efflagitemus. Ab ipso nāque (si indubitatis traditionibus, & gravissimis Historicis fides exhiberi debeat) vti Parēte in spiritualibus fœcundissimo, prima omnium nostratum fidelium turba Christo Domino squaloribus prodivit abluta; novæquè Evangelicæ lucis, Fideiquè primordia Diœcesanorum omnium mentibus errorum nigredine offusis, sub tāto instructore infulsère divinitùs. Isque præterea Catholicissimū Hispaniæ Regnū sui ortu, & origine (Græcis ipsis plaudentibus) feliciter decoravit. Quæ quidem omnia, satis licèt abdita, & edacis temporis diuturnitate iam iam absolescētia, quā brevissimis possimus enucleationibus, Duce Deo & auspice, elucidare nitemur.

§. I.

De eximia Divini Hierothei sanctitate, & doctrina.

Num. 239 HAud quaquam inerit insonum incomparabilem Hierothei sanctimoniæ magnitudinem, simul & saluberrimum eius doctrinæ, ac sapientiæ profluvium sub vno nexus vinculo devincire atque copulari, vtpotè, quæ ad ipsiusmet animum, mentemquè, quam mirificè locupletandam, imbuendamquè sibi invicem amicissimè colluctari gaudebant. Qualis igitur integerrimi

eius animi synceritas fuerit; qualis vitæ morũquè candor, ac puritas; quale divinũ dicendi, atquè docendi flumẽ, & copia; quàm industriosus sacrarũ literarum perscrutator institerit; quàm cœlestis divinorũ arcanorum altissima mẽtis in Deum arreptione fuerit exhaustor; quàm ingens Apostolicæ eloquentiæ, ac disciplinæ exuctor evaserit, Magnus ille Encomiorum Hierothei (Magistri tamen sui) Concinnator, & Præco Dionysius Areopagita (ora omnium sileant) satis luculentèr expromit, cap. 3. de Divinis nominibus: ait enim: *Namquè apud ipsos divino spiritu plenos Pontifices nostros; cùm & nos (vt nosti) & plerique alij ex Fratribus nostris ad contuendum corpus illud, quod Authorem vitæ, Deumque ceperat, cõvenissemus: aderat autèm Frater Domini Iacobus, & Petrus supremum decus, & antiquissimum Theologorũ culmen; vbi, post contuitum, placuit, vt infinitè potentem divinæ virtutis bonitatem Pontifices laudarent omnes (quisque pro captu suo.) Ille denique Hierotheus, videlicet (vt nosti) post Apostolos, omnibus alijs Doctoribus superior erat, totus excedens, totum se deserens, & eorum, quæ laudabat, consortium patiens; ab omnibus denique, à quibus audiebatur, & videbatur, & agnoscebatur, & non agnoscebatur, afflatus Deo, divinusque laudator iudicatus est.* Vndè quemquam latère non potest in celebri hac virorum Apostolicorum, Pontificum, ac Prælatorum Congregatione, primis illis nascentis Ecclesiæ temporibus, & incunabulis singularẽ divini Preconis titulũ sibi vni, post Apostolos, Hierotheus quàm meritò vendicaverit. Huius enim tituli schemate nullus alius Ecclesiæ Doctorum hucvsque (Christi Domini Apostolos demimus) perstat insignitus. Magister Alphonsus Sanchez in

Academia Complutensi, Hebræi idiomatis præcellens antecessor, Dionysij vestigijs inhęrēs, lib. de rebus Hispaniæ, anno 71. Sanctissimi Hierothei sapientiā, & doctrinam siccinè commendat. *Post Apostolos, & illos, quos Spiritus Sāctus summa theologia repleverat, omnes Ecclesiæ Doctores eximia eruditione superavit.*

Num.240 Multa, ac varia tantus iste Præco Divinus secundùm Dionysium, ac plerosque alios Chronographos visu, scituquè dignissima, misera tamèn temporum iniuria latentia, posteritati mandavit. De Christi Domini excellentia, ac dignitate, institutionibus Theologicis, de cantionibus sacris, de divini amoris laudibus, de extasi, de Cœlo, de pulchro, & bono, & id genus alijs. Quæ eò luculentiora, ac singularia fuère, vt pluribus vtcumque maximis Doctorum operibus (sacris solummodo paginis imparia) longo intervallo præiierint. Ita Sanctus Maximus Martyr ex Divino Dionysio, cuius Scholiator egregius fuit, testificatur. Pulchrè assonat idē Dionysius dicto cap.3. *Erat profectò mirandum* (inquit) *quàm longè Hierotheus Sanctorum Doctorū plurimos antecelleret, & diuturna docendi sedulitate, & puritate mentis, & exacta diligentia demonstrandi, ac cæteris omnibus, quæcumque ad sacra eloquia pertinent. Itaquè nos nunquàm in Solem tàm ingentem figere auderemus obtutus.* Et proximè, eodem capit. *Hæc inclytus Præceptor noster Hierotheus Theologicis Elementis supra naturæ modum mirabiliter celebravit, quæ ipse à Theologis Sanctis, id est, Apostolis, accepit, vel artificiosa literarum sacrarum indagatione perspexit, vel frequēti circa illas exercitatione, studioquè diuturno, aut etiàm diviniore quadam inspiratione percepit.*


Num.241 Præmemoratæ Hierothei sapientiæ, haud im-

par (vti diximus) sanctimonia fuit; floruit enim omni virtute refertissimus, soli Deo placère studens, illi vni per cœlestem cõtemplationem adeò divinitùs adhærens, vt & corruptibilis corporis sarcina exutus omninò videretur, & singulari divinæ gratiæ dono Hierotheus fuerit nuncupatus. Hierotheus namquè *Sacer Deus* interpretatur, cuius nominis etymologiam exponit Dionysius, asserẽs: *Quod ex Deifico Dei actu, quo vnusquisque pro facultate sua Deiformis evadit, Dij plures efficiuntur, id sanè mirabilitèr contemplatus communis ille noster, Præceptorisquè nostri Dux (Paulus scilicèt, cuius & Hierotheus Discipulus fuit) hæc in sanctis literis suis divinitùs afflatus ait: Sunt, qui dicantur Dij tã in Cœlo, quã in terra, &c.* denotans egregius Doctor quòd in maiori, aut minori ad Deum accessu, media oratione, & contemplatione, plùs minusvè Deo assimilis quis erumpat, & efficiatur. Vndè cuivis facillimè colligere est, qualitèr Sãctissimus Hierotheus Deo optimo Maximo per intimam vnionem accesserit, quibusvè sanctimoniæ, charitatis, humilitatis, cognitionis divinæ, ac cuiusvis deniquè alterius virtutis ornamẽtis viguerit, qui *Sacer Deus* meruit denominari.

Num. 242 Insupèr vniversa Catholica Ecclesia, tã Græca, quàm Latina Sanctum, ac Beatissimum prædicat, recensetquè Hierotheum: Latina in suo Martyrologio Romano sub die Quarta Octobris, ibi: *Athenis Sancti Hierothei Beati Pauli Discipuli:* Græca verò sic in suis Menologijs: *Natale Sancti Patris nostri Hierothei, qui fuit vnus ex numero Areopagitarum, qui ab Apostolo Pauló est instructus vnà cum Magno illo Dionysio; cumquè religiosè vixisset, migravit ad Dominum.*

Cæterùm in aliquibus Hispaniæ nostræ vrbibus solemne Officium de Sancto Hierotheo, de licentia, ac concesʃione Apostolica recitatur; præsertim in Cathedrali Ecclesia Giennensi, simul & Aurigiæ (hoc est Arjona) illius Diœcesis oppidi, eo quòd ibi municeps, sivè domiciliarius fuisse traditur. Celebratur etiam Augustæ firmæ, seù Astigis (vulgo Ezija) nobili sanè Bæticæ vrbe, sed Hierothei Divini ortu felici (vt ipsi tradunt) nobiliori. Prætereà fit in celebri Divi Bernardi Cœnobio (nuncupatur de Sandoval) ad ima montium Legionensium, propter insignem Reliquiam, nẽpè caput Hierothei, ibi inter alia venerabilisʃima Sanctorum pignora repertum mirabilitèr, anno 1625. Nec reticeamus oportet, præfatam domũ Cistercienʃem ab Illustribus nostræ Vrbis Secoviensis Civibus fuisse conditam, extructamquè munificè, ceù eruditè colligit Didacus de Colmenares in suis Chronicis Secoviensibus.

Num. 244 Hùc collimet Lectio illa prima Secundi Nocturni in antiquisʃimo Officio Dedicationis Ecclesiæ nostræ Secoviẽsis per hæc verba. *Licèt à tẽporibus Apostolorum insignis Civitas Secoviensis Episcopali munere condecorata fuerit vtpotè, quæ Divinum illum Hierotheum Apostoli Pauli Discipulum, qui (vt ait Beatus Dionysius) Assumptioni gloriosisʃimæ Virginis interfuit, primum Episcopum habuerit, persecutionum tamèn acerbitate, & temporum iniuria ad vsque Gothorum tempora alta oblivione eius Antistites sepulti sunt.*

§. II.

De Patria, ortu, & educatione Sancti Hierothei.

Circa Genealogiam, Patriam, ortum, ingenuamquè Divini Hierothei indolem (ne fusius digrediamur) illa potissimùm attingemus, quæ & ad comprobanda peculiaria nostræ supplicationis inscripta, sivè titulos appositissimè spectēt, & benignissimum Vestræ Beatitudinis animum ad huiusmodi gatiam impartiēdam, quàm optimè inclinent.

Quòd fuerit Hispanus, Historici nostri omnes indiscrepanti calculo tenent, & affirmant, mordicùs inhærentes sententiæ Ambrosij de Morales, libro 9. sui Chronici, asserentis Græcos Divi Dionysij Commētatores attestari, Sanctissimum Hierotheum fuisse Hispanum; nec contemnenda est tanti viri authoritas, quin eruditissimis quibusque probanda. Nam & si per omnia Dionysij glossemata typis prælo hucusquè mandata, sedulòquè à nobis perlecta tā ex Michaele Syncelo, & Maximo, quàm ex Georgio Pachimeres, nulla de eius Patria fiat mētio; haud dubiè nihilominùs credendum est tanti ponderis, tàmquè optimæ fidei Authorem in aliquibus manuscriptis inspexisse prorsùs, quæ à se prolata recensemus. Huic eidem opinioni arridet Doctissimus Gaspar Sanchez Societatis Iesu, in Actis Apostolorum, tract. 4. de adventu Divi Pauli in Hispaniā, his verbis: *Quin addunt aliqui, Hierotheum, quē eius Discipulus Dionysius Divinū appellat, quē & Dionysij Commentatores Hispanum fuisse tradūt.* Cōsonat Iulianus Petrus Archipresbyter,

in Epistola ad Fratrem Albertum Furnēsem, quę Prooemialis, sivè Dedicatoria invenitur in exordio sui Chronici, ibi: *Mittatis ad nos ex vestra refertissima Bibliotheca vitam Sancti Hierothei Divini, Sancti Pauli Discipuli, gente Hispani.* Idem testatur eruditus admodùm Licentiatus Gregorius Lopez Madera, lib. de Reliquijs Montis Sancti Granatensis, vbi Divum Dionysium memorās, inquit: *El Maestro de las sentencias y todos los Escolasticos tuvieron, y deben tener a Sā Dionysio por Patron en Athenas, ya que se hà perdido la memoria del primero, que fuè San Hierotheo, tenido de los mismos Griegos por Español.* Ita ille. Affirmant prætereà Frater Ioannes de la Puente in concordia Monarchiarum: Didacus de Colmenares, vrbis Secoviensis & filius, & Chronographus, in sua Historia: Ægidius Gonzalez de Avila a Summis Chronicis Regis Catholici, in suo Theatro Ecclesiæ Secoviensis: Pater Massucius in vita Sancti Pauli: Pater Martinus à Roa in suis Chronicis Astigitanis: Magister Alcuna in suis Chronicis: Pineda, Roman, Villegas, & Truxillo in suis voluminibus.

Num.247 Prætereà supradictæ sentētiæ expeditiùs assentitur vetustissimus Luitprandus, qui quidèm scripsit annū penes 950. cuius verba refert ad vnguē & exponit Dominus Thomas Tamaius de Vargas a Summis Chronicis nostri Regis Philippi Quarti, in suis adversarijs vnà cum prædicti Authoris Chronico impressis anno 1635. quæ nimirùm hæc sunt. *Macer Hierotheus Hispanus Empuritanus*; Empuriæ, vndè originem à Parētibus traxisse perhibetur, vrbs est antiqua Hispaniæ citerioris, Cathaloniæ scilicèt Tarraconensis, Livio, Ptholemæo, & Strabone testantibus.

Num.248 Proinde tandem Neotherici quàm plurimi, ac

præ-

præsertim doctus omnino Frater Ioannes Marieta, lib. 22. fundationis Astigitanę luculentèr probat, Hierotheum Divinum vrbis Astigitanæ fuisse indigenam. Consonat Dominus Franciscus de Padilla in 1. centuria Historiæ Ecclesiasticæ: Baldes libr. de præcedentia Regum Hispaniæ, vbi de Sancto Hierotheo mentionem agens, ait: *Cumquè sit Astigitanus, facienda est hic mentio Cryspini beati Martyris, & Præsulis Astigitani.* Peloex in Sanctis Orientalibus: Claudius Clemens in suis tabulis, anno 66. à Christo nato: Franciscus Cepeda in resumptione Historiæ Hispaniæ: Rodericus Mendez de Sylva, in fundatione Hispaniæ. Novissimè etiam hanc sententiam pro virili tuetur, fulcitquè firmiter Pater Martinus à Roa in sua Historia Astigitana, qui quidèm testimonijs, quæ proximè attulimus, superaddit eiusmodi opinionem ab immemorabili ductam temporum fluxu; nulla nec minimi quidèm momenti deflexibilitate ad hæc vsque tempora fuisse dilapsam, omniumquè animis vnanimitèr insidère; perstarequè vsque in hodiernum diem in Sanctissimi Hierothei memoriam effigiem Episcopi in dextera tenentis penicillum Sole fulgido (vrbis stemmate) super ornatum; in sinistra verò librum (doctrinæ quidē, ac prædicationis certissima insignia) omnium oculis inspiciendam. Obuallatur prætereà hæc opinio antiquissimo Senatorum vrbis Astigitanæ decreto, quod in scrinio, seu tabulario scripturarum vrbis Astigitanæ ijs hisce diebus asservatur; quo cavetur, Episcopum Astigitanum, nec non & Pontificem Maximum esse consulendum, super recitatione Officij specialis Sancti Hierothei Divini, vtì Astigis orti.

Num. 249 Animadvertendum tamèn est, verbum, seu vocabulum illud *Astigitanus*, in præsenti esse

solummodò nomenclaturam ortus Sanctissimi Hierothei, quatenùs sibi ipsiusmet Parentibus in alicuius forsan Officij, aut muneris functione, vtcumque commorantibus, natus feliciter fuerit; quod nobis bené veriùs probatur, non verò propter originem, seù seriem Parentum, aut Proavorum. Alioqui namque tantus ille, tamque conspicuæ authoritatis Luitprandus mendacij reus esset miserrimè supputandus.

Num. 250 Verùm enim verò, ne quid omnino scrupuli vspiam inexemptum (vt ita loquar) relinquamus, occurrit quædam, & quidem opportuna adhuc difficultas. Obijci enim potest nostræ assertioni clausula, quam nuper attulimus Græci Menologij; quæ scilicet hæc est. *Natale Sancti Patris nostri Hierothei, qui fuit ex numero Areopagitarũ, &c.* Si ergo & Græci suũ vendicant, & natale eius piè, ritèque celebrant, & ex numero fuisse Areopagitarum fatentur, & ipse quidem appellatur *Hierotheus*, vocula nempè Græci Idiomatis: & (vt presiùs accingamur) Martyrologium nostrum, hoc est, Romanum Sancti Hierothei natale Atheniensem Civitatem pręcipue spectare refert, ibi: *Athenis Sancti Hierothei, Discipuli Beati Pauli Apostoli.* Quonam igitur modo nostrates illum, & Hispanum esse, & Sanctorum Hispanorum cętui adscribendum constantissimè præseferunt?

Num. 251 Quibus profectò obiectionibus satis non leviter faciamus oportet. Fatemur equidem, & nos absque singultu, imò summo cum gaudio, nutuque optimo Sanctissimum Hierotheum vtriusque Catholicæ Ecclesiæ, non re, sed locorum intervallo divisæ, Orientalis videlicet, & occiduæ, peregregium fuisse Divini verbi præconem, illumque celeberrimam Atheniensium Vrbem,

omnium ſcientiarum tùm temporis Metropolim philoſophicis non ſolùm lucubrationibus, & omnimodis humaniorum literarum diſciplinis, ante ſalutiferi Baptiſmi ſuſceptionem, illuſtraſſe ſedulitùs; verùm & poſt divini gurgitis inſtructionẽ primævis ſacræ Theologiæ documentis inſtruxiſſe ſalubriter. Vndè propter ſuimet ipſius doctrinam, atque eruditionem cum penitiori Areopagitarum numero adiungi, tùm peculiari *Hierothei* nomine meruit condecorari; non verò quod Græcus eſſet genere, nec ne, huic enim triũ Hierotheorũ (qui & Areopagitę nuncupabantur) dignitati hi potiſsimi ſeligebantur, qui ex innumeris vndequaque locorũ, ac gentium confluentibus viris doctiſsimis, & ſapientiæ perſpicuitate, & morum integritate præſtantiores invenirentur, nulla inter indigenas, ſeu alienigenas, Græcos, vel Hiſpanos, vel exteros quoslibet alios facta diſtinctione; ſed ſolùm dumtaxat eligendorum meritis, ac Reipublicæ commodis inſpectis. Sic affirmant Valerius Maximus, Servius, & Alexander Neapolitanus. Deinde etiàm, quia Areopagitarũ Iudicum numerus incertus erat, & indefinitus, ceù refert Maſſucius in vita Sãcti Pauli ex Iſocrate in ſua Areopagitica, Hierotheorum autem non ſic. Vnde conſtat ex Hierotheis ſolũmodò fuiſſe, vti nomen inſinuat.

Num. 252 Cæterùm huiuſcemodi eligendi normam, moremque laudabilẽ inter pleraſque Orbis nationes, quis neſciat, fuiſſe vſitatiſsimum? Perſtet, quæſo, ob oculos Seneca ille noſter Cordubenſis, Romanorum munibus libenter adſcriptus. Dux etiam ille noſter ſtrenuus, cognomẽto Magnus Venetorum libris propter animi ſui ardorem, roburque pectoris inviĉtiſsimum inter concives annumeratus, privilegijs Reipublicæ perpetuò fruiturus.

rus. Insonet demùm (vt alios silētio involvamus) Serenissimus Trajanus noster ad sublimē admodùm Imperij Romani apicē proprijs ipsius meritis evectus feliciter. Quo innuitur manifestè, voculā istā *Hierotheus*, dignitatis potiùs, aut officij esse significativā, quā proprietatis, aut primævæ (vt ita loquar) genuitatis. Demosthenes, esto nostræ assertionis suffulctio, qui nimirùm propter aureum suæ ipsius eloquentiæ flumen, dicendique præstantiam Hierotheus fuisse recensetur, quasi sacris Dijs olim addictus. Dein animadverti oportet, voculam illam *Natale* tàm in Græcis, quàm in Latinis Martyrologijs celebritatem solemnem, seu festivitatem Sanctorum vniversalitèr importare, nullatenùs intendendo huic, vel illi nationi, loco, aut regioni ortum, natalitium, obitum, aut transitum vt cumque attribui; præsertim in nostro casu, dùm silentio prorsùs prætermittatur vbinàm terrarum obijerit, vt cōstat ex ipsa Menologij clausula, ibi: *Cumquè religiosè vixisset, migravit ad Dominum.*

Num. 253 Prætereà elegans admodùm Metaphrastes in oratione Attica à se se de laudibus Sancti Hierothei exornatè contexta, quæ invenitur in Augusta Bibliotheca Sancti Laurentij (*vulgo de el Escurial*) fatetur apertè, se tanti Doctoris Patriam, Parentes, primæquè disciplinæ ipsius normam penitùs ignorasse; nec vllis vsquàm Græcorum monumentis perlegisse. Ex ipsa ergò Græcorum taciturnitate colligitur haud dubiè Divinum Hierotheum fuisse Hispanum, nàm, si ex Gręcis ortus esset, aut oriundus, aut Athenis obijsset, eos omnes omninò non latèret; imò quàm foret vni, vel alteri, vel cunctis notissimum cuiquam perspicuum est. Diluitur etiàm clausuncula nostri Martyrologij, quia videlicèt tanti, tamquè divini An-

ti-

tiſtitis gloria voraci ſæpè à nobis repetita; nec ſatis vnquàm illachrymata temporum lōgiturnitate; necnon & immani illa totius Hiſpaniæ à Mauris invaſione, ditionequè duriſsima Hiſpanorum memoriam iàm iàm miſerrimè ſubterfugerat; à Græcis verò (vtì ſibi notior erat) haud quaquàm abiicerat; quinimò & ex diuturna Academiæ verſatione, & ex primo ſacro illo vrbis Athenienſis Præſulatu (temporum, & hoſtium demptis incurſibus (tutior remanebat, ac plauſibilior. Id circò *Athenis* in noſtro Martyrologio dicitur, nulla prorsùs (nec in minimo) potioris noſtri iuris intēta ſubtractione. Præſertim cum iàm hac noſtra tempeſtate tanti Præſulis dignitas illuſtriori quodam lumine cæperit eluceſcere.

Num. 254 Ex hiſce iàm omnibus facillimè cuivis colligere eſt, qua de cauſa & Græci ſuum commemorent, natale colant, Athenis celebrent; cur & *Hierotheus* acquiſitivè ſit dictus, oblitâ primâ (Græcis forſan ignota) *Macri* nomenclatura. Deniquè colliquet, quàm dilucidè appareat authoritas Luitprandi aſſerentis: *Macer Hierotheus Hiſpanus Empuritanus.*

§. III.

De converſione Sancti Hierothei ad Chriſtì Domini Fidem.

Num. 255 ACcurì ergò de converſione noſtri Divini Hierothei ad Catholicam Religionem, Fidemquè Orthodoxam (varijs Authorum ſententijs, ſuper à quo, nàm, quo vè tempore, aut loco fuerit, hàc, illàc perfluentium, brevitatis ergò conſultò prætermiſsis) perantiqui Luitprandi teſtimonio, vtì certiori ac probabiliori, vnicè accin-

gemorsqui sic ait: *Macer Hierotheus Hispanus Empuritanus, olim sub imperatore Tiberio, Tarraconensis Gubernator, perrexit anno 45 Cyprũ, ubi Paulum audiens, conversus est ad Fidem, & eum secutus est.* Vndè satis apertè constat, Divinissimum Paulum illius fuisse & in fidei Mysterijs Cathechistem, & sacerrimi Baptismi collatorem Magnificum, secundò miram eius conversionem accidisse Paphi (nisi fallimur) Cypro conterminæ, subque eius limitibus, aut finibus contentæ, vnà forsan cum Paulosergio Proconsule, de quo fit mentio in Act. Apost. cap. 13. anno nimirum 46. quo tempore Paulus, & Barnabas Cyprum peragrasse dicuntur. Sic capite 13. ibi: *Et ipsi quidem missi ab Spiritu Sãcto abierunt Seleuciam, & indè navigaverunt Cyprum, & cùm perambulassent universam Insulam usquè ad Paphum, &c.* Consonat vtrumque Martyrologium: Latinum, ibi: *Athenis Sancti Hierothei, Discipuli Sancti Pauli:* Græcum, ibi: *Natale Sancti Patris nostri Hierothei, qui ab Apostolo Paulo est instructus.* Hęc eadem demùm opinio ab omnibus tàm Gręcis, quàm Latinis Patribus, qui vtriusque Sanctissimi Doctoris, Hierothei videlicet, & Dionysij meminerunt, vnanimiter recepta est, ac probatissima.

Num. 256 His igitur brevitèr annotatis, vlla absque hæsitatione patescit, Hierotheum Divinum sacratissimos Christi Domini Apostolos perutilitèr cõmunicasse, ab eisquè (vix pleniore Spiritus Sãcti effusione circunfluentibus) profundissima Divinitatis abscunsa, ac secretiora sacrarum literarum Mysteria largissimè percepisse. Ab anno enim 46. quo Catholicam amplexus est Fidem ad annum vsque 52. quo egregius Paulus vnà cũ Hierotheo Divino ingressus est Athenas, verè se-

xennium intercadit, cuius omninò intervallo potuit affatim assequi Paulum, reliquos Christi Domini Discipulos pertractare, ab eisquè miris sacrę Theologiæ disciplinis, supra naturæ modum (vti Dionysius asserit) instrui, atquè honestissima quæque sibi, atque alijs profutura, edoceri salubritèr. Deinde, etiam si sedulò supradicta dispiciantur, reliquis Ioãnis Schoti Monachi Benedictini, Patris Ioannis de la Puente, & aliorum authoritatibus haud difficulter potest responderi.

§. IV.

De electione Sancti Hierothei ad Episcopatum Vrbis Athenensis.

Num. 257 ANno salutis 52. Divinissimus Paulus vnà cum Sanctissimo Hierotheo suimet ipsius comite pedisequo Atheniensium Vrbem ingressus est feliciter. Vbi Dionysius Areopagita, Damaris, ac plerique alij, quorum expresse meminit Divus Lucas Actor. 17. execrabili Idolorum cultu reiecto, ineffabilem Christi Domini Fidem, ignita admodùm Apostoli prædicatione amplexati sunt. Porrò Hierotheus Divinus ab ipso Apostolo (Orthodoxorum omnium intercursante suffragio) summa cum fidelium lætitia Primus Antistes præficitur Atheniensium. Cuius electio pulchrè memoratur in Hymno Græci Breviarij, quod extat hodie in Bibliotheca Clarissimi Doctoris Bernardi de Aldrete; Hymnũque ipsum vidisse fatentur nobilis Marchio de Estepa, in vita Sãcti Hierothei; & dictus Pater Martinus de Roa in sua Historia Astigitana; qui Latinè interpretatus, insonat. *Nactus est primum sui Cathechistem Paulum Apostolum; indè suffragijs creatus Epis-*

copus Athenarum. Abundè etiam Martyrologia ipsa Sãctissimum Hierotheum ad clavum Atheniensis Prçsulatus sedisse manifestant. Quonam verò tempore Athenis prçfuerit, nec ex vtriusque Martyrologij contextu, nec ex Historicorum omnium Chronicis vllibì à nobis compertum est. Quare aliquibus, nec sanè minimis fundamentis ostendamus oportet.

Num.258 Primò ex responsione Abbatis Ilduini ad Ludovicum Gallorum Imperatorem, quanam temporis serie egregius Dionysius electus fuisset Episcopus Athenarum per literas sciscitantem; in illis verbis; *Sed ad vsque hodie Græcorum maiores, & Athenarum Incolæ perhibent Historiarum scriptis, & successionum traditionibus docti, in eadem Civitate Dionysium tum temporis Primum fuisse Episcopum, quando Timotheus Pauli æquè Discipulus Ephesiorum rexit Ecclesiam.* Ast iuxta mentem Eminentissimi, nec satis vnquàm laudati Cæsaris Baronij, Timotheus Ephesо præfuit, anno 57. nàm à Macedonia missus est Ephesum regere Ecclesiam Ephesiorum, quod apertè monstratur in prima Paulina ad Timotheum, cap. 1. ibi; *Rogavi te, vt remaneres Ephesi, cum irem in Macedoniã.* Satisquè expressè colligitur ex cap. 20. Actor. Apostolor. dum de Timotheo assiduo, & peculiari Apostoli Pauli comite nulla vspiam à Macedoniæ recessu mẽtio fiat. Vndè perspicuè inferimus, Hierotheum Atheniensium Vrbi Episcopum præsedisse ab anno 52. ad annum vsque 57. quo scilicet anno Dionysius ordinatus est Antistes. Neque enim ire persuasum possumus, evigilantissimum Paulum vrbem illam tot iam fidelium, & Catholicorum fœtibus vberrimam tandiu (integro scilicet quinquennio) Pastore, ac Præsule destitutam omninò relicturum.

Demonstratur secundò: Nam si Episcopus Athenis creatus fuit (quod vti supra probavimus certissimum, & indubitatissimum est) nulla vspiam temporis serie extra præfatum quinquenniũ præfici potuit. Nimirùm, quia *Magno Dionysio* in Atheniensi Episcopatu (teste Dionysio Alexandr. apud Eusebium, cap. 22. lib. 4.) successit *Publius*, qui vixit Antistes, iuxta sententiam præfati Eminentissimi Baronij ad annum vsque 126. huic indè suffectus est *Quadratus*. Quo sanè fit, vt Divini Hierothei Prælaturæ Atheniensi nullus vsquã locus vacuus, aut exolutus patefiat, quod neutiquàm est admittendum.

Tertiò fulcitur constanti admodùm Historicorum omnium opinione affirmantium, egregiũ Dionysium prius quàm ad Pontificatus culmen eveheretur, peregrinationis, ac consuetudinis Pauli tãdiù fuisse cõsortem, quandiù inferioribus ministerijs, munibusquè susceptis; ad superiora obeunda expeditior, gnatiorquè extitisset. Ita Metaphrastes, cuius scripta à Synodo Florẽtina authoritativè commendãtur; sic enim ait: *Itaquè brevi Dionysius (ò miraculũ!) superat omnes, qui præcesserãt; & cũ potestatẽ non suffuratus fuisset, sed per gradus transijsset inferiores, & pulchre pasci didicisset, ad superna mox pervenit, & pascit posteà cũ experientia; & cùm modestè parère didicisset; imperat modestiùs; & cum docuisset cum veritate, obijssetquè omnes boni ordinis partes, tandèm, ei mandato Athenarum Pontificatu clavis, præsidet Ecclesiæ.* Annuit Ilduinus vbi suprà, his verbis: *A Beato Paulo per triennium instructus Thessalonicà Magistro obsequendo revertens, ab eodem Beato Paulo Apostolo Atheniẽsium est ordinatus Antistes.* Idem testatur Ribadeneira in vita Sancti Dionysij, ibi: *A cabo de tres años que le avia teni*

do consigo San Pablo, le consagrò Obispo Et alibi, in antiquiore Flore Sanctorum ait: *Siguiò a San Pablo por tres años, y despues que fue bien informado, ordenòlo en Obispo de Athenas.* Hinc infertur apprimè, Beatum Apostolum nullatenùs Dionysium adhuc neophitum, novumquè Fidei germē, prætermisso Hierotheo antiquiore alumno, & in Fidei Mysterijs plus temporis instructo, Atheniensium effecisse Pontificem; nec esse credibile, Ecclesiam illam post Apostoli expeditionem orbam Antistite remansisse.

Num. 260 His ergò vtcumque iactis fundamentis, fatendum est, Divinum Hierotheum Atheniensium Ecclesiæ sibi ab ipso Apostolo cōmissæ, summa cum laude, atquè ipsiusmet Dionysij (cuius etiam instructor, Præceptorquè fuerat) ac fidelium omnium vtilitate præfuisse; nec alio vsquam temporis spatio, quàm ab anno 52. ad annum vsque 57.

Num. 261 Ostendatur vltimò ex miraculo illo memorabili, quod S. Cecilio Martyri contigit. Cùm enim ille ab Hierosolymis anno 55. paulò plùs, minùsvè, amissa præ itineris labore oculorū acie, Athenas perveniret; cūquè emūdata priùs per salutarē exhomologesim conscientia, ineffabiliquè synaxi reverentèr suscepta, sacratissimæ Deiparæ velum (quo nimirùm ingruētes præ dolore lachrymarum imbres de nece Filij iuxta Crucem largè admodùm proruptos exsiccaverat) vix per Athenarum Antistitem caligantibus adhùc illius oculis applicaretur, pristinum repentè lumen restitutum est ei. Latiùs enarrat præcitatus Marchio de Estepa, atque scitissimè infert, Divinum Hierotheum veli virginei fuisse superimpositorem, nec alium quempiam; & revera probat. Cecilius namque annum circiter 58. in Hispania, purpurea Martyrij corona gloriosè decoratus fuerat, vti cō

ſtat ex libris, & ſcripturis montis Sancti Granatē-ſis inventis vnà cum Sanctorum Martyrum corporibus in laminis, thecisque plūbeis. Dionyſius verò intra annum 57. Vrbi Athenienſium cæpit præſidere. Miraculum autem contigit annū circiter 55. aut 56. nullus ergò alius tùm temporis potuit eſſe Pōtifex, nec Dionyſius ipſe (ſicut quibuſdā minùs gnobiliter placet) ni Sanctiſsimus Hierotheus. Ex quibus tandèm omnibus dilucidè (ni fallimur) comprobatur, Hierotheum Divinum primum Athenienſis vrbis Præſulatum à Beato Apoſtolo Paulo geſiſſe feliciter.

§. V.

De reverſione Sancti Hierothei in Hiſpaniam, eiuſquè prædicatione in Vrbe noſtra Secovienſi.

Num. 262 BEatiſsimus itaquè Paulus ex Macedonia Hierotheo Divino ſucceſſorem præſtitit anno nempè 57. deſiderans nimirùm (illo ſibi forſan comite adhibito, vtì Hiſpano, & probatiſsimo) in Hiſpaniam proficiſci, provt in Epiſtola ad Romanos 15. ſatis exprimitur, ibi: *Cupiditatem autèm habens veniendi ad vos ex multis iàm præcedentibus annis, cùm in Hiſpaniam proficiſci cæpero, ſpero, quòd præteriens, videam vos, & à vobis ducar illùc, ſi vobis primùm ex parte fruitus fuero; nunc igitur, cùm conſummavero, & aſsignavero eis fructum hunc, per vos proficiſcar in Hiſpaniā.* Et ni Romæ per appellationem ab Hieruſalem prępediretur, illicò optatam profectionem iniret. Quam obrem Hierotheus in Hiſpaniam mittitur, vt & communicipes ſuos Fidei ſplēdore illuſtraret, & ſupernæ doctrinæ pabulo nutriret; bearet-

que sanctissimè; ita sentiunt aliqui ex nostris Historicis. Porrò Hispania fruitur Hierosolymorum Vrbem, ad contuitum sepulchri Deiparæ cœlesti inspiratione tetendit. Vbi in Virgineatum laudũ de prædicatione adeò præ cęteris Põtificibus, post Apostolos, excellẽtior evasit, vt Divinus prorsus, Deoquè afflatus (teste Dionysio) ab omnibus iudicatus sit. Ita testatur eruditus Alphonsus Maldonado in Chronico vniversali, asserens, Hierotheum ex Hispania tunc adventasse.

Num. 263 Sanè Hierosolymis discedẽs Hierotheus, Paulum Apostolum Præceptorem suum Roma iam profectum, annum circitèr 63. in Hispaniam, quã probabilissimè comitatur. Hæc Apostoli profectio in Hispaniam, Hierotheo sibi, ac alijs plerisque viris honestissimis vltrò associatis, ex infra dicendis non obscurè discutietur. Ipse namque, relicta iam (vtì diximus) Roma, viam per Gallias suscipiens, Sergium Paulum Proconsulem à se conversum, Narbonensiũm præfecit Ecclesiæ, refertur in Martyrologio, ibi: *Narbona in Gallia Natale Sãcti Pauli Episcopi (quem tradunt fuisse Sergium Paulum Proconsulem) qui à Beato Paulo baptizatus, & cum in Hispaniam pergeret, apud Narbonã relictus est.* Idem refert Vsuardus sub die 12. Decembris. Trophimum etiam Arelatensi vrbi reliquit Antistitem, testatur Odon Episcopus Viennensis. Viennæ autem Crescentium reliquit; ita legitur in Martyrologio, ibi: *In Gallia Sancti Crescentij, Discipuli Sancti Pauli Apostoli, qui in Gallia transitum faciens, verbo prædicationis multos ad Christi Fidem convertit.* Indè Apostolus iam iam propius Hispaniã attingens, anno nempè 64. Ruffum Simonis Cyrenẽsis filium, Tortosæ constituit Episcopum, affirmat Gaspar Sanchez Societatis Iesu, tract. 4. *de advẽ-*

tu Sancti Pauli in Hispaniam, ex vetustissima eiusdem Civitatis traditione; de qua scilicèt fit etiàm mentio in Matutinis Officij Sancti Ruffi.

Isthinc verò Sanctissimus Paulus simùl ac cum Divino Hierotheo, & alijs aliquot Discipulis Ilerdam Vrbem (hæc est Lerida) perrexit: ibique & per Ilerdenses populos Orthodoxam Christi Domini Fidem ardētissimè disseminavit. Quod manifestè probatur, & colliquet, dùm in ipsa Ilerdēsi Diœcesi Templum extat vetustissimum, tituli (vtì ipsi loquuntur) *de San Pau, y San Hiereth*, nostro autē idiomate, *de San Pablo, y San Hierotheo*. In ipsiusquemet Tēpli sacra antiquissima tabula depictus conspicitur Sacerrimus Paulus vnà cum quinque socijs, quorum vnus *Sanctus Hierotheus* inscribitur.

Mòx vtrumque & Valentiæ, & Turditaniæ Regnum traijciens, Libisocam propè Castaonem (vulgo Alcaraz) pervenit. Indè per agrum transiens Limitanū, Laminium venit Arenatensium, vbi Beatus Paulus perillustrem Probum, & Xantippem eius coniugem, Philotheum, & Polixenā ad Orthodoxam Christi Domini Fidem convertit, ceù refert Metaphrastes; & ex Sophronio Patriarcha Hierosolymitano Basęus in Chronicis: (non enim Græcos ipsos gesta Pauli in Hispania latuère) verba autèm Metaphrastis hæc sunt: *Iàm verò cùm esset in Hispania (tale quid dicunt accidisse) mulier quadam & genere, & opibus, & doctrina insignis, cùm iàm olim auditionem accepisset Apostolicam, cupiebat ipsis quoque oculis intueri Præconem veritatis, & ipsis auribus institui in veræ pietatis dogmatibus. Cùm enim ei visum esset divina quadam inspiratione in forum proficisci, quo tempore, qui vel ex sola fama, ab ea diligebatur, per medium eius trāsibat, dicitur, & eum*

vidisse lenitèr, & placidè ingredientem, vt qui nõ solùm gratia plenos mores haberet cæteros, sed etiã ipsum incessum, & marito suo persuasisse (cui nomẽ erat Probus, eorum autem, qui illic erant, erat facilè Princeps) vt intra ædes suas hospitem acciperet. Postquam verò fuit accersitus, & fuit propè illos eiusmodi aliquod miraculum accidisse mulieri; nempè apertis mentis suæ oculis, vidisse in fronte eius, qui fuerat hospitio acceptus, literas aureas, quæ dicebant: Paulus Christi Pręco; *illam autem propter visionẽ inspiratã invasit, & voluptas, & timor, & lachrymis plena procidit ad pedes Apostoli, & cathechesi ab eo instituta, primùm quidèm suscepit Baptismũ appellata Xantippe, posteà autèm Probus eius maritus, qui erat notus Neroni; deindè etiàm Philotheus Præfectus, & deinceps omnes, qui illam habitabant regionem.* Ioannes autem Basęus sic de Philotheo ait: *Sed & Philotheus eius regionis Princeps traditur Paulo adhæsisse, factus Christi Confessor.*

Num.266 Cæterum, relictis ibi ad incolarum instructionem, & ædificationem Presbyteris aliquot (sicut quibusdam Scriptoribus placet) Bæticam versus inferius descẽdens, Astigitanam vrbem ingressus est. Verum eiusmodi Apostoli adventus facile probatur ex effigie illa Episcopi, vetustissimoque illo authographo (cuius suprà meminimus) Ex quo manifestè dignoscitur, Divinissimum Paulũ primum illius vrbis spiritalem Fidei fuisse institutorem. Quod itidem benè probatur ex antiquissima traditione hac adhuc nostra tẽpestate iucũdè retenta. Tradunt enim, memoratos Probum, & Xantippem coniuges cives fuisse Astigitanos. Quo circa facilè vt credamus adducimur, posse ipsos vtporè veræ salutis concivium percupidos à Laminio, vbi lavacro salutifero fuerãt intincti,

Præ-

Præconem Christi Paulum Astigos vsque recto tramite perduxisse.

Num. 267 Dein huiuscemodi profectio haud levitèr cō· firmatur, nàm sacerrimus Apostolus Cryspum pedisequum suum, & Discipulum Astigitanæ præfecit Ecclesiæ, ceù pervetusta traditio manifestat, apertisimèq; dignoscitur ex antiquisimo hymno in Officio speciali, quod ipsamet Ecclesia Astigitana Beatisimo Cryspo, vtì sui ipsius primo Fidei Parenti, PræsuliquèCharisimo solemnitèr celebrare consuevit; in illis verbis: *Tātaquè Cryspi splenduit constantia*; nàm & si in hoc ipso Hymno etiam *Chryspini* nomine alibì nuncupetur, ibi: *Insignem Cryspinum laudemus Martyrē*, Typographorum error esse facilè potuit. Nā indubitatum est, inter pedisequos Divini Pauli Discipulos nullum fuisse *Cryspinum* nominatū, sed tantummodò *Cryspi* nomenclatura: vtì omnes, qui de Divi Pauli Discipulis mentionem agunt, affatim asseverant. Quod similiter suffulcitur & confirmatur dùm sanctisimi viri Hyppolitus, & Dorotheus, qui Apostolorum omnium, & eorum Discipulorum Diœceses explicuère distinctim. De Cryspo sat benè noto Pauli Discipulo, sicut nec de alijs præfati Apostoli in Hispaniā pedisequis, vtì sibi ipsis remotioribus, non meminerūt. Nec enim est credibile, Sāctisimum Apostolum amicisimum Cryspum casum Ecclesiæ Præsulatu reliquisse. Haud dubium etiam est, nec credi difficile, ipsum Apostolum (esto quòd Astigi Patria erat Divini Hierothei sibi vni charisimi) & posse, & velle eiusmodi expeditionem lubenti animo suscepisse, vt amicisimi pedisequi natalitios commilitones instrueret salubritèr.

Num. 268 Post hæc autèm vterque, Apostolus scilicet, & Hierotheus ad non vulgaria oppida Giennio con·

termina devenerunt, præsertim Aurigium, vbi per aliquod (nec minimum) tẽporis spatium prodocendis, instruendisquè incolis demoratus est Hierotheus; vndè & colonus, seu domiciliarius fuisse traditur, & ad vsque hodiè in eiusmodi incolatus monumentum in arce vetustissima Imago marmorea Episcopi perstat inspicienda; & quòd in honorem Sanctissimi Hierothei fuerit extructa, antiquissima traditione firmatur. Accedat hùc Eminentissimus Cardinalis D. D. Balthasar de Moscoso & Sandoval, Episcopus olim Giennensis, nunc verò meritissmus Archiepiscopus Toletanus, Hispaniarum Primas, qui quidèm dùm Giennij præsideret Ecclesiæ, rebus, ac testimonijs super hoc pro sua sempèr sedulitate, & prudentia rectè discussis, atque perspectis, recitari Officium Sancti Hierothei Divini, vtì Astigiæ domiciliarij, ab Apostolica Sede & petijt, & impetravit.

Aurigiæ

Num. 269 Tandem aliquandò Sanctissimus Hierotheus ad Arevacos missus, Secoviam nostram (si fides Historicis, & traditionibus danda est) appulit deputatus Antistes. Quam scilicet vrbem, vniversasque totius eius Diœcesis plagas hàc illàc perfluens Solis instar fulgentissimi, doctrinæ suæ splendoribus illustravit, nigricantes ab eis errorum, atque ignorantiæ tenebras expulit, necnon quæque optima, quæque odoratissima virtutum semina omnium cordibus salutaritèr inserens, virulentas humanæ malitiæ pravitates penitùs eradicavit. Ibi denique nullo quamvis summo labore lassescens, ieiunijs, vigilijs, & orationibus deditus, innumeris filijs Deo partis, ad Dominum, cui per internam mentis arreptionem iucundissimè adhæserat, molle corporis depositâ; evolavit felicitèr. Ita refert præstantissimus Magister Al-

phon-

phonſus Sanchez in libro *de rebus Hiſpaniæ à* condita Hiſpania ad annum vſque 1633. vbi cap. 2. ad annum 71. à Chriſto nato, ſic ait: *Sequitur annus ſeptuageſimus primus, quo Sanctus Hierotheus Hiſpanus, vir eximiæ Sanctitatis ab Apoſtolo Paulo perductus ad Fidem, Epiſcopus Atheenienſis primùm, deindè Hiſpaniam repetens, Secovienſis Pontifex obiit. Poſt Apoſtolos, & illos, quos Spiritus Sanctus ſumma Theologia repleverat, omnes Eccleſiæ Doctores eximia eruditione ſuperavit: Apoſtoli Pauli fuit diſcipulus, & Divi Dionyſij Magiſter. In his annis nihil eſt, quod in Hiſtoriam referatur, quod ad Hiſpaniam pertineat.*

Num. 270 In votis etiam ad vetuſtiſsimam illam nulla nec minimi temporis intercapedine interruptam traditionem, quam de perantiquo admodùm Dedicationis Eccleſiæ noſtræ Officio ſuprà nō inofficiosè attulimus. Nobis vnicè liceat retrogredi per illa nàmque verba: *Licèt à temporibus Apoſtolorum Inſignis Civitas Secovienſis Epiſcopali munere condecorata fuerit, vtpotè quæ Divinum illum Hierotheum Apoſtoli Pauli Diſcipulum, qui (vt ait Beatus Dionyſius) Aſſumptioni glorioſiſsimæ Virginis interfuit, primum Epiſcopum habuerit, &c.* manifeſtè deducitur, Divinum Hierotheum primum Eccleſiæ noſtræ Secovienſis Præſulatum obtinuiſſe.

Num. 271 Ex dictis etiàm verè deducitur, tranſitum noſtri Divini Hierothei accidiſſe anno 71. quinquēnio integro, poſt Beati Pauli ex Hiſpania diſceſſum, anno enim 66. (vtì refert Maſſucios in vita Sancti Pauli) Philotheo, & pleriſque alijs Diſcipulis comitibus Romam abiierat, diriſsima Neronis perſecutione afflictos fideles ſolaturus omninò. Quorum nempè annorum intervallo, quā

incredibilem fidelium omnium admirationem, ac sanctimoniæ probationem acquisiierit, cuiquam perspicuum erit.

Num.272 Maximopere sanè præfatam sententiam firmat inventio illa mirabilis capitis Sanctissimi Hierothei in Cœnobio inclyto Divi Bernardi (ceù suprà *de Sandoval*) ad radicem Montium Legionensium, vbi totum mirificum, totum cęleste, totum admirabile fuit. Accidit enim, quod supputatis priùs, diligenterquè discussis piorum virorum, seniorũque Monachorum testimonijs de traditione, quę illùc vsque inerat, quod ibi esset inter celebres alias Sanctorum Reliquias caput Divini Hierothei, ieiunijs, orationibus summisquè precibus Deo optimo ante præmissis; capite illo, de quo erat huiusmodi traditio, per Abbatem Cœnobitarum reverenter accepto, sublatis itidē velaminibus aliquot tàm sericis, quàm lineis, quibus arctè admodùm erat redimitum, inspecto tandem venerabili capite intùs, & foris, nulloque invento rei conquisitæ vestigio, mærentibus ex corde circunstantibus inter absconsiorem (ò miraculum!) cranij latebrulam perexiguum membranæ frustulum inventum est, vbi literis græcis scriptum erat: *caput Hierothei*, invasit Cœnobitas, simùl & adstantes omnes lætitia summa, voluptasque inenarrabilis, atque idcircò Officium de Sancto Hierotheo recitatur ibidem. Ex hac igitur inventione mirabili sat congruè potest affirmari, Hierotheum Divinum, in nostra Secoviensi vrbe vinculis corporis fuisse solutum. Credi enim facile est, concives nostros in acerrimo illo Maurorum incursu generalique Hispaniarū occupatione eiusmodi pignus amabilissimum ad secretiora montium illorum abdendum transtulisse. Spectato nimirùm quòd domus illa Cister-

cien-

ciensis à nostris item concivibus fuerit constructa.

Pro coronide tandē hęc eadem supradicta authoritas comprobatur voce communi, fama vniversali, perātiqua demum traditione, nulla tēporum successione, fluxu vè abolita; quin potiùs nostri omnium animis hucusque & mordicùs, & iucundè inhærente, qua crebriùs dictitatur Sanctisimū Hierotheum, & primum fideliū nostratū in spiritualibus fuisse Parentē, & nostræ Ecclesiæ Secoviensi primum præsedisse Pontificem. In eiusmodi sanè traditionis testimonium conspicitur affatim in insigni Ecclesiæ nostræ Sacello Immaculatæ Conceptioni Deiparæ sacro inscriptio quædam iuxta supernum Sacelli laqueare gyrans, per circuitum siccinè legitur: *Să Hierotheò, Discipulo de San Pablo, y Maestro de San Dionysio Areopagita, fue primer Obispo de esta Santa Iglesia.* Vndè memorata traditio constantissima fuisse perhibetur, subindèquè demonstratur affectus ille ardentissimus, quo intemeratæ Conceptionis Deiparæ Mysterium nostra eàdem Ecclesia Cathedralis ab ipsismet Apostolorum temporibus, ab ipsoquemet (proculdubiò) Hierotheo Diuino, vti illibatæ Deiparæ sodali obsequentissimo perpetuò celebravit. Vt & apertè videri est in antiquiori Ecclesiæ nostræ Breviario, & refert Pater Salazar Societatis Iesu, tom. *de Conceptione Virginis.* Et ne ab vlla temporum diuturnitate marmora, saxaque ipsa abrodente, huiuscemodi devotio, & traditio obruerentur, inscriptio hæc à maioribus nostris perstat commendata perenniter duratura.

PERORATIO.

Num.274 ABsolvimus hucusque, non quidem vti merito decebat, sed quatenùs tenuitati nostrę licuit, præcipuas præsentis nostræ supplicationis partes; nimirùm quòd Divinus Hierotheus & ortu, & origine nostræ Hispanię nationis sydus fuerit, & ornamentum; quòd varia hinc, indè nostræ regionis oppida, vrbesquè clarissimas prædicationis, ac doctrinæ suæ radijs collustraverit; quòd primo nostræ huius Sãctæ Cathedralis Ecclesiæ Secoviensis Põtificatu splẽduerit; quòd vrbẽ nostram, ac totius Diœcesis compagines suavissimo virtutum suarum odore compleverit; quòd inter parietes nostros (media præsertim sancti eius capitis inventione) è vita decesserit: ac sanè, quòd omnimodis sanctimonię flosculis exornatus, mirificis sapientiæ, ac doctrinæ dotibus divinitùs affluxerit: ac denique, quòd vtriusque Ecclesiæ tàm Græcæ, quàm Latinæ eximius extiterit & Confessor, & Pontifex. Superst igitur (Beatissime Pater, Pontifexquè Sãctissime) nostra omnium vota percipias, preces exaudias, bonis nostris optatis adsis benignissimus. Detur nobis, liceatque (enixè petimus) de nostro primo spiritali Parente; de nostro vero Patrono, ac Compatriensi Hispano; de Hierotheo videlicèt Sanctissimo, tot innumeris Encomijs, totque mirificis plausibus à Beatissimis Doctoribus Dionysio, Thoma Aquinate, & Maximo felicitèr collaudato, recitare Officium speciale Duplex, & per Octauam (hoc scilicèt, quod præsentamus) vti de Confessore Pontifice, Præconeque Divino, tàm in Vrbe, quàm in Diœcesi, tàm Clericis Sæcularibus, quàm Regularibus sub die 3. Octobris. At si de pręfatis traditioni-

bus,

bus, & à nobis allatis rationibus, & argumẽtis du biũ aliquod facundissimam Vestræ Beatitudinis mẽtem forsan subiierit diligẽtissima, novaque & stricta circa prædicta omnia discussio, sivè Præclarissimo Domino D. Balthasari de Moscoso & Sandoval, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Eminentissimo Cardinali, & Toletanæ Diæcesis Archiepiscopo Metropolitano: sivè Illustrissimo nostro Præsuli Secoviensi authenticè comprobanda (si Vestræ Beatitudini placuerit) cõmittatur. Quod alijs nostri Orbis Hispani Ecclesijs cõcessum est (nec quidem forsitan tot, tàmque peculiaribus causis, sicut & nostris) huic Sanctæ Cathedrali Ecclesiæ, Vrbi, & Diœcesi nostræ (quæsumus) non denegetur; hoc vnum poscimus; hoc vnum quærimus; hoc vnum ab Clementissima Vestra Beatitudine (annuente Domino) impetrasse lætabimur.

Num. 275 ([B] *Officium*) Proprium, & speciale Officium Sancti Hierothei Cathedralis Secoviensis Ecclesiæ eius Sponsæ, iussu compactum, & effectum eidem Sanctissimo Pontifici Maximo Innocentio X. cum præcedenti humili supplicatione missum (vt eo vti in posterum tàm in Festivitatis proprio die, quàm per Octavam concederet) videtur. Quod sic se habet.

OFFICIVM

Sancti Hierothei Confessoris Pontificis, & Ecclesiæ Præconis Divini:

Ab omnibus Ecclesiasticis, tàm Sæcularibus, quã Regularibus Civitatis, & Diœcesis Secoviensis, sub die 3. Octobris, & per Octavam recitandum.

IN FESTO
Sancti Hierothei Confessoris Pontificis, & Ecclesiæ Præconis Divini.

IN PRIMIS VESPERIS.

Aña. *Macer Hierotheus Paulum habens sui Cathechistem, Baptismi decorem indutus est.* Psalmus: *Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica; & loco ultimi Psalmi. Laudate Dominum omnes gentes.*

Aña. *Præco Divinus mirificè meruit appellari in Concilio iustorum, & Congregatione.*

Aña. *Inclyta Dionysij Areopagitæ Discipuli sui gloria fecit illum crescere in plebem suam.*

Aña. *Vnus Hierotheus, post Apostolos, super omnes alios Doctores, in Beata Virgine longè excellentiùs benedixit Dominum, Alleluia.*

Aña. *Communi suffragio Pontifex à Paulo suffectus est Athenis populo appropinquanti sibi.*

CAPITVLVM.

Isaiæ cap. 40.

Super montem excelsum ascēde tu, qui evangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Hierusalem.

HYMNVS.

Lux ò quæ superis collibus imperas,
Patrisquè ingeniti mens benè proxima,
Nostri Hierothei Præsulis inclyta
Adsis gesta canentibus.
Hic est, quem Fidei dogmate floridum
Paulus salvifico gurgite proluit
Mox, & Pontificis schemate fulgidum
Græcis præficit Incolis.

Dùm Petro, ac Domini Fratre nuentibus,
Præco virgineus sistit, ab omnibus,
Post ipsos meritò Psaltes Apostolos,
Divinus benè psallitur.
Orbis Secoviam plausibus evehens,
Totam mirificam prædicet affatim,
Quam tanti docuit candida Præsulis
Virtus, curaquè nobilis.
Sit Patri Domino summa perennitas,
Compar sit parili gloria Filio,
Sancto Spiritui sint sine limite
Laudes, sæcla per omnia. Amen.

Vers. *Valdè honorandus est Beatus Hierotheus.*

Resp. *Qui ad sepulchrum Virginis dulcitèr cecinit.*

AD MAGNIFICAT.

Aña. *Dum cœlestia secreta sibi crebrò propalabantur, Divini Hierothei spiritus exultabat in Deo salutari suo.*

ORATIO.

Deus, qui Pontificem tuum Hierotheum inspiratione cœlesti in Hierosolymam, & ad Beatæ Virginis sepulchrum pervenire, & Divini Præconis nomen à viris Apostolicis dignatus es adipisci: præsta quæsumus, vt eius suffragantibus meritis, ad eiusdem Beatæ Virginis consortium pervenire possimus, per Dominum nostrum, &c.

AD MATVTINVM.

Invitatorium.

Laudemus Deum nostrum, qui Divinum hodie laureavit Hierotheum. Psalm. *Venite exultemus Domino, &c.*

HYMNVS.

Ad summa Cœli sydera
fastis vetustis erutas
nostrates in Arevacis
laudes vehant Antistitis.
Vrbs firma perstet Astigi,
tanti viri natalibus
gaudens Paphus. det protinùs
puri lauacrum gurgitis.
Divina Athenæ dogmata
tanto bibant sub Præsule,
sui Magistri plausibus
arrideat Dionysius.
Lætetur & Hierusalem
dum vi superni numinis
propè sepulchrum Virginis
hymnos canit Hierotheus.
Post hæc ovans Ecclesia,
Præcone tali fulgida,
illum suo de nomine
sacrum Deum deprædicet.
Æterna laus, & gloria
detur Patri cum Filio,
sancto simul Paraclyto
& nunc, & omne in sæculum. Amen.

IN PRIMO NOCTVRNO.

Aña. *Hierotheus sedens in Cathedra seniorum, vberiores fructus dedit Ecclesiæ.* Psalmus: *Beatus vir, qui non abijt.*

Aña. *Apprehende disciplinam, & intellige charismata virtutum, dicebat Hierotheus Beato Dionysio.* Psalm. *Quare fremuerunt, &c.*

Aña. *Quasi soporatus divino numine exurrexit in Hierusalem, clamans ad Dominum.* Psalmus:

mus: *Domine, quid multiplicati sunt, &c.*

Vers. *Lingua eius super mel, & favum.*

Resp. *Laus enim Virginis in ore eius.*

LECTIO I.

De libr. Ecclesiastici, cap. 15.

Qui timet Deum, faciet bona, & qui continens est iustitiæ, apprehēdet illam, & obviabit illi quasi mater honorificata, & quasi mulier à virginitate suscipiet illum. Cibabit illum pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potabit illū, & firmabitur in illo, & non flectetur, & continebit illum, & non confundetur, & exaltabit illum apud proximos suos, & in medio Ecclesiæ aperiet os eius, & adimplebit illum spiritu sapientiæ & intellectus, & stola gloriæ vestiet illum: iucunditatē, & exultationem thesaurizabit super illum, & nomine æterno hæreditabit illum.

Resp. *Dùm Cyprum perveniret Hierotheus, Pauli interfuit prædicationi * & quem habuit Fidei Doctorem, habuit & Baptimistem.* Vers. *Efficacibus Apostoli verbis ignescebat spiritus Hierothei: * & quem.*

LECTIO II.

Ex cap. 44.

Laudemus viros gloriosos, & Parentes nostros in generatione sua. Multam gloriam fecit Dominus magnificentia sua à sæculo. Homines divites in virtute, pulchritudinis studium habentes. Pacificantes in domibus suis. Omnes isti in generationibus gentis suæ gloriam adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus; qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum. Illi viri misericordiæ sunt, quorum pietates non defuerunt: cum semine eorum permanent bona, hæredi

tas sancta nepotes eorum: & in testamentis stetit semen eorum, & filij eorum propter illos in æternũ manent. Semen eorum, & gloria eorum non derelinquetur.

Resp. *Hic est Hierotheus.* * *qui ab ipsis Apostolis secretiora Mysteria imbibit Divinitatis.* Vers. *Reliquis omnibus tum temporis Doctoribus, & Pontificibus longè excellentiùs cecinit.* * *Qui ab ipsis, &c.*

LECTIO III.

Ex cap. 45.

Excelsum fecit Dominus Aaron, & statuit ei testamentũ æternum. Et dedit illi Sacerdotiũ gentis, & beatificavit illũ in gloria. Et circuncinxit eum zona gloriæ, & coronavit eũ in vasis virtutis, Stola sancta auro, & Hyacintho, & purpura opus textile, viri sapientis indicio, & veritate prædíti. Corona aurea supra mytbram eius expressa signo sanctitatis, & gloria honoris, & opus virtutis, desideria oculorum ornata, sic pulchra ante ipsum non fuerunt talia vsque ad originem. Non est indutus illa alienigena aliquis, sed tantùm filij ipsius soli, & nepotes eius per omne tempus. Sacrificia ipsius consumpta sunt igne quotidie.

Resp. *Athenïensium vrbi postmodùm præfuit Antistes, quam priùs decoraverat.* * *Princeps studiorum & Gymnasiarchus.* Vers. *Omni literarũ genere floruit felicissimè. Princeps,* * *&c. Gloria Patri, & Filio, &c. Princeps,* * *&c.*

IN SECVNDO NOCTVRNO.

Aña. *Mirificavit Dominus Sanctum suum Hierotheum in indagine, & patientia Divinorũ.* Psal. *Cùm invocarem, exaudivit me Deus, &c.*

Aña. *Haud vanum erat cor eius cælesti inspiratione, quoniam veritas orthodoxa in ore eius*

co-

coruſcabat. Pſalmus: *Verba mea auribus percipe Domine, &c.*

Aña. *Theologica elementa ſupra natura modum ex ore eius perficiebantur.* Pſalmus: *Domine, Dominus noſter.*

Verſ. *Exaltatus eſt Beatus Hierotheus.*

Reſp. *Super omnes Præſules nomine Divini.*

LECTIO IV.

Ex Menologijs, & Hiſtoricorum Chronicis, necnon & Eccleſiæ Secovienſis traditionibus.

Hierotheus (qui & Macer dictus) nobilibus Hiſpaniæ vrbibus & ortus, & oriundus traditur fuiſſe Aſtigis videlicèt, & Empurijs. Ex Tarraconenſis Provinciæ moderamine, ſub Cæſare Tiberio ſibi iniuncto, Cyprum pergere cõſtituit, vbi internis divini amoris facibus igneſcens ab Apoſtolo Paulo, quẽ ad veri luminis, Fideiquè Myſteriorum agnitionẽ, inſtructorem habuit, & Cathechiſtem, lavacro regenerationis intingitur. Indè Athenienſium vrbem, quam, vtpotè ſelectiori Areopagitarũ numero adſcriptus, Philoſophicis lucubrationibus, & omnimodis politiorum literarum diſciplinis iàm pridèm illuſtraverat, ipſiuſmet Apoſtoli pediſequus repetijt & imitator. Ibique indiſcrepanti Orthodoxorum calculo Pontifex à Paulo præficitur Athenienſis.

Reſp. *Diſcipulus eius Dionyſius verbis, & factis ſæpiùs demonſtrabat * ſe in tantum Solem nec obtutus figere audere.* Verſ. *Sic interiori lumine æſtuabat Hierotheus, vt Dionyſius dictaret: * Se in tantum.*

LECTIO V.

Quanta fuerit Hierothei gloria! qua morum integritate! qua sapientiæ, & doctrinæ supellectile! qua in sacris literis enodandis perspicuitate! qua mentis in Deum arreptione! quibus denique virtutum ornamentis splenduerit? Dionysius ipse, eius Discipulus, quasi insufficiens hæsitat explanare Porrò eodem Dionysio in eius locum suffecto Hierosolymã Vrbem purpuranti adhuc Christi Domini sanguine rufescẽtem cœlesti inspiratione contendit. Vbi Petro, & Iacobo Fratre Domini comitibus ad sepulchrum Deiparæ, eo subtiliori penicillo, eo eminentiori modulo laudes eius concinnavit, & Domini, vt & inter primævos illos nascentis Ecclesiæ Pontifices singulare Divini Psaltis præconium (demptis Apostolis) adeptus sit vnicus, & Sacer Deus *non inconcinna interpretatione sit dictus.*

Resp. *Præsulis Hierothei irradiata fulgoribus* ✶ *vtraque lætetur Ecclesia Græca, & Latina.* Vers. *Inter notos, & ignotos honorabile erat nomẽ eius:* ✶ *Vtraque lætetur, &c.*

LECTIO VI.

Cæterum in Hispaniam (vt ipsa fert traditio) reversus, Aurigiæ aliquandiu municeps demoratus est. Postmodùm in Arevacis Secoviensi vrbi primus ipsius Ecclesiæ Antistes præfuit meritissimè. Sane vigilijs, ieiunijs, & orationibus, Fideique prædicationi, ac animarum saluti totus intentus, filijs innumeris Deo partis, migravit in cœlũ. Multa revera de Christi Domini excellentia, & dignitate, de Theologicis institutionibus, de cantionibus sacris, de amore, extasi, cælo, & id genus alijs supra naturæ modum, & eamdem ferme fidẽ

sacra Scriptura debitam redolētia (teste Dionysio) scripsisse, comperimus. Quæ sanè volumina unà cum beato corpore consepulta (proh dolor!) hucusque latère feruntur. Caput eius superioribus circiter annis in insigni Divi Bernardi Cœnobio (vocant de Sandoval) ad radicem Montium Legionensium inventum, non solùm ab Incolis, verùm & ab exteris honorificentissimè colitur.

Resp. *O virum ineffabilem omnium virtutum Emporium.* ✶ *Vere* Deificus, ac sacer Deus *denominaris.* Vers. *Qui adhæret Deo, unus spiritus est.* ✶ *Verè* Deificus, ✶ *&c. Gloria Patri, & Filio, &c.* ✶ *Verè* Deificus.

IN TERTIO NOCTVRNO.

Aña. *A Græcis, & Latinis, exteris, & Hispanis sanctitate & doctrina memorandus requiescet in monte Domini.* Psalmus: *Domine, quis habitabit.*

Aña. *Magna est gloria Hierothei inter primævos nascentis Ecclesiæ Pontifices.* Psalmus: *Domine, in virtute tua.*

Aña. *Propter innocentiam manuum, & munditiam cordis* sacer Deus *meruit nuncupari.* Psalmus: *Domini est terra.*

Vers. *Splendescit Hierotheus lumen ornatissimum.*

Resp. *Vtriusque Ecclesiæ Græcæ, & Latinæ.*

LECTIO.

Sancti Evangelij secundùm Matthæum, cap. 5. & 6.

LECTIO VII.

In illo tempore: dixit Iesus Discipulis suis: Vos

estis sal terræ, quòd si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

HOMILIA.

Sancti Hieronymi Presbyteri, libro 1. Comment. in cap. 5. Matthæi.

Sal appellatur Apostoli, & Doctores, quia per illos universum hominum conditur genus; quòd si sal evanuerit, in quo salietur? Si Doctor erraverit, à quo alio Doctore emendabitur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foràs, & conculcetur ab hominibus. Exemplum de agricultura sumptum est. Sal etenim, sicut in ciborum cōdimentum, & ad siccandas carnes necessarium est, ita alium usum non habet. Certè legimus in Scripturis, urbes quasdam ira victorum sale seminatas, ut nullum in ipsis germen oriretur.

Resp. *Felicissimus animus, qui in carne positus, * indies rapiebatur ad æthera gaudia.* Vers. *Totum se deserens, non solùm discens, sed etiam patiens divina. * Indies.*

LECTIO VIII.

Caveant ergò Doctores, & Episcopi, & videant, potentes potentèr tormenta sustinere, nihilque esse remedij, sed maiorum ruinam ad tartarum ducere. Vos estis lux Mundi: Non potest Civitas abscondi, supra montem posita: Nec accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. Docet fiduciam prædicandi, nè Apostoli abscondantur ob metum, & sint similes lucernæ sub modio, sed tota libertate se prodant, ut, quod audierunt in cubiculis, prædicent in tectis.

Resp. *Hierotheus Fidei veræ Prædicator magni.*

nificus, Divinusquè Laudator ✶ *Choris Angelicis excipitur laureandus.* Vers. *Molle corporis ereptus Hierotheus:* ✶ *Choris Angelicis, &c. Gloria Patri, & Filio:* ✶ *Choris Angelicis, &c.*

LECTIO IX.

Nolite putare quoniàm veni solvere legem, aut Prophetas: non veni solvere, sed adimplere; sivè quod de se per alios Propheta compleverit; sive quod ea, quæ ante propter infirmitatẽ audientium rudia, & imperfecta fuerant, sua prædicatione compleverit, iram tollẽs, & vicem talionis excludens; & occultam in mente concupiscentiam damnãs, donec transeat cœlum, & terra. Promittuntur nobis cœli novi, & terra nova, quæ facturus est Dominus Deus. Si ergo nova creanda sunt, consequenter vetera transitura. Te Deum laudamus.

AD LAVDES,

& per Horas.

Añа. *Macer Hierotheus Paulum habens sui Cathechistem, Baptismi decorem indutus est.* Psalmus: *Dominus regnavit, cum reliquis de Dominica.*

Aña. *Præco Divinus mirificè meruit appellari in Concilio iustorum, & Congregatione.*

Aña. *Inclyta Dionysij Areopagitæ Discipuli sui gloria fecit illum crescere in plebem suam.*

Aña. *Vnus Hierotheus, post Apostolos, super omnes alios Doctores, in Beata Virgine longè excellentiùs benedixit Dominum. Alleluia.*

Aña. *Communi suffragio Pontifex à Paulo suffectus est Athenis populo appropinquanti sibi.*

CAPITVLVM
Isaiæ cap. 40.

Super montem excelsum ascēde tu, qui evangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Hierusalem.

HYMNVS.

Vt tua augustis decoranda pompis
gesta ab immenso memorentur Orbe,
nostra divino Macer, Alme, tinge
nectare labra.

Te (Magistrorum coeunte plausu)
Principem sacræ meritò Sophiæ
prima per Paulum reverenter ornat
Infula Athenis.

Siccinè absconsis raperis supernis
mentis obtutus relevans, ut ex pers
carnis, ac prorsus videare cunctis
Cœlicus hospes.

Insupèr structor Fidei, satorquè
ferris Hispanas remeasse ad oras,
primus ac urbis tenuisse nostræ
Præsul habenas.

Mille post lectos Fidei maniplos,
lustra felicis peragis senectæ,
te Choris tandèm rutilans Beatis
aggregat Aula.

Sit Patri laus ingenito, Decusquè
Filio virtus genito, salusquè
Pneumati Sancto benedicat ævum
voce perenni. Amen.

Vers. *Dedit illum Dominus lucernam populis.*

Resp. *Vt luceret eis die, ac nocte.*

AD BENEDICTVS.

Aña. *Civitas nostra Secoviensis, quæ in medijs cæcitatis tenebris, & in umbra mortis squalida sedebat, tanti Præsulis fulgoribus perstitisse traditur illuminata.*

ORATIO.

Deus, qui Pontificem tuum Hierotheum inspiratione cœlesti in Hierosolymam, & ad Beatæ Virginis sepulchrum pervenire, & Divini Præconis nomen à viris Apostolicis dignatus es adipisci: præsta quæsumus, ut eius suffragantibus meritis, ad eiusdem Beatæ Virginis consortium in cœlesti Hierusalem pervenire possimus. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

AD TERTIAM.

Aña. *Præco Divinus.*

CAPITVLVM.

Super montem excelsum; ut suprà.

Resp. *Breve.* ★ *Lingua eius super mel, & favũ:* ★ *Lingua eius, &c.*

Vers. *Laus enim virginis in ore eius: Super mel, & favum: Gloria Patri, & Filio, &c. Lingua eius super mel, & favum.*

Vers. *Exaltatus est Beatus Hierotheus.*

Resp. *Super omnes Præsules nomine Divini.*

AD SEXTAM.

Aña. *Inclyta Dionysij.*

CAPITVLVM.

Isaiæ 40.

Sicut Pastor gregẽ suum pascet: in brachio suo,

congregabit agnos, & in sinu suo levabit, fœtas ipse portabit.

Resp. *Breve. Exaltatus est ★ Beatus Hierotheus: Exaltatus est, ★ &c.*

Vers. *Super omnes Præsules nomine Divini: ★ Beatus Hierotheus: Gloria Patri, & Filio, &c. Exaltatus est. ★*

Vers. *Splendescit Hierotheus lumen ornatissimum.*

Resp. *Vtriusque Ecclesiæ Græcæ, & Latinæ.*

AD NONAM.

Aña. *Communi suffragio.*

CAPITVLVM

Isaiæ cap. 40.

Cum quo iniit consilium, & instruxit eum, & docuit eum semitam iustitiæ, & erudivit eum sciẽtia, & viam prudentiæ ostendit illi.

Resp. *Breve. Splendescit ★ Hierotheus, lumen ornatissimum: Splendescit, ★ &c.*

Vers. *Vtriusque Ecclesiæ Græcæ, & Latinæ: Lumen ornatissimum: Gloria Patri, &c. Splendescit. ★*

Vers. *Dedit illum Dominus lucernam populis.*

Res. *Vt luceret eis die, ac nocte.*

AD VESPERAS.

Aña. *Macer Hierotheus, cum reliquis.* Psalmus: *Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica; & loco vltimi Psalmi: Memento Domine David.*

CAPITVLVM. HYMNVS,

vt suprà, in 1. Vesperis.

Vers. *Dedit illum Dominus lucernam pòpulis.*

Resp. *Vt luceret eis die, ac nocte.*

AD MAGNIFICAT.

Aña. *O Beatum Antistitem Theologorum præclarissimum, quem ad concinnanda Deiparæ præconia Petrus, & Iacobus, Frater Domini comitem adhibuerunt.*

ORATIO.

Deus, qui Pontificem tuum: vt suprà.

Deindè fit Commemoratio Sancti Francisci.

Vers. *Amavit eum Dominus, & ornavit eum.*

Resp. *Stolam gloriæ induit eum.*

ORATIO.

Deus, qui Ecclesiam tuam Beati Francisci meritis fœtu novæ prolis amplificas: tribue nobis, ex eius imitatione, terrena despicere, & cœlestium donorum semper participatione gaudere. Per Dominum.

DIE IV. OCTOBRIS.

Secunda die infra Octav. fit Officium de Sancto Francisco, Duplex, cũ commemoratione Octavæ in Laudibus, & Missa.

In Secundis Vesperis in Ecclesia Matrice à Capitulo, de Sanctis Placido, & socijs propter reliquiam, cum Commemoratione Sancti Frãcisci, & Octavæ. Extra Ecclesiam Matricem Vesperæ de

San-

Sancto Francisco cum Commemoratione Octava, & Sanctorum Placidi, & Sociorum Martyrum.

DIE V. OCTOBRIS.

Tertia die infra Octau. in Ecclesia Matrice fit Officium de Sanctis Placido, & socijs Martyribus. Duplex propter reliquiā, cum Cōmemoratione Octava in Laudibus, & Missa. Extra Ecclesiam Matricem fit de Octava sicut in die, præter Lectiones Primi Nocturni, quæ dicūtur de Scriptura occurrente: & Lectiones 2. & 3. Nocturni, quæ dicuntur, vt infrà.

IN SECVNDO NOCTVRNO.

De verbis Sanctissimi Hierothei: de Laude Iesu.

In Dionysio de Divinis Nominibus, cap. 2. apud Divum Thomam 1. part.

LECTIO IV.

Omnium causa, & adimpletiva est Iesu Deitas, quæ partes totalitati consonas salvat, & neque pars est, neque totum, & totum, & pars sicut omnium, & partem, & totum in se ipsa coaccipiēs, & superhabens, & præhabens; Perfecta quidem est in imperfectis, sicut perfectionis Princeps. Imperfecta autem in perfectis, sicut superperfecta, & præperfecta. Forma formam faciens, sicut formæ Princeps; sine forma in formis, sicut super formam.

Resp. *Discipuli eius.*

LECTIO V.

Substantia totis substantijs immaculatè superveniens, & substantialiter ab vniversa substātia

ſegregata: tota principia, & ordines determinans, & ſuper omnem Principatum, & ordinem collocata, & menſura eſt exiſtentium, & cùm ſuper æuum, & ante æuum. Et plena in minus habentibus, ſuperplena in plenis. Indicibilis, ineffabilis ſuper mentem, ſuper vitam, ſuper ſubſtantiam, ſupernaturalitèr habens ſupernaturale, ſuper ſubſtantialitèr ſuper ſubſtantiale.

Reſp. *Præſulis Hierothei.*

LECTIO VI.

Vndè quoniam, & vſque ad naturam à benignitate venit, & verè ſubſtantia factus eſt, & vir ſuper, Deus extitit. Propitiatione autèm ſint à nobis hæc ſuper mentem, & rationem laudata. Quamvis & in iſtis habet ſupernaturale, & ſuper ſubſtantiale, non ſolùm ſecundùm quod in variabilitèr, & inconfusè nobis communicavit, nihil paſſus ad ſuper plenum ipſius ab ineffabili exinanitione. Sèd quoniam, & quod ex omnibus novis magis novum in naturalibus noſtris ſupernaturalitèr erat. In ſubſtantialibus ſuperſubſtantialitèr, omnia noſtra ſuper nos habens.

Reſp. *O virum ineffabilem.*

IN TERTIO NOCTVRNO.

Lectio ſancti Evangelij ſecundùm Matthæum cap. 5. & 6.

LECTIO VII.

In illo tempore: dixit Ieſus Diſcipulis ſuis: vos eſtis ſal terræ: quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Et reliqua.

Homilia Sancti Ioannis Chrysostomi: homilia 15. in Matthæum, sub medio.

Attendite, quid dixerit: vos estis sal terræ: Per quod ostẽdit, quàm necessariò ista præcipiat. Non enim de vestra, inquit, tantummodo vita, sed de universo Orbe vobis ratio reddenda est. Non ad duas quippe urbes, aut decem, aut viginti, neque ad unã gentem vos mitto, sicut mittebam Prophetas; sed ad omnem terram prorsus, ac mare, totumque Mundum, & hunc varijs criminibus oppressum.

Resp. *Felicissimus animus.*

LECTIO VIII.

Dicendo enim: vos estis sal terræ ostendit, universam hominũ infatuatam esse naturã, & peccatorum vi corruptam. Et idcircò illas ab eis virtutes requirit, quæ maximè ad multorum salutem necessariæ sunt, atque utiles: Nam qui mansuetus est, ac modestus, & misericors & iustus, non intra se tantummodò hæc rectè facta concludit, verùm in aliorum quoquè utilitatem præclaros hos faciet effluere fontes. Igitur, qui corde mundo est atque pacificus, & persecutionem pro veritate patitur; nihilominùs in commune commodum vitam instituit.

Resp. *Hierotheus Fidei.*

Lectio 9. de Sanctis Placido, & socijs Martyribus, ut in Breviario: quorum etiam fit Commemoratio in Laudibus & Missa.

Vesperæ Secundæ intra Ecclesiam Matricem dicuntur de Sanctis Placido, & cæteris Martyribus cum Commemoratione Sancti Brunonis, &

Octava. Extra Matricem dicuntur de Octava, & à Capitulo fit de Sancto Brunone cum Commemoratione Octavæ.

DIE VI. OCTOBRIS.

Quarta die infra Octav. fit Officium de Sancto Brunone Confessore, Semiduplex cum Commemoratione Octavæ in Laudibus, & Missa.

In Secundis Vesperis, à Capitulo fit de Octava cum Commemoratione Sancti Brunonis, & Sanctorum Marci, & aliorum.

DIE VII. OCTOBRIS.

Quinta die infra Octav. Officiũ fit de Octava sicut in die, præter Lectiones Primi Nocturni, quæ dicuntur de Scriptura occurrenti, & Lectiones Secundi Nocturni, quæ dicuntur, vt infrà.

IN SECVNDO NOCTVRNO.

De expositione Beati Thomæ Aquinatis in Beatum Dionysium, cap. 3. de Divinis Nominibus. Lect. 1.

LECTIO IV.

Dicit ergò primò Dionysius, quod hic videtur excusatione dignus, quòd cùm Hierotheus, qui fuit nobilis Magister eius, adunaverit subtilitèr loquendo, quosdam tractatus de Rebus Divinis Dionysius scripsit, & alios tractatus de Rebus Divinis, ac si tractatus Hierothei non sufficerent, quod ad quamdam irreverentiam pertinere videtur. Deindè procedit ad sui excusationem. Primò excusat se ab irreverentia. Secundò ostendit reverentiam suam ad Hierotheum. Prima excusatio est, quòd ea, quæ Hierotheus in vnum dixerat, ipse

ex mandato Hierothei, & ad petitionem Timothei per singula tractavit; & hoc est, quod dicit: Quod si Hierotheus dignatus esset tractare per ordinē omnia, quæ pertinent ad Theologicam considerationem, & tractatum totius Theologiæ, quem quasi in quodam genere, & summa peregit, voluisset percurrere perscrutando in particulari, Dionysius nō pervenisset ad tantum furorē, vel pravitatem, quod vellet scribere de Divinis, quasi furtivè arripiendo sibi nobilissimam cōtemplationem, & manifestationem Divinorum ipsius Hierothei, faceret ei iniuriam; cùm tamen ipse fuerit Magister eius, & amicus; & Dionysius fuerit introductus ad Theologicā cognitionem, maximè ex verbis Hierothei.

Resp. *Discipulus eius.*

LECTIO V.

Sed Hierotheus exposuit quasdam determinationes conspicaces, id est, ex magna difficultate, & intelligentia acceptas, & comprehendentes multa in uno: Et præcepit Dionysio, & alijs ei similibus, qui sunt Magistri, quòd manifestarent, & distinguerent, & id facerent sermone eis commensurato, non ita universali, sicut usus fuerat Hierotheus. Ipse etiam Timotheus multoties exhortatus est Dionysium ad hoc ipsum complendum, & librum Hierothei ei remiserat, sicut eius capacitatem excedentem. Quia ergo ista ita sunt, ideò nos determinamus prædictum, librum esse magnarum perfectarum considerationum, ita quòd ille liber habet quamdam secundam authoritatem ab eloquijs Scripturæ canonicæ, ita quòd verba illius libri cōsequenter se habent ad verba Christorum Dei (id est ad verba Sanctorum Apostolorum) propter plenitudinem spiritualis gratiæ, & propter Sacerdo-

tij dignitatem, & sic liber ille tam altus communicat tantum perfectis.

Resp. *Præsulis Hierothei.*

LECTIO VI.

Sicut igitur per se inspicere, & docere scientiam Divinorum perfectam ad Hierotheum pertinebat, qui perfectus fuit: ita habere scientiam exponendi prædictam doctrinam ad minores pertinet, inter quos Dionysius se computat. Etiam hoc studiosè Dionysius observavit, quod ipse totalitèr manum non apposuit, nec etiam ad manifestandum verba Hierothei in illis, quæ Hierotheus distinguere voluit. Deindè ostendit reverētiam, quam ad Hierotheum habet. Et primò, ostendēdo magnitudinem eius. Secundò, recognoscendo propriam humilitatem. Ex his enim duobus sequitur, quòd aliquis alium in reverentia habeat, quòd de illo magna sentit, & de se parva. Commendat autèm Hierotheum duplicitèr; primò, quia fuit subtilissimus, & totus Divinus; secundò, quòd parvulis in Christo lac vtilitèr noverat dare.

Resp. *O virum ineffabilem.*

IN TERTIO NOCTVRNO.

Lectio Sancti Evangelij secundùm Matthæum, cap. 5. & 6.

In illo tempore: dixit Iesus Discipulis suis: Vos estis sal terræ; quòd si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorij Papæ, ex Homilia 17. in Lucæ 10. ante medium.

LECTIO VII.

Considerandum nobis est, vt qui vnà, eademquè exhortationis voce non sufficit simùl cunctos admonere, studeat singulos in quantum valet instruere, privatis locutionibus ædificare. Debemus namquè pensare continuò, quod Sanctis Apostolis dicitur; & per Apostolos nobis: Vos estis sal terræ; si ergò sal sumus, condire mentes fidelium debemus. Vos igitur, qui Pastores estis, pensate, quia Dei animalia pascitis; de quibus profectò animalibus Deo per Psalmistam dicitur: Animalia tua habitabunt in ea.

Resp. *Felicissimus animus.*

LECTIO VIII.

Sæpè videmus quod petra salis brutis animalibus anteponitur, vt ex eadem salis petra lambere debeant, & meliorari. Quasi ergo inter bruta animalia petra salis debet esse Sacerdos in populis; curare namque Sacerdotem necesse est, quæ singulis dicat, vnumquemque qualiter admoneat, vt quisquis Sacerdoti iungitur, quasi ex salis tactu æternæ vitæ sapore condiatur; sal etenim terræ non sumus, si corda audientium non condimus: quod profectò condimentum ille veraciter proximo impendit, qui prædicationis verbum non subtrahit.

Resp. *Hierotheus Fidei.*

9. *Lectio de Sancto Marco Papa & Confessore; de quo etiàm fit Commemoratio in Laudibus, & Missa, simulquè de SS. Sergio, & cæter. Martyr.*

In Secundis Vesperis, à Capitulo fit de Sancta Brigitta vidua cum Commemoratione Octauæ.

DIE VIII. OCTOBRIS.

Sexta die infra Octav. fit Officium de Sancta Brigitta vidua, Semiduplex cum Commemoratione Octauæ in Laudibus, & Missa.

In Secundis Vesperis à Capitulo de Sãctis Dionysio, & cæteris Martyribus, cum Commemoratione Octava, & Sanctæ Brigittæ.

DIE IX. OCTOBRIS.

Septima die infra Octav. fit Officium de Sanctis Dionysio, & cæteris Martyribus, Semiduplex cum Commemoratione Octauæ in Laudibus, & Missa.

Ad Vesperas omnia de Octava, vt in Primis Vesperis Festi, cum Commemoratione Sanctorum Dionysij, & cæter. Martyr.

DIE X. OCTOBRIS.

In Octava, Officium fit de ea, sicut in die, præter Lectiones Primi Nocturni, quæ erũt de Scriptu. occurrent. & Lectiones 2. & 3. Nocturni, quæ dicuntur, vt infra, cum 2. Vesperis.

IN SECVNDO NOCTVRNO.

Ex Divo Dionysio Areopagita de Divinis Nominibus, cap. 2. & 3.

LECTIO IV.

Hoc fortassè defensionis indiget, quòd cùm Hierotheus clarissimus Præceptor noster Elementa Theologica magna cum laude collegerit, nos tamèn, quasi illa minus satisfaciant & alia, & hæc

de Deo disputationem conscripsimus, ac qui si ille quidem ordine omnia, quæ ad Theologiam pertinent, tractare voluisset, brevissimisque explanationibus totius Theologiæ summam persequi, profectò nunquàm eo insaniæ, aut vanitatis prorupissemus, vt nos, vel diligentiùs illo, vel diviniùs Theologiam assecuturos putaremus: Magistrũ, amicumquè violaremus. Nosque, qui post Divinum Paulum ex illius scriptis instituti sumus, præclarissimam eius & scientiam, & interpretationem nobis vindicaremus.

Resp. *Discipulus eius.*

LECTIO V.

Namquè apud ipsos divino spiritu plenos Põtifices nostros cum & nos (vt nosti) & plerique alij ex Fratribus nostris ad contuendum corpus illud, quod Authorem vitæ, Deumquè ceperat, convenissemus: aderat autẽ Frater Domini Iacobus, & Petrus supremum decus, & antiquissimum Theologorum culmen. Vbi post contuitum placuit, vt infinitè potentem bonitatem Pontifices laudarent omnes; quisque pro captu suo. Ille denique Hierotheus videlicèt (vt nosti) post Apostolos, omnibus alijs Doctoribus superior erat, totus excedens, totum se deferens, & eorum, quæ laudabat, consortium patiens. Ab omnibus denique, à quibus audiebatur, & videbatur, & agnoscebatur, & non agnoscebatur, afflatus Deo, Divinusque laudator indicatus est.

Resp. *Præsulis Hierothei.*

LECTIO VI.

Quoties autèm oporteret nostra multis communia facere, & quàm multos possemus in sanctã nostram disciplinam introducere. Erat profectò

mi-

mirandum, quàm longè Hierotheus Sanctorum Doctorum plurimos antecelleret, & diuturna docendi sedulitate, & puritate mentis, & exacta diligentia demonstrandi, ac cæteris omnibus, quæcumque ad sacra eloquia pertinent. Itaquè nos nunquàm in Solem tàm ingentem figere auderemus obtutus. Ille namque Theologicis Elementis supra naturæ modum mirabiliter celebravit, quæ ipse à Theologis Sanctis (hoc est Apostolis) accepit; vel artificiosa sacrarum literarũ indagatione perspexit; vel frequenti circa illas exercitatione, studioquè diurno; vel etiam diviniore quadam inspiratione percepit; non solùm discens divina, sed etiam patiens.

Resp. *O virum ineffabilem.*

IN TERTIO NOCTVRNO.

Lectio Sancti Evangelij secundùm Matthæum, cap. 5. & 6.

In illo tempore: dixit Iesus Discipulis suis: Vos estis sal terræ; quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi, libr. 1. de sermone Domini in Monte, tom. 4. cap. 6.

LECTIO VII.

Ostendit Dominus, fatuos esse iudicandos, qui temporalium bonorum, vel copiam sectantes, vel inopiam metuentes, amittunt æterna, quæ nec dari possunt ab hominibus, nec auferri. Itaque si sal infatuatum fuerit, in quo salietur? Id est, si vos, per quos condiendi sunt quodammodò populi, metu

per-

persecutionũ amiseritis Regna Cœlorum; qui erũt homines,per quos à vobis error auferatur,cum vos elegerit Deus,per quos errorem auferat cæterorum.

Resp. *Felicissimus animus.*

LECTIO VIII.

Ergò ad nihilum valet sal infatuatum,nisi vt mittatur foras, & calcetur ab hominibus. Non itaque calcatur ab hominibus, qui patitur persecutionem,sed qui persecutionem timẽdo, infatuatur. Calcari enim non potest,nisi inferior:sed inferior non est, qui, quamvis corpore multa in terra sustineat,corde tamèn fixus in Cœlo est.

Resp. *Hierotheus Fidei.*


LECTIO IX.

Vos estis lumen Mundi. Quomodo dixit superiùs sal terræ sic nunc dicit: lumen Mundi. Nàm neque superiùs ista terra accipienda est,quam pedibus corporeis calcamus,sed homines, qui in terra habitant,vel etiam peccatores,quorum condiẽdis, & extinguendis putoribus Apostolicum salem Dominus misit. Et hìc Mundum,non Cœlum,& terram,sed homines,qui sunt in Mundo,vel diligunt Mundum,oportet intelligi,quibus illuminandis Apostoli missi sunt. Non potest Civitas abscondi supra mõtem posita, id est, fundata super insignem,magnamquè iustitiam,quam significat etiam ipse mons, in quo disputat Dominus. Te Deum laudamus.

Num.276 (C *Missa*) Cum prædicto speciali Officio Sancti Hierothei etiàm Missa ab eodem Pontifice Maximo Innocentio X. approbanda emissa Romam videtur,quæ tenoris fuisse infrascripti,idem M.S. Codex monstravit.

MISSA
IN FESTO SANCTI Hierothei Confessoris Pontificis, & Ecclesiæ Præconis Divini.

INTROITVS.



N Medio Ecclesiæ aperuit os eius: & implevit eum Dominus spiritu sapientiæ & intellectus: Stolam gloriæ induit eum. Psalmus: *Bonum est confiteri Domino, & Psallere nomini tuo, Altissime.* Vers. *Gloria Patri.*

ORATIO.

D*Eus, qui Pontificē tuum Hierotheum inspiratione cœlesti in Hierosolymam, & ad Beatæ Virginis sepulchrum pervenire, & Divini Præconis nomen à viris Apostolicis dignatus es adipisci: præsta quæsumus, vt eius suffragantibus meritis, ad eiusdem Beatæ Virginis consortium in cœlesti Hierusalem pervenire possimus. Per Dominum.*

Lectio Epistolæ Beati Pauli Apostoli ad Hebræos, cap. 13.

& ad generationem tuam, eroquè tecum; aun està peor que estava, *eroquè tecum*? Estarè, de futuro? Parece que es dar a entender que no estava presente; no, tanto como esso no; pero en verdad que es amenaçar, que dexarà de estar con èl, sino le obedeciere. Pues entẽdia yo, que el mejor camino de agradar a Dios vna alma, era el dexar su habitacion, y su parentela, y no lo discurria a caso, no me governava por mi, que assi se lo notificò por el Psalmista Rey a la Princesa: *Obliviscere populum tuum, & domum Patris tui, & concupiscet Rex speciem tuam*, Para agradar al Rey, para ganarle la volũtad, y robarle toda el alma, no necessitas de otra mayor diligencia, q̃ la de descarnarte de tu habitacion, y de tus deudos, haste de trasplã tarà tierra estraña. Consejo, q̃ èl mismo dio a su Esposa, en los Cãtares: *Egredere & abi post vestigia gregũ, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorũ*. Entonces me hallaràs a mi, Esposa santa, quando huyeres de los tuyos, quãdo dexares los propios, y te fueres a los estraños: pues como acà: *Revertere, eroquè tecum?* Entonces me tendras, quando bolvieres a tu casa, y a la gloriosa habitaciõ de tus mayores? La letra sola del Texto nos lo responda, que quãdo ella està tan clara, superfluo me pareciera qualquier apoyo. A que llaman a la Princesa? A que aprenda lo que no sabe: *Audi, filia, & vide, & inclina aurem tuam*; acciones propias todas de quien desea saber, ver, y escuchar, y aun por esso la llama hija, como notò el Eminẽtissimo Cardenal Cayetano: *Appellatur filia instructionis, & amoris*; que es nombre propio de Maestro a Discipulo, porque es especie de paternidad el Magisterio. Y a la Esposa a que la llamã? *Si ignoras te, egredere, & abi*, al destierro de ignorancias, a que sepa lo que ignora, guiar ovejas, y

Psalm. 44. v. 11.

Cant. 1. v. 8.

Anno Christi Domini 1650.

apacentar rebaños; pues salgan vna, y otra de sus casas, que essa es obligaciõ de quien aprende. Pero Iacob, diestro Pastor, y eminente Ganadero, que yà nada tiene que aprender, sino mucho que enseñar, buelvase a su tierra, y a la antigua habitacion de sus mayores: *Revertere in terram patrũ tuorum, & ad generationem tuam, eroque tecum.* Que aunque la tierra estraña serà la mejor para aprender, la propia es siempre la mejor para trabajar.

Num.290 Pareceme que he logrado por aqui la inteligencia de vn lugar muy comũ, en que de muchas exposiciones, ninguna me ha quietado. Formò la mano poderosa de Dios aquel deleitoso jardin del Parayso para perpetua habitacion del primer hombre, si su ingratitud no lo desmereciesse, adornòle de plantas, matiçòle de flores, enriqueciòle de frutos, guarneciòle de arroyos, poblòle de animales, y quando todo aquel numeroso vulgo de vivientes aguardava a ver la architectura de su Principe, la fabrica del hombre, para quien era tã sumptuoso Palacio, se preparava, corta el hilo el artifice Divino, salese al cãpo Damasceno, coge vn pedaço de barro, forma de el vna estatua, dirigela su aliento, y queda viviente vn hombre: *Et factus est homo in animam viventem.* O alẽtados del Mundo, si acabarades de creer, que todo aliẽto mata, y solo el de Dios dà vida! yà està formado el hombre: que querrà Dios hazer desta racional criatura? Que? Muy presto lo veremos: *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in Paradiso voluptatis, praecepitquè ei dicens, &c.* Assiole de la mano, metiole al Parayso, pusole el precepto, dixole como se avia de aver con plãtas, y con brutos, dificultoso govierno el de ignorantes, y enseñòle el modo de mandar que mas le cõ-

Genes.2.v.7.

Ibid.2.v.1.

Anno Christi Domini 1650.

venia. Entra luego aqui mi dificultad, y dificultad de otros muchos; pues porque no le forma Dios en el Parayso? Mejor tierra era aquella, que la del campo, escogida de Dios, y calificada de mejor por su escogida. No serà biẽ que essas criaturas, q̃ le han de obedecer, conozcan la nobleza de su dueño, y el cuidado cõ que todo el poder de Dios ha assistido a formarla a su imagen, y semejança?
Gen. 1. v. 26. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* Parece que si, que para toda dignidad ayuda la nobleza, y que èl la refiera despues, no bastarà a persuadirles; que siẽpre, y no sin fundamento, a los que dizen mas, creemos menos, culpando vaciedades, las que ellos nos refierẽ por blasones; Pues donde se và Dios? Porque no forma a Adan en el Parayso? Demos vn passo mas, q̃ en la sentencia de su culpa hallarà nuestra duda su respuesta. Dexase Adan engañar de su muger, achaque tan antiguo aun en las propias, come de la fruta vedada, bastãte el ser vedada para ser apetecida, llamale Dios a quentas, que las que han de ser malas nunca tardã: hazele el Iuez el cargo, escuchale el descargo; que disculpa ha de auer, si es
Ibid. 3. v. 19. Dios el ofendido? y dize en el fallamos: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Yà para ti se acabarõ las delicias del Parayso, el descanso, y tranquilidad deste recreo; molesto sudor te costarà de aqui adelante lo que comieres, porque has de abrir la tierra al golpe del açadon, y surcarla a la violencia de el arado. Sal luego desta jurisdicion, pues
Ibid. 3. v. 23. no quisiste mas durar en ella: *Emisit eum Dominus Deus de Paradiso voluptatis.* Y esso a que fin? *Vt operaretur terram, de qua sumptus est.* Porque has de labrar la tierra con el sudor de tu rostro, y quiero que sea la misma de que fuiste formado. Acabote ya de explicar en el Texto todo

Anno Christi Domini 1650.

el caso. Ha de pecar Adan, y por su culpa será cōdenado al sudor de su rostro, y a trabajar la tierra en que viviere? Pues formele Dios fuera del Paray so para dos importantes efectos; el vno, para que trasplantado a tierra estraña: *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in Paradiso voluptatis*, en ella reciba preceptos, y cōsejos, y se le enseñe el modo de vivir mas conveniente: *Praecepitquè ei, dicens, &c.* Y el otro, porque si ha de cultivar, y emplear en alguna tierra su trabajo, sea en beneficio de aquella en que ha nacido: *Vt operaretur terram, de qua sumptus est*: que si para aprender es cordura dexar la propia Patria, para enseñar, es deuda bolver a ella.

Num.291 Bolved, Divino Hierotheo, a la Patria en que os criasteis, a enseñar lo que en la agena aprendisteis, que a ella son mas que a otra debidos los sudores *Vt operaretur terrā, de qua sumptus est*. Yà estais diestro Pastor, y eminente Ganadero: *Revertere in terram Patrum tuorum, & ad generationem tuam, eroquè tecum*. Biē podeis, y aun deueis restituiros a vuestra España; si allà os inclina el Discipulo Dionysio, acà os aguarda por Discipulo vn Eugenio; si allà gozavades vna Ciudad ilustre por su poblacion, y por sus letras, aqui hallareis otra, celebre por su antiquissima Nobleza, por su imbiolada religion, por su Christiana opulencia, y por los claros varones, con que en todas edades, en letras, y armas nos enriquece; que mucho que la llame yo Cabeça de nuestros Reynos, si son, y han sido hijos de ella las Cabeças mayores, que la rigen, y han regido? Si la grandeza de vuestra Iglesia os enamora, que Iglesia mas honorifica, que la Cathedral de Segovia? Primada me atrebo a llamarla de las Españas; y si la opinion fuesse cierta, que omitiendo a Elpidio, afirma,

Anno Christi Domini 1650.

que San Eugenio Martyr, fue el primero que en Toledo predicò la Fè de Christo, referida largamente de Andres Resendio, en la Epistola a Bartolomeo Kebedio Presbytero Toledano, no sè como lo pueda negar, quien se tuviere por versado en Historias, aun en competencia de la Imperial Primada, porque aviendo sido San Eugenio su primer Arçobispo, Discipulo de San Hierotheo, y no en el Oriente, donde Eugenio nunca estuvo, necessariamente lo huvo de ser en Segovia, adōde vino inmediatamẽte desde Athenas por Obispo Hierotheo; y por legitima consequencia infiero de estos principios, que yà tenia Segovia recibida la Fè de IesuChristo, yà tenia Iglesia Cathedral, y gozava de Obispo desde los años de setenta, bien poco mas, ò menos quando estava aprendiendo como Discipulo, el que despues, por los años de ciento, fue el primer Arçobispo de Toledo. Y quando este argumento no convença, valdreme de otro, sin duda mas eficaz, como fundado en los principios que Toledo confiessa, y los Breviarios mesmos de su Reço publicā. En el antiguo, que se ajustò conforme al Rito Romano, cāta vno de sus Hymnos, q̄ S. Dionysio, yà Obispo de Paris, despues de serlo de Athenas, cōsagrò Obispo de Toledo a S. Eugenio, en aquel verso: *Nova resultent gaudia, doctus alumnus Graciæ. Misit hunc Dionysius, vt esset Solis radius in tenebris Hispaniæ.* Y en el Breviario de S. Isidoro repite el Hymno lo mismo: *Doctor Hispaniæ (id est Eugenius) revisit Galliā, Docti præsentiā Doctoris Galliæ (id est Dionysij) fideli captans pectore, Patrem desiderat, votum prosequitur*: Yà estava Obispo de Segovia San Hierotheo, quando San Dionysio empeçò a serlo de Paris, que Hierotheo vino a Segovia de Athenas, y Dionysio sucediò

Anno Christi Domini 1650.

en Athenas a su Maestro antes de venir a Paris, y luego si en Paris Dionysio consagrò a Eugenio, mucho antes tuvo Fè, tuvo Cathedral, y Obispo nuestra Segovia, que la gozasse Toledo: Luego, supuesto aquel primer principio, bien digo yo, que si la grandeza de Athenas os enamora, a Segovia venis a ser Primado. Nada hallarades, aun oy en ella menoscabado, que si gozò el primer Prelado, trasladado de la primera Silla, de aquella comun Madre de las ciencias, el vltimo contiva, tronco, aunque generoso, transplantado de la primer Cathedra de otra mejor Athenas, que es Salamãca. Toda la grandeza de ella aueis avido menester para lograr la que en España os espera, que no se fiaran las primicias de Segovia, a quien se huviera ensayado menos, que en la Mitra de Athenas, y en nada mas se conocen los realces de aquella, que en lo eminente de estotra; pues fuerõ siempre los principios, los indicios mejores de los fines. He notado en el primer capitulo del Genesis, en la formacion sabia, y prudente de las primeras criaturas, admirable traça del entendimiento divino, amoroso desahogo de su ardiente voluntad, y facil indice de su omnipotencia; he reparado, digo, que con especialidad grande criò Dios la luz entre todas las entidades del vniuerso: *Dixitquè Deus fiat lux, & facta est lux, & vidit Deus lucẽ, quod esset bona; & divisit lucem à tenebris.* Para su hermoso realce de todo lo criado, para postrera mano de todo lo producido, y vistoso esmalte de lo hasta alli formado, con dulce, y suave imperio mandò Dios que se hiziesse la luz, y quedò luego formada, y dividida juntamente de las tinieblas. Tã apriessa? Pues no veo q̃ se procediesse assi cõ las demas criaturas; mucho antes se desplegaron los Cielos, q̃ gozassen de su adorno;

Genes. 1. v. 3.

mucho antes se plantaron los arboles, que exercitassen sus oficios; mucho antes se maciçò la tierra, que se dividiesse del agua; Pues para que la luz en el primer instãte se divide de las tinieblas? Para que, dize Ambrosio? Para que de la grãdeza en que empieça, se conozca la perfeccion en que acaba: *Sicut enim citò lux Cœlũ, terras, & maria temporis momento illuminat, ita ortus eius citò debuit explicari.* Para que se colija lo que es ser Sol, por la excelencia con que empieça a ser luz. Quieren ver, señores, lo que es Segovia? Pues tassenlo por la gran Metropoli de Athenas, pues vẽ, que fue menester, que Hierotheo empeçasse en esta, para venir dignamente a parar en estotra.

§. V.

Que imitò el cadaver de Hierotheo difunto, las acciones en que se esmerò su cuerpo en vida.

AQui para su espiritu, y aqui viene oy tambiẽ a parar su cuerpo, que el que cadaver le imitò en los primeros lances de la vida, no era biẽ, que le dexasse de seguir hasta los vltimos passos de la muerte. Ocultòse al principio por largos años (que no dexàran de parecernos largos, aun quando fueran menos) como quien se retira de la publicidad, y del aplauso, quedando por quenta de solo Dios descubrirle en nuestros tiempos, por medio de la diligencia, y noticias grandes que adquiriò en diversas partes de Europa aquel esclarecido varon el Maestro Fray Francisco de Vivar, lucida planta del Monasterio, vergel de mi Religion sagrada, gloria de toda España, y facilmente Principe entre los muchos Coronistas que la ilus-

Anno Christi Domini 1650.

tran, para que a Bernardo deviesse Hierotheo navegacion feliz en la serenidad, como abrigo seguro en la tormenta. Favoreciò primero su Reliquia a los estraños en competencia parece de su espiritu, enriqueciendo la Real casa de Sandoval con tan inestimable tesoro: *Ei, qui longè, & ei, qui propè*, por espacio de 458. años, desde el de 1167. hasta el de 1625. en que se descubriò su Cabeça santa, siendo General de mi Religion sagrada vn Segoviano, el Reverendissimo Padre Maestro Fray Valeriano de Espinosa; y Abad de aquel Monasterio el muy Reverendo Padre Maestro Fray Tomas Bravo de Mendoza, hijo tambien de esta Ciudad Insigne, y venerado en todas por sus letras, y por su sangre, que parece anduvo Hierotheo recateando esta dicha a los agenos, para lõrar cõ ella a los propios, no sin grave exemplar, que le debiò de tomar de los Patriarcas antiguos, en quienes leemos semejante diligencia a cada passo. Muriò Ioseph en la Presidencia de Egypto, valido de Pharaon, y mucho mas de Dios, que aunque de ordinario si, no siempre son incompatibles estos dos valimientos, y por vltima voluntad, y clausula postrera de su testamento mandò a los de su Pueblo, que quando el braço poderoso de Dios les sacasse triunfantes de la captividad, que les aguardava, descubriessen su cuerpo, y le trasladassen a Sichem desde Egypto: *Deus visitabit vos, asportate ossa mea vobiscum de loco isto*. Nadie estraña el deseo, hallando, que la propia sepultura fue siempre apetecida de todos sus mayores, de Abraham, de Isaac, y de Iacob sus gloriosos ascendientes. Lo que haze dificultad es, porque no mandò que le sacassen luego, y gustò de durar 144. en tierra agena, y prestada sepultura? Por assegurarlos, dizen mu-

chos.

Anno Christi Domini 1650.

chos, de que en los tiempos venideros seria su libertad, y su rescate cierto; pero esto no satisface, q̃ quien tantas vezes dudò de las promessas del mismo Dios, cõ sola la de Ioseph mal quedaria seguro. Otros dizen, que para q̃ durando en los Egypcios la memoria de Ioseph, a vista de sus Reliquias, por respeto de tanto bienhechor, a quien debieron haziendas, vidas, y honra, se perpetuasse en ellos la estimacion de los Hebreos; mas la experiẽcia lo cõtradize, pues apenas muriò Ioseph, quando le olvidaron de suerte, q̃ ni aun memoria quedò de tal sugeto. Mejor respuesta me parece q̃ colijo yo de la que diò el Abulẽse: *Dato* (dize) *quòd ipsi vellent corpus eius immediatè portare, tamen Ægyptij non permitterent, eos indè exire, putantes, quod vellent totalitèr recedere de terra.* El recato de los Egypcios era tal con los Hebreos, temerosos de que sacudiendo aquel injusto yugo, fugitivos se huyessen, los que desde luego marcaron por esclavos, que aunque quisieran trasladar entonces sus Reliquias no pudieran, por lo qual, si Ioseph lo huviera de mandar a algunos, a los Egypcios avia de ser, que como a su Salvador le veneravan, y como libres le obedecieran; no a los Hebreos, que como hijos lo reusaran, y como captivos no pudieran; pero quiso mas estar 144. años en tierra, y sepultura agena, aguardando a caer en manos de los suyos, que permitir, que le desenterrassen, y descubriessen los estraños. Assi pues, Hierotheo, parece, que aguardando Segovianos, a quienes manifestar su Reliquia, se estuvo 458. años en tierra agena, sufriendo con gusto esta detencion, por llegar a ser descubierto de los propios. y enseñandose a favorecer primero a los mas distantes, *ei, qui longè, & ei, qui propè*; y oy bien diestro en beneficiar se restituye a su Iglesia,

Anno ChristiDomini 1650.

y al antiguo Solar de su nobleza, para obrar en èl lo que fuera ha aprendido. Ni tardarà en acreditar esta verdad, quien tan temprano ha empeçado, obrando desde Sandoval a Segovia tres patẽtes milagros, de que son fidedignos testigos todos los señores Comissarios desta feliz jornada, a cuya relacion me remito; parece, que publicãdo a fuerça de prodigios no solo el alboroço, con que se restituye a su Iglesia, pero aun mas, que viene su espiritu en sus huesos, y que pagò de contado la devocion, y religioso culto de los que le han traido, dandoles en el fervor de Fè tan viva su espiritu doblado. Grave texto en el 4. de los Reyes, sino temiera ser largo, toquemosle, aunque de passo, porque no se malogre. Bolvia Eliseo de la otra parte de el Iordan a Ierichò, Comissario feliz de la Reliquia de la capa de Elias, que le heredò en su rapto, y hallando embaraçado el passo de tan copiosas aguas, hiriolas con el palio de el Propheta para que se diuidiessen; pero insensibles al golpe continuaron su curso; buelve otra vez a repetir

4. Reg. 2. v. 14 el impulso, invocando devotamente a Dios: *Vbi est Deus Eliæ etiam nunc*? Ya el espiritu juntamente de su Maestro, *Eli, aut etiam ipse*, añadiò Batablo de el Hebreo, con que aprisionadas las siguientes, y acelerando las de adelante su curso, por seca arena hizieron franco el passo de Eliseo. Pues como inobedientes las aguas se resisten a el tacto de las Reliquias de Elias? Porque aguardan la invocacion de su espiritu para apartarse? Cayetano lo dixo: *Dispostuit autèm Deus, vt Eliseus non sic securus attentaret operari miracula tanquàm confidens in veste sensibili Eliæ*: porque quiso Dios assegurar a Eliseo de que no era vna muerta vestidura la que llevava, sino todo el espiritu de su Maestro en su Reli-

quia,

Anno Christi Domini 1650.

quia, para esso obrò el milagro, no a el tacto solo, sino a la inuocacion de su espiritu, con que atentos a el prodigio los hijos de los Prophetas, y a la Fè del Comissario de la santa Reliquia, a vozes repitieron: *Requievit spiritus Eliæ super Eliseum*; cumplidose ha la promessa que hizo a su Discipulo el Maestro, instado de su devota peticion, y humilde rogatiua: *Obsecro vt fiat in me duplex spiritus tuus.* Luego bien digo yo, quando veo, que en tan corta jornada como la nuestra, haze, no vno, sino tres milagros la Reliquia de Hierotheo, a la invocacion devota de su nombre, que viene, no solo su espiritu en sus huesos, sino tambiē que ha pagado la religion, y seruicio de sus Comissarios, dandoles en fervorosa Fè duplicado su espiritu por medio de la Reliquia, con que oy nos enriquecen.

Ibid. 2. v. 15.

Ibid. 2. v. 9.

Num. 293 No es todo el santo Cuerpo el que gozamos, que guarda Dios para mejor ocasion consumar esta dicha q̄ ha empeçado; pero no ay, fieles mios, porque embidiar a nadie, que en la Cabeça està el mayor excesso; y quando otro (que lo dudo) atesorare el resto de su cuerpo, podremos no obstāte dezir de nuestra Segovia, lo que de Saul el Texto santo: *Ab humero, & sursum eminebat super omnem populum*; que este dichoso pueblo se auē taja, y se prefiere a todos, porque el que mas tuviere, tēdrà de los ombros abaxo; y este, a el que menos, le lleua por lo menos la Cabeça; quien esto tiene, nada tiene que echar menos, que en la Cabeça goza su principado, pues està su divinidad sobre sus ombros: *Factus est principatus super humerum eius*, dixo profeticamente Isaias, hablando de IesuChristo, sobre sus ombros tendrà todo su principado. Pues que està sobre los ombros? La Cabeça; Y en la Cabeça ha de tener su imperio to-

1. Reg. 9. v. 2.

Isai. 9. v. 6.

Anno Christi Domini 1650.

do? Si, dize a mi intento S. Pablo, no solo porque esse es el natural assiento de la Corona, que tambien la diestra lo es del Cetro, como el resto de el cuerpo de la purpura; sino porque, *caput Christi Deus*, porq̃ està la divinidad en la Cabeça, y asi, quien goza la del Divino Hierotheo; preciese, q̃ bien puede, de que aun le dura su divinidad, y su principado; preciese de que ha logrado en el mayor tesoro la mayor demostracion; y el *non plus vltra* de las finezas; pues en solo auer dirigido a esta parte su Cabeça retoricamente muda, ha declarado que es Segovia el objeto de su mas tierno amor, y que muriò por sola su vtilidad, y su cõveniencia. Estava Christo mi bien por mis culpas en vn madero, haziendo testamento de sus bienes en el vltimo lance de su vida, y auiendo entregado el espiritu en manos de su Eterno Padre, para que como rio caudaloso se restituyesse al mar, donde tuvo principio, dize el Texto sagrado, que *inclinato capite, tradidit spiritum*; despidiò el alma, y inclinò la cabeça; Y azia donde la inclinò? Azia la tierra, buelta a la parte del Occidente, cõtra el Oriente, azia donde estava crucificado, dizen, siguiendo a San Iuan Damasceno, otros muchos Expositores. Resta saber por que? Por dos razones, que cada vna corresponde a su circunstancia, responde el Docto Padre Salmeron en esta duda, bolviò la cabeça al Occidente, para significar que alli tenia empleado todo el incendio de su amor, escogiendo la parte de Europa por su mas querida Esposa, por muro inexpugnable de su Fè, y por Silla perpetua de su Pontificado: *Voluit fortasse Dominus præsignare Sponsam suã dilectam, id est, Ecclesiam Romanam, ex Occidentali parte, & præcipuè Europa congregandam.* Y inclinòla a la tierra, para dar a entender a las cria-

Ioa. 19. v. 30.

Anno Christi Domini 1650.

turas en trance tan lastimoso, y perdida tan crecida, que solo muere por nuestra vtilidad, y nuestra mayor conveniencia: *Vt innuat se spiritum suum in Patris manus ad nostrum commodū, & beneficiū deponere.* Buelva pues a su ocaso Hierotheo, restituya a aquesta Iglesia santa su Cabeça; publicarà con esso, q̃ este es todo el objeto de su amor, y quanto mas estimò la Occidental Silla de Segovia: *Sponsam suam dilectam*, que la Oriental de Athenas. Su Cabeça Divina nos assista, quando nos falta su alma santa: *Inclinato capite, tradidit spiritum.* Y nadie dudarà a vista de demostracion tā amorosa, que muriò por sola nuestra vtilidad, y nuestra conveniencia: *Ad nostrum commodū, & beneficium deponere*, para sernos mejor intercessor, y mas poderoso abogado, assegurando el feliz logro de sus peticiones, por medio de la Cabeça, de que està haziendo agradable victima a Dios desde sus manos, como lo dixo allà el Chrisostomo de las cabeças de Maximo, y Iubenco: *Etenim sicut milites vulnera sibi in prælio inflixa Regi mostrantes fideliter loquuntur; ita & illi absepta capita gestantes, & in medium afferentes, quæcumque voluerint apud Regem Cælorum possunt impetrare.* Nada podrà Dios negar, a quien le està haziendo cargo, desde las manos de vn vaso, que le ofrece, que lo fue de eleccion, como el de su Maestro Pablo, de vn precioso Relicario de las piedras mas ricas de letras, y virtudes, y de vna Cabeça llena de todos los dones del Espiritu soberano; y quien sabe, que nada se le ha de negar, no ay que temer, que se descuide en pedir lo que a este idolatrado rebaño de sus antiguas ovejas juzgare conveniente, aciertos en el docto govierno de su Illustrisimo Pastor, prudencia, y vigilancia en sus Iusticias, sugecion, y rendimiento en sus Ciu-

 da-

Anno ChristiDomini 1650.

Num.294

dadanos, y abundantes bienes, finalmente en todos de fortuna, y de gracia, que sea seguro de eternidades de gloria: *Ad quam nos perducat, qui cũ Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat, per infinita sæcula sæculorum. Amen.*

(E *Ostenderent*) Communis fuit illorum vox, qui hanc Hierothei Reliquiam ad Secoviensem Cathedralem Ecclesiam à Cœnobio Sandovalẽ ſi asportarunt, in itinere aliqua, istius sancti intercessione, persensisse iuvamina, eisquè sine dubio perfruitos maximè. Et licèt præcipuè tria tantū asignẽt (quæ miracula vocitant) in dubium est, & ab omnibus proclamatum, Hierotheum semper auxiliatorem extitisse, quoties publicè, aut secretò ab vnoquoque invocaretur. De tribus illis prodigijs ita in sua supradicta Panegyrica oratione Pater Magister Frãciscus de Rois (qui vnus fuit ex socijs istius sacræ evectionis) ait in §. 5. fol. 32. ibi: *Ni tardarà en acreditar esta verdad, quien tan temprano ha empeçado, obrando de Sandoval a Segovia tres patẽtes milagros, de que son fidedignos testigos todos los señores Comissarios desta feliz jornada, a cuya relacion me remito.* Et infra: *Luego bien digo yo, quando veo, que en tan corta jornada como la nuestra, haze, no vno, sino tres milagros la Reliquia de San Hierotheo a la invencion de su nombre, que viene no solo su espiritu en sus huesos; sino tambien que ha pagado la religion, y servicio de sus Comissarios, dandoles en fervorosa Fè duplicado su espiritu por medio de la Reliquia, con que oy nos enriquece.* Et ne tantũ in generali enarratione hæc beneficia Commissarijs exhibita percurramus, cùm tanquam fideles Hierothei factorum relatores, ea adamussim Lectoribus speciali debeamus exponere oratione, præsertim cùm adhuc aliqui testes

à fa-

à Patre Magistro Rois exhibiti, inhumanis sint, non omittere libuit scire ab eis, quando, quomodo, & qualia ista fuère miracula, vt censuræ peritorum exposita iuxta præscriptum sacri Tridentini Cōcilij, an nè miracula forent, nec nè, ab Ordinario declaretur. Sèd temporis decursus obliuioni multas dictorum factorum circunstantias ita dedit, vt nec facile fuisset ita deponere casus, vt omnino percepti de eis rectum, & sufficiens posset deduci iudicium. Vndè omisimus iuridicæ informationi declarationes tradere; sed contenti tantum pro maiori facta referre. Dicunt autèm, quod eodem die, quo Fragmenta illa ab alijs sacri Hierothei capitis fuerunt segregata, vt Secouiensis Cathedralis Ecclesiæ Delegatis Canonicis traderentur, subitò (cum vbique cœlū apertum, lucidum, & cōspicuum videretur) magnam tonitruum, & fulgurum exorsam fuisse tempestatem, quę non paruum omnibus incussit terrorem, & metum, sed Deo incessantes immittentes preces, & Hierotheum in auxilium suum, Patronum accientes, in mentem venit, à tartareis potestatibus, prævisis victorijs, quas in posterum virtute prædictarum Reliquiarum ab eis allaturi essent fideles, si ab ibi hæc sacra pignora asportarētur, hanc erynni procellam efformatam: Euentus posteà certum reddidit iudicium; nàm illicò post traditionem, & receptionem sacrorū Lipsanorum, omnis illa magna tempestas sine nocumento aliquo euanuit. Aliud etiam mirabile illis diebus euenisse dicitur, nàm cùm cuidam tonsori villæ de Almanca cinctorium quoddam, quo prius Reliquia Diuini Hierothei inuoluta seruabatur, esset donatum; fertur, illud magna deuotione applicasse cuidam filio suo summè ægrotanti herniaquè multo tempore elaboranti,

&

Anno Christi Domini 1650.

& subitò, miraculoséquè integram accepisse sanitatem. Tertium in via prodigium patratum memoratur; nam cùm ex curtus porticu, quo itinerabant Commissarij, secum afferentes Sancti Hierothei Reliquias, quidam famulus vnius ex prædictis Commissarijs in terram cecidisset, & ambæ currus rotæ per, & super pedum tibias decurrerent, relicto tantum recepturi damni signo in caligis, tibias integras, & carnem illæsam, & incolumē reliquerunt, sanusquè famulus evasit. Pro tanto beneficio, Deo, & Divo Hierotheo omnes, qui aderant, gratias egerunt, firmitèr credentes, per evectionem sacrarum Reliquiarum hoc illis contigisse mirabile. Alia plura narratu digna in itinere hoc accidisse ab aliquibus audivimus, quæ Sancti huius munificam in suos manum ostenderunt; sed esset valdè longum omnia voluisse redigere scripto; maiora verò spectare poterant, cùm tanti viri sociati ossibus nihil infaustum, & adversum iustè timendum venerat, sed potius favorabilia multa promittenda.

Anno Christi Domini 1663.

NE TRADITIO EPISCOPALIS Sedis Secoviensis Divini Hierothei decursu temporis excederet, oblivioniquè daretur, Cathedralis Secoviēsis Ecclesia Presulem, & Episcopum suum adit (qui tunc temporis erat Illustris & Revér. D. D. Frācišcus de Zarate & Teran, nunc meritissimus Conchensis Episcopus) & enixè deprecatur, vt de ea iubeat iuridicam recipi informationē. At petitioni acquiescens, ita fieri mādavit, & scripto redactu, testium copia, tēpore memoriam hominum excedente; Hierotheum Episcopum Secoviensem, primiumquè suum extitisse Presulem ex firma, & cōstantis tra-

di-

ditione superplenè probavit. A

(A PRobavit) Hæc probatio & scriptis redacta informatio exhibita nobis à Canonicis deputatis Ecclesiæ nostræ Cathedralis fuit: Legimus eam, & attentè notavimus; invenimus, viginti testibus natu, & omni exceptione maioribus concludentèr probari prædictam traditionem, nempè Hierotheũ suum primum Præsulem, & Antistitem Secoviensem fuisse. Quantum hæc iuridica informatio probet, ad annum 1666. in Consultatione nostra, conclusione 6. n. 338. indigitabimus: & latè egimus anno 64. à num. 156. vsque ad 177. Ex illa satis apertè prædicta traditio probata, tàm ex numero testiũ, quã ex eorum qualitatibus, cùm etiàm recepta videatur informatio pro fide testium duodecim numero contenta. Vtraque apud Laurẽtium Gutierrez Episcopalis Curię Notarium cõfecta videtur: Et visis illis, Illustrisim. D. Episcopus D. Franciscus Zarate & Teran, authoritate Ordinaria approbavit, & expediri iussit testimoniales literas, vt vbique à partibus exhibitæ fidem facerent, maximè Romæ, pro consecutione proprij Officij Sancti Hierothei, quod iam diù in desiderio, & expectatione habebatur. Hoc iudiciale Decretũ die 21. mensis Februarij anni 1664. expeditum videtur apud eundem Notarium: & in Scrinio Cathedralis Ecclesiæ repositum cum alijs instrumentis ad hoc pertinentibus custoditur.

CONSVLITVR A *COMPLVtensi Vniversitati, & aliarum vtriusque Castellæ primis in literis versatissimis, & Doctissimis viris, an iuxta Summorũ Pontificum Pij V. & Gregorij XIII. concessio-*

nes

Anno Christi Domini 1666.

nes Hispanis Episcopis factas, vt de Sanctis suarum Diœcesum Naturalibus, de Communi recitare Officium, & Missas celebrare iubere posint, omisso ad Apostolicam Sedē recursu, vti tam in praxi observatum, & practicatum videbatur. Quæ ita fieri posse, tam prædicta Complutensis Vniversitas, [B] *quàm multi alij Cathedrarum Moderatores* [C] *vnanimiter responsum dedere: Didacus Episcopus Secoviensis Edicto præcipit, vt quotannis in Secovia Civitate de Divino Hierotheo Officio de Communi Confessorum Pontificum, die 3. mensis Octobris Officium, & Missa peragantur ritu duplici Primæ Clasis cum Octava in Civitate, & extra Civitatem Duplici tantùm.* [D] *Exordiū sumpsit magna Festivitas hæc prædicto die 3. mensis Octobris huius anni 1666. solemnitateq; qua potuit, celebrata fuit. Episcopus Pontificalia indutus, Missam decātavit. Procesio (vt moris est in Principalioribus Solemnitatibus) per claustra cum pallijs plubialibus fit. Sermo (licèt in Pontificalibus Misis haberi nō soleat) nunc propter tanti Festi celebritatem fuit permissus.* [E] *In Offertorio Missæ solemnis, & generalis oblatio facta fuit, tàm in Vesperis, quàm in Missa, præter Psalmodiæ decantationem, & Officij dicterijs varijs, & epigrammatibus concentus musici figurato cātu modulatur. Adstāt solemnitati Civitatis Prætor, & Decuriones cum illius proceribus. Ante diem campanarum pulsatione, tàm Cathedralis Ecclesiæ, quàm aliarum totius Civitatis, tubarum clangoribus, & technis igneis hæc magna Festivitas præconizatur; vndè com-*

mu-

munis experta est populi totius pro Hierothei Pastoris, & Primi Præsulis sui honore, & Festivitate lætitia.


(A C *Onsulitur*) Lubet hìc consultationem hanc inserere ad litteram cum suis notis, & illustrationibus, vtì eam Vniversitatibus misimus; cùm ad litteram etiàm circa eam emissas censuras velimus apponere, ne forsan in aliquo nos à Scriptis devios aliquis intendat suggillare.

CONSVLTATIO.

AN IVXTA INDVLTA SVMMORUM Pontificum Pij Quinti, & Gregorij Decimi Tertij, Episcopis Hispanis concessa, vt de Sanctis suarum Diœcesum Naturalibus possint celebrare, iubereque celebrari; Episcopus Secoviensis de Divino Hierotheo, tanquam Ecclesiæ suæ Primo Præsule, & Pastore celebrare valebit; & vt alij in sua Diœcesi faciant Edicto cavère?

VNIVERSITATI COMPLVTENSI, aliarumquè doctissimis Viris publica facta.

PRAELVDIVM.



Vanti Episcopalis muneris sit evigilare, vt in Ecclesijs Diœcesis suæ de Sanctis celebretur, quorum merita, & inclyta facta apud suos speciali aliquo titulo debent venerari, satis sacrum Tridentinum Concilium docuit, cùm ses. 7. cap. 8.

Anno Christi Domini 1666.

dixit: *Quæcumque in Diœcesi ad Dei cultum spectant, ab Ordinario diligēter curari, atque ijs, ubi oportet, provideri æquum est.* Vndè Azorius, tom. 2. lib. 5. cap. 6. quæst. 1. de celebratione Sanctorum, & colendis diebus agens, hoc incūbere Prælatis docet, vt de eis in suis Diœcesibus celebrari iubeat: *Et si dies* (inquit) *Sanctorum non ubique colantur à populo, potest Episcopus cum suis Clericis statuere, ut deinceps in sua Diœcesi dies publicè, & solemniter celebrentur.* Sed cùm iuxta Summorum Pontificum Indulta, de Sanctis naturalibus in Hispaniæ Regnis celebrari valeat; & de Sāncto Hierotheo (quem dicunt Episcopum Secoviensem extitisse) à multis, vt de illo Officium quotannis fieret, efflagitatum sit: desiderijs suis annuere cupientes, à principio Præsulatus nostri vsque ad præsens, huic incumbimus negotio; ad quod non tantùm impullit prædicti Sancti devotio, quantùm muneris nostri debita expletio; cùm non liberum relinquatur ab hoc opere desistere, si ad id omnino teneri ab aliquibus doceatur. Ita invenimus proprijs in terminis tenentem Patrem Antonium Quintanaduenas Societatis Iesu, in libr. Sanctorum Toletanorum, advert. 5. num. 10. ibi: *Immo Hispanos Episcopos teneri ad procurandum, ut de Sanctis Naturalibus in suis Diœcesibus cum Missa, & Officio celebretur, verius existimo, licet enim Privilegium sit tantummodò quoad celebrationem, ex Bulla Gregorij XIII. habetur; & ita non præcipit, ut celebrentur, sed cōcedit, ut celebrari possent. Attamèn cùm hoc sit cōcessum toti Regno, aut Communitati Hispaniæ, nō possunt Episcopi illud renuntiare, sed tenentur eo uti, & illius usum procurare iuxta doctrinā Suarez, Zarolæ, Diadaci Perez, Bonacinæ, & aliorū, quos citamus singulari 33. num. 4. &c. Et sicut nō*

est

Anno Christi Domini 1666.

est liberum Sacerdoti (vt verbis Sancti Leonis Papæ de Passione Domini loquentis vtamur) in tãto divinæ misericordiæ Sacramento populis fidelibus subtrahere sermonis officium. Nec licitum, & liberum videtur esse Episcopis in tãto divinæ largitatis beneficio, populis, & fidelibus suis Sãctorum suorum celebrationem denegare. His principijs moti incepimus *Vitam, Acta, & Sedes* Divini Hierothei per Scriptores varios percurrere. Lectisquè illis, visisquè alijs documentis, quoddã Chronicũ ex acquisitis notitijs scripsimus, quod edi in lucem (si res ita postulaverit) posteà curabimus. Sed quod priùs ad assequutionem veritatis obtinendam efficere convenit, est consulere. An iuxta Indulta Pontificia, & probationes receptas, de Sãcto Hierotheo vti Episcopo huius Secoviensis Civitatis, & Diœcesis celebrari possit. Ad hoc respiciunt, & diriguntur infrà scriptæ cõclusiones, & notationes, vt visis illis à viris doctis, ab ipsis pleniùs instruamur, & veritatem assequẽtes, Sãctos debito cultu venerãdos, populo Christiano celebrãdos proponamus; Hierotheumquè nostrum Præsulem, & Episcopum Sanctissimum declaremus pro sua *dignitate, prædicatione, habitatione, & Sede* naturalium priuilegio frui, vt de eo avida veneratione annuatim publico, & solemni ritu celebretur, & Officium agatur, statuere, & iubère possimus. Secoviæ 13. mensis Februarij anni à nostra salute 1666.

Didacus Episcopus Secoviensis.

Anno Christi Domini 1666.

QVÆ OBSERVANDA VENIVNT pro celebratione, & cultu Sancti Hierothei, priùs Atheniensium, posteà Secoviensium Episcopi, sex conclusionibus absoluta, & aliquibus annotationibus comprobata.

CONCLVSIO I.

DIVINVS HIEROTHEVS, Discipulus Sancti Pauli Apostoli, ab eo instructus, in rebus Fidei simul & edoctus [A] *(licèt priùs ab Apostolis ad Fidem conversus dicatur) Albo Sanctorum adscriptus invenitur: ita testatur Martyrologium Romanum,* [B] *Hispanum,* [C] *Menologium Græcum,* [D] *Menæum Græcum,* [E] *& Kalenda Græca;* [F] *cultu publico & Ecclesiastico ritu in Ecclesia Sãcta veneratur & colitur;* [G] *à Sanctis Patribus propter eius eximiam virtutem, & eminentem scientiam laudatus,* [H] *& ab Ecclesiasticis Scriptoribus passim allegatus.* [I]

Num. 298 (A EDoctus) Græci in Menologio (& Cæsar Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum die 4. mensis Octobris litt. F. verbo *Hierothei*) his verbis de eo agunt: *Natalis Sãcti Patris nostri Hierothei, qui fuit vnus è numero Areopagitarum, qui ab Apostolo Paulo est instructus vnà cum magno illo Dionysio. cumquè religiose vixisset, migravit ad Dominum.*

Num. 299 (B *Romanum*) Die 4 mensis Octobris Martyrologium Romanum Novissimum de Divo Hierotheo hæc ait: *Athenis Sãcti Hierothei, Dis-*

Anno Christi Domini 1666.

cipuli Beati Pauli Apostoli.

Num. 300 (^C *Hispanum*) D. Ioannes Tamaius Salazar, tom. 5. sui Martyrologij Hispani, die 4. mensis Octobris, folio 398. ita de Sancto Hierotheo loquitur: *Secoviæ in Arevacis Sancti Hierothei ipsius Urbis Episcopi, qui cùm ex urbe Astigi in Bætica, è qua erat oriundus, proficisceretur Athenas addiscendi desiderio cōpulsus, ibidē ad doctrinæ profanæ specimen, nullo cōtradictore. pervenit, donec Paulo prædicante conversus, Fidei rudimēta pusillus Agonista complectitur, quousque ad supremos Theologiæ apices divinus didascalus accessit. Hinc Athenieſium Episcopus ordinatus, sui solertè munia Præsulatus exercuit, sed ad Patriam reversus, apud Secoviam sistens, ibidem prædicavit, Ecclesiam constituit, & tādem doctrina, sanctitate, & miraculis clarus obdormivit in Domino.*

Num. 301 (^D *Menologium Græcum*) Basilij Porphirogeniti Imperatoris Orientis iussu quoddam Menologium Græcum conscriptum fuit, ex quo pars sex menses continens, nempè *Septembrem, Octobrem, Novembrem, Decembrem, Ianuarium,* & *Februarium* inventa est in Bibliotheca Bæticana, quam ad fidem membranacei Codicis a Petro Arcudio Corcyrensi Latinè versam, quàm primū publici iuris faciendam à viro doctissimo D. Ferdinando Vghello Abbate Cistercienſi, Pater Hyppolitus Marracius Lucenſis in suo libro *Cæsares Mariani*, § 3. lit. B. fol. 14. constanter affirmat. In eo de Hierotheo hæc reperitur clausula: *Quarto Nonas Octobris Commemoratio Sancti Patris nostri Hierothei Episcopi: Hierotheus Magnus Antistes ex novem virorū numero, qui Athenis Senatores erāt, Præceptor Dionysij Areopagitæ, Fide Christi institutus est à sacris Apostolis,*

Anno Christi Domini 1666.

lis, quos sequutus, magnam Christianæ genti laudem attulit. Nam & Exodios Hymnos in funere sanctæ & præclaræ Reginæ nostræ, Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ conscripsit, & concinnuit, & cùm in Apostolorum oculis nihil non honestissimi, & optimi gereret, eo sapientiæ, & cognitionis divinæ processit, ut Dionysium, quē Magnus Apostolus Paulus ad Christi Fidem converterat, virtute, & auxilio Sanctissimi Spiritus de Cœlestibus Virtutibus, atquè Angelicis Ordinibus, atque omni ornatu Cœlesti docuerit. Scripsit autèm & alios libros, in quibus de magnis Mysterijs disseruit. Cumquè totum suæ vitæ tempus in pietate, & virtute, multoque Dei cultu consumpsisset, multisque idcirco à Deo donatus esset muneribus obdormivit in Domino.

Num.302 ([E] *Meneum Græcum*) Pater Petrus Alloix Societatis Iesu, tom. 1. Illustrium Ecclesiæ Oriētalis Scriptorum, in vita Sancti Hierothei, cap. 6. fol. 614. hoc Græcum Meneum de Sancto Hierotheo loquens adducit in medium: *Quarta die eiusdem mensis, Sancti Patris nostri Hierothei, Episcopi Athenarum.*

Tibi consecratus antehàc Hierotheus,
O Christe, iàm vivit adiunctus tibi,
Quarta dies tumulo concredidit Hierotheium.

Erat hic (prosequitur Meneum) *in Areopago unus è novem Senatoribus, qui primium à Paulo Apostolo Fidei doctrina imbutus, deindè Athenarum Episcopus ordinatus est. Ipse autèm Magnum Dionysium eadem Fidei in Christum doctrina instruxit.*

Num.303 ([F] *Kalenda Græca*) Apud Genebrardum die 4. mensis Octobris Græcum Kalendarium sic te-

net, & de Sancto Hierotheo fatur: *Hierotheus Athenarum Episcopus.* Convenit etiam Martyrologium Vsuardi à Ioanne Molano additionato, in quo hæc etiàm clausula Sancti Hierothei, eiusquè Sedis Athenarũ, scripta invenitur: *Quarto Nonas Octobris Sancti Patris Hierothei, Episcopi Athenarum.*

(G *Colitur*) Manifestam, omnibusquè notam hanc Divini Hierothei sanctitatem cultu publico, & solemni ritu multæ, tàm Græcæ, quàm Latinæ Ecclesiæ celebrarunt; hodiequè colunt, & Festum agunt; Græcæ in primordijs nascẽtis Ecclesiæ vtì Præsulem, & Pastorem Athenarum revereri non desinère, sed celebrare vsquequoque satagerunt: Latinæ maximè Hispanicę diversis in locis, varijsquè titulis hodie concelebrant. In Bętica Giennensis, & Vrgabonensis Ecclesię duplici Officio die 3. mensis Octobris quotannis de Sancto Hierotheo recitant, & sacrum agunt, cùm traditione constasse dicatur, civem Vrgabonensem extitisse; ibiquè Dei verbum, & Evangeliũm Christi Domini seminasse. Ita Martinus à Ximena in Catalogo Episcoporum Giennensiũ, fol. 20. Pater Franciscus à Bilches Societatis Iesu, libro Sãctorum, & Templorum Episcopatus Giennẽsis, & Beacensis, cap. 10. fol. 27. & alij. In Legionensi Diœcesi in Monasterio Regali Sanctæ Mariæ *Saltus Novalium*, Ordinis Cisterciensis, vbi caput Divi Hierothei inter alias illius Cœnobij reliquias servatur, annua celebratione, Officio de cõmuni de eo agitur; vt testatur Frater Thomas Bravo de Mendoza, Abbas prædicti Monasterij, in suo tractatu de inventione capitis Sancti Hierothei, §. 6. fol. 18. In Castella veteri in nostra Cathedrali Ecclesia Secoviensi annis singulis Dominica die proximiori Quarto Nonas Octobris fis

Anno Christi Domini 1666.

solemnis Commemoratio Sancti Hierothei cum Missa solemni, metrico cãtu, & Panegyrica oratione. Hispali, ex eo quod Hierotheum Astigitanum civem aliqui dixerunt, anno 1625. Capitulum Metropolitanæ Hispalensis Ecclesiæ (Sede vacante) curavit, vt de naturali, & ex Astigitana Civitate oriundo, de Hierotheo Officium fieret; ita Pater Martinus à Roa Societatis Iesu, in Historia Astigitana, libro 2. cap. 4. fol. 88. ibi: *Començò el Ilustrissimo Cabildo (Sedevacãte) de la Cathedral de Sevilla a tratar de señalarle dia* (habla de Sã Hierotheo) *y Oficio como a Santo su natural, obra digna de tal Senado.*

Num 305 (H *Laudatus*) Prolixum sanè foret seriem texere illorum Sãctorum, qui literarũ, integritatis, prudentiæ, religionis, sanctitatis, & totius virtutis Divini Hierothei laudibus calamũ applicuère; sed omissis alijs, videantur Sanctus Ioannes Damascenus in oratione 2. de dormitione Deiparæ sub finem; Divus Thomas Aquinas, Lectione Prima expositionis in Scripta Dionysij Areopagitæ, c. 3. de Divinis Nominibus; S. Maximus, & alij. Sed sit vnus pro mille eius Discipulus Sãctus Dionysius Areopagita, qui de Discipulatu suo summopere gaudet, & lętatur, sic libro 1. cap. 1. de Divinis Nominibus: *Nosquè, qui post Divinũ Paulum ex illius Scriptis instituti sumus, præclarissimam eius & scientiam, & interpretationem nobis vindicaremus; quòd cum eximie intellexisset Divinus vere vir, communis meus ac Præceptoris Sol: quod stultum est* (inquit) *Dei, sapientius est hominibus.* In quo, & in dicto libro 1. cap. 3. iteratò Divinum appellat Magistrum suum, cùm ambo dormitioni Beatæ Virginis cum Apostolis sacris interfuerint. Dicitur, & nominatur *Divinus*, qùia divina patiebatur, & extra se raptus, divina

My-

Anno Christi Domini 1666.

Mysteria, Deiquè præsentiam continuò, & sine intermissione contemplabatur; vndè *sacrum Deum* ipse Dionysius eum appellavit in cap. 3. de Divinis Nominibus, ibi: *Explicantes ea, quæ ab illo verè Hierotheo, id est, sacro quodam Deo, perspicacia compendiosa sunt tradita.*

Num. 306 (1 *Allegatus*) Simeon Metaphrastes in vita Sancti Dionysij, & in Encomio Sancti Hierothei: Cæsar Baronius in Martyrologio Romano, die 4. mensis Octobris, verbo *Hierothei:* Petrus Galesinus in Menologio Græco: D. Ioannes Tamaius Salazarius in Martyrologio Hispano, tom. 5. die 4. Octobris, fol. 400. Maximus, & Georgius Pachimeres Commentatores Operũ Sancti Dionysij: Michael Syngelus: Petrus Lanselius, & Pater Petrus Alloix, tom. 1. Illustrium Orientalis Ecclesiæ Scriptorum in vita Sancti Hierothei, fol. 602. Marchio Stepensis in Annotationibus pro Flavij Dextri authoritate de Divo Hierotheo loquẽte, Illustrissimo D. D. Melchiori Moscoso & Sandoval, Episcopo Secoviensi dicatis, & typis excusis Granatæ anno 1630. & quàm plurimi alij de Sancto Hierotheo egerunt; quos recensere esset importunum. Ex quibus non solum litterarum candor, & securitas, sed vitæ norma, & Sanctitatis culmen in hoc Græcæ, & Latinæ Ecclesiarum Patre perfacilè inveniuntur, & demonstrantur. Nec tacuisse licet tractatum quemdam M.S. de vita, litteris, & sanctitate Divini nostri Presulis & Pastoris Hierothei, à D. Christophoro Moia & Munguia, nostræ Cathedralis Ecclesię Secoviensis Canonico compositum, ad nostras pervenisse manus; ex quo per viginti capitum spatia laconismo quodam plura, & gravia pertractantur dubia, tàm ad iuris, & facti veritatem inquirendam, quàm ad virtutum, & Charismatum

Anno Christi Domini 1666.

Sancti nostri gradus explicandos, & cognoscendos maximè vtilia, vtinam communi luce per dationem typis potiretur, & omnes eo gratantes fruerentur.

CONCLVSIO II.

MAGISTER FVIT DIVVS HIErotheus Dionysij Areopagitæ, A *Episcopus Athenarum,* B *posteà Apostolus, & Antistes Secoviẽsis in Artvacis Hispaniæ,* C *vndè propter prædicationem Verbi Dei, Incolarumquè Secoviensium conversionem ad Fidem,* D *& Episcopalem Sedẽ,* E *in Hispaniarum Regnis naturalitatis Privilegium est adeptus.* F

Num. 307 (A *AReopagitæ*) Iam n. 305. aliqua notavimus pro Magisterio Divi Hierothei in Sanctum Dionysium Areopagitam. Nunc addamus specialia aliqua pro reverentia huius discipulatus apud eumdem Dionysium, qui in libr. de Divinis Nominibus, cap. 3. Magistrum, & amicum illum appellat, ibi: *Atque ita Præceptorem, amicumque nostrum iniuria afficere.* Et cap. 4. *Hæc inclytus noster in sacris litteris institutor, divineque admodum in Amatorijs Hymnis exposuit.* De hoc etiam discipulatu Sancti Dionysij Areopagitæ loquitur Simeon Metaphrastes, docetquè quantùm ex illo vtilitatis attulisset sibi: *Et cùm primas* (inquit) *Fidei exercitationes, & disciplinas à Beato percepisset Hierotheo, & in verbo, & in vita ab eo docetur, & Sancti Spiritus communionem ab eo consequitur.* In idem convenit Michael Syngelus in vita Sancti Dionysij Areopagitæ apud Laurentium Surium, tom. 5. de viris

San-

Anno Christi Domini 1666. Sanctorum, fol. 712. cap. 4. ibi: *In Hierotheu divino numine afflatus, Præceptoris sui disciplinam se tradidit, & in eiusdem institutionibus eruditur.* Memorantur de hoc discipulatu, inter alios, Ambrosius à Morales, in Historia Hispanica, libro 9. cap. 12. Frater Ioannes Marieta, de Hispaniæ Sãctis, lib. 6. cap. 1. Pater Ioannes Lorinus Societatis Iesu in Acta Apostolorum, cap. 17. Marchio Stepensis in vita Sancti Hierothei. §. 9. fol. 13. Pater Petrus Alloix de Illustribus Orientalis Ecclesiæ Scriptoribus, tom. 1. in vita Sancti Hierothei, cap. 2. fol. 605. Pater Martinus à Roa in Historia Astigitana, lib. 2. c. 4. fol. 80. & alij multi: Et ante illos Dexter in Chronico, anno 71. ibi: *Quem à Paulo conversum, Discipuli sui Dionysij gloria clarum fecit.*

Num. 308 ([B] *Athenarum*) Ex Meneo Græco, & Genebrardi Kalendario, n. 301. & 302. allegatis, cõstat satis de hac Atheniensi Sede Divini Hierothei, nullus est (recte iudicãs) qui dubitet, Episcopales Athenienses Infulas induisse. Licèt in controversia sit Sedis primatus, an *priùs* fuisset Hierotheus, ac Dionysius Areopagita eius Discipulus, vt ad annum 52. Christi Domini satis exposuimus.

Num. 309 ([C] *Hispania*) Ex his, quos vsque ad præsens tetigimus Authores, qui de prædicatione Evangelij Hierothei in hac Secoviensi Civitate, & populis Arevacis, & de eius Episcopali Sede in hac Alma Matre loquuntur, sex supra viginti numero sunt assignati, quos in scriptis suis annorum serie recensuimus in hoc nostro Chronico, anno Christi Domini nati 64. à nu. 167. vsque ad 204. Sed notare hìc libet, ideò in *Arevacis* dici, quia alia est *Secovia* in Bætica, & ad eius distinctionem, qui de hac nostra *Secovia* fantur, in *Arevacis* dicunt: vt rectè sensit Rodericus Caro, in Com-

Anno Christi Domini 1666.

mentarijs ad Dextrum, fol. 42 litt. P. verbo *Segovia. Nomen (inquit) integrum nunc retinet per tot saeculorum volumina nobilis Civitas lanificijs pannique conficiendi arte, & divitijs pollens; fuit etiã altera Segovia in Baetica non longè à Carmona propè flumen Silicense, quod nunc de las Algamitas. De qua Segovia Hircius lib. 1. de Bello Alexãd: Cassius his rebus incensus movet castra, & postero die Segoviã ad flumen Silicense venit. Quod lubens moneo, quia in Dextro plures vrbes cognomines reperire est in diversis Hispaniae Provincijs, ne parum attentos Lectores transversos agat.* Et Ptolomaeus etiam illam ob hac distinguit Segoviã in *Arevacis* constitutam dicens: *Segovia Civitas est Arevacorum in Hispania.* Idem Antonius Nebrisensis in suo Dictionario Latino nominum, civitatum, villarum, & locorum, verbo *Segovia*, litt. S. quibus adhaeret Ambrosius Calepinus, litt. eadem in suo Dictionario.

Num. 310 (b *Fidem*) Apostoli facti, qui praedicatione Evangelij gentes ad Fidem Christi Domini perduxerunt, & Praedicatores, qui verbum Dei seminantes, populos ad agnitionem veritatis veri Dei, & Catholicae Religionis laboribus suis pellicẽtur, Patres eorum veri dicũtur, factisque suis in terris illis, vero privilegio naturalitatis, & municipij perfruuntur; nàm sicut naturales Patres genuerunt filios mundo, spirituales Patres pepererunt Coelo; vnde gloriatur Gentium Doctor Paulus in conversione suorum; quando ad Corinthios scribens, Epistol. 1. cap. 4. vers. 15. eos per Evangelium genuisse, maximè gaudere dicit: *Nam si decem millia Pedagogorum habeatis in Christo, sed non multos Patres. Nam in Christo Iesu per Evangelium ego vos genui.* Et Sanctus Leo Papa in *Sermone de Natalibus Apostolorum*, Romano

Anno Christi Domini 1666.

populo prædicans, differensque de sacrorum Apostolorum spirituali paternitate propter eorum laborem in conversione Gentium, ita ait: *Isti sunt viri, per quos Evangeliũ Christi tibi resplenduit, & quæ eras magistra erroris, facta es discipula veritatis. Isti sunt Patres tui, veríque Pastores, qui te Regnis Cœlestibus inserẽdam multo melius, multoque felicius condiderunt, quàm illi, quorum studio prima mœnium tuorum fundamenta locata sunt.* Nutriuntur fideles pastu spirituali doctrinæ, ac infantes temporali, vt Divus Petrus in Epistola 1. c. 2. vers. 2. dicit. *Sicut modo geniti infantes, rationale sine dolo lac cõcupiscite, vt in eo crescatis in salutem.* Nutritio spiritualis doctrinæ in modo æqua lance cum temporali currit, & sicut paulatim lacte modico infantes alũtur, ita Cathecumeni, & filij Ecclesiæ sacro Baptismi fonte renati facili pabulo, & tenui erudiuntur, vt ad maiora capessenda deveniant; & sicut mater amans sensim filio cibum, & potum donat, vt facilius, & sine nocumento nutriatur, ita mater Ecclesia filios suos alit, & nutrit in doctrina, vt preclarè docuit Divus Chrysostomus, tom. 2. concione 3. de Lazaro: *Nam vt mater amãs* (inquit) *cum infantem lactentem parat ad solidum cibum adducere, si simul multũ meri infundat ori, nihil prodest infanti, refundente puero, quod datur, ac tunicula, qua pectus tegitur, irrigante. Quod si sensim, & paulatim infundat, puer, quod traditum est, absque molestia trãsmittit. Proinde, ne vobis itidem, quod traditum fuerat, effluat, non semel vobis inclinavimus doctrinæ poculum, sed in dies aliquot partiti sumus, passi vos interim hisce diebus interquiescere ab audiendi labore, quo simul & ea, quæ deposuimus, sic infigant animo vestræ charitatis, vt excidere nõ possint, & ea, quæ dicentur sedatis,*

ac vegetis mentibus excipiatis. Sequitur ergo, Paternitatem spiritualem doctrinæ gloriosiorem effulgisse, maioriquè titulo naturalitatis privilegio potiri debere, quàm temporalem. Ita sensit Eminentissimus Dominus D. Bernardus Sandoval & Roxas, Cardinalis, & Archiepiscopus Toletanus in Epistola ad Capitulum, & Clerum Toletanum, anno 1613 pro celebratione Sanctorum Toletanorum, cum dicat: *Verum eos potissimum ardentiùs decuit venerari, qui in spirituali conflictu pro Patria, pro maiorum nostrorum, pro nostra adhuc salute dimicarunt, &c. & vbi eorum domicilium, ibi etiam sit, & gloria principatus.* De hoc naturalitatis privilegio loquitur P. Antonius Quintanadueñas Societatis Iesu, lib. *Sanctorum Toletanorum*, advertentia 4. in ordine ad celebrādum in initio Operis, fol. 11. vbi hanc conclusionem firmat. *Deducense a este gremio si bien no con la propiedad de naturales, mas con la de Ciudadanos, todos los Santos, que de proposito predicaron la Fe de Christo en Toledo, y su Diozesi, pues con esta cohabitacion, y accion gloriosa, ilustrando sus lugares sus habitadores, quedaron constituidos por hijos suyos, y los santos Predicadores por sus Padres a lo divino, Apostoles, y Maestros de esta Provincia.* Et dubitanti de hac veritate cuidam Abbati sæculari eleganter respondit D. Ioannes Tamaius Salazar, *in suo Martyrologio Hispano*, tom. 2. die 27. mensis Aprilis, fol. 795. Quæstio Abbatis illius erat circa Diploma Pij V. & Gregorij XIII. Hispaniæ Episcopis celebrationem Sanctorum suorum Hispanorum concedentia, extendiquè ad Prædicatores Fidei privilegia naturalitatis negabat. Hanc ad litteram refert ibi Tamaius; sed eius maximè secundum argumentum ad rem nostram pertinet, vbi dicit:

Anno Christi Domini 1666.

Nam

Anno Christi Domini 1666.

Nam Diplomata Hispanis à Pio V. & Gregorio XIII. concessa nihil proficiunt, quia illud à Pio emanatum declarationem, & limitationem accepit ex Gregorij Decreto. Hoc tantum de Naturalibus Hispaniæ Divis, non de Prædicatoribus exteris, qui domicilij titulum non recipiunt, loquitur: ergò privilegium istos minime tangit. Cui argumento ita respondit Tamaius: *Non obstat Abbatis nostri secundum argumentum, quo nititur probare, Apostolos, sive Prædicatores Evangelicæ doctrinæ in exordio nascentis Ecclesiæ Provinciā lustrantes, non comprehendi sub nomine, & appellatione Naturalium, ita vt de illis virtute privilegij Gregoriani posit officium confici, quia veritas in contrarium exurgit. Nam cum civem faciat honoris in aliqua Civitate delatio, vt notat glossa in leg. cives de Incolis, & observat Tuschus litt. C. verbo, cives, conclus. 275. & Apostoli huiusmodi, & Prædicatores hoc honore fruātur, sequitur, illos inter cives adnumerandos esse; prout in simili illos adnumerāt plurium Ecclesiarum Officia, vt Compostellana Ecclesia Torquatum, & socios; Augustana Narcissum; & Pampilonensis Saturninum; quos cùm tantùm Prædicatores agnoscant, nec in earum Provincijs coronati, aut sublati reperiantur, nec eorum sacris Lipsanis ditentur, illo tamèn titulo munitæ eorum Sāctorum Officia anniversarià recolunt commemoratione municipes: sic Quintanadueñas, animadversione 4 à num. 7. & sequentibus.* Sed & nos alios quàm plurimos adducere possemus, cùm solùm in nostra Turiasonensi Ecclesia, in Collegiata Sanctæ Marię Civitatis Calataiubij, titulo *Prædicationis,* Sanctum Marcum Ioannē Episcopum Athinensem 27. mensis Aprilis, & Sanctum Paternum Episcopum Constantiæ, & Martyrem 23. mensis

sis Septembris accolas Bilbilitanos concelebrare scimus.

(E *Sedem*) Officium, & dignitas municipes & naturales efficere, aliqua iura docent, leg. *Cives Cod. de Incolis* iàm allegata, vbi scribentes: Partitarũ lex 1. tit. 20. partit. 4. & lex 2. tit. 24. Cicero iuxta prædicta natale suum optimè distinguit *in Oratione post reditum ad Quirites*, ibi: *A Parentibus id, quod necesse erat parvus sum procreatus; à vobis natus sum Consularis.* Romani etiàm *natales dies* nominabant eos, in quibus ad dignitates ascendebant, vtì videmus, & legimus *in Plinio Epistol. ad Traianum; Tacito* libr. 3. *de Augusto; & Suetonio in Domitianum*, cap. 16. & 26. Hic mos etiam in Ecclesia Sancta locum obtinuit, & à Summis Pontificibus dies assumptionis ad Pontificatum, *dies natales* dicebantur; ita Sanctus Hilarius Papa in Epistola ad Ascanium: *Lectis ergo* (inquit) *in Conventu Fratrum, quos natalis mei festivitas cõgregaverat, litteris vestris.* Et Divus Augustinus diem consecrationis Aurelij Episcopi Carthaginensis *Natalem diem* appellat in sermone 32. *de verbis Domini.* Et in iure Canonico propter *Beneficium, Prævendam*, vel *Dignitatem* efficitur quis subditus, Incola, & Diœcesanus illius Episcopatus, vbi Beneficium situm est, vel Præbenda, vt in cap. *Cum nullus, de temp. ordinat.* Et in Concilio Tridentino sancitum est, cap. 6. sess. 26. Latè de hoc agens Augustinus Barbosa de Officio Episcopi, allegat. 4. nu. 2. & 34. potiori titulo Episcopi municipiũ, & naturalitatem acquirunt in locis suæ Sedis & Episcopatus. Vndè Ecclesiæ consueverunt celebrare illos, qui post agones, triũphatores invenerunt, & sanctitatis suæ in vniversali Ecclesia testimonia habentes, Fastis Sanctorum adscripti reperiebantur, so-

lo,

lo, & singulari titulo illo, quòd Ecclesijs suis pręfuerũt, Sedemquè Episcopalem obtinuerunt. Ita *Toletana* celebrat Eugeniũ; *Pampilonensis* Firminum; *Segũtina* Sacerdotem; *Zamorensis* Attilanum; *Mediolanensis* viginti sex Episcopos; qui contenti inveniuntur in Breviatio Ambrosiano, & sic quàm plurimæ aliæ Ecclesiæ.

([F] *Adeptus*) Plurimisquè titulis scitur, quem alicuius loci municipẽ, & naturalem fieri posse; *nativitate; Baptismo; educatione; origine; habitatione; dignitate, & morte.* De singulis in iure quã plurimæ leges loquuntur; ex his saltem tres competunt Divo Hierotheo, scilicèt *habitatio, dignitas, & mors*; De *habitatione* loquitur lex 2. Cod. *de Incolis*, lib. 10. & lex 32. tit. 2. part. 3. De *dignitate* lex *Senatores*, Cod. codẽ tit. ibi: *Senatores in Sacratissima Vrbe domicilium dignitatis habere videntur*: Et sedis dignitas præter domicilium, etiàm larem patrium constituit, vt Curcius lib. 6. *Patria est* (inquit) *vbicumque vir fortis sedem elegerit*. Quid mirum quòd Episcopalis Sedes Episcopum illius loci, vbi dignitate Episcopali fulget, accolam, municipem, & naturalem efficiat, cum Pater omnium dicatur? De *morte* clarior est probatio, nàm si *natales* dicuntur dies, quibus Mundi huius lucem aspicimus, vitamquè ingredimur; proprius *natales* dici debent illi; quibus de temporali, & caduca ad æternam, & Beatam vitam ducimur; & Sancti, agonibus superatis, gloriosa morte pervehuntur. Hos Ecclesia Sancta, *natalitia* nuncupat, celebrariquè præcipit, vt ex Africano Concilio cap. 1. relato in cap. *placuit, de consecrat. distinct.* 1. cõstat. Et Divus Ambrosius serm. 77. docet, nec Domini nostri Patria in terris Behelem, in qua natus fuit, tantum dicitur, sed Nazareth, vbi habitavit, & prædicavit, & Hierusalem,

Anno Christi Domini 1666.

vbi mortem passus fuit, & si naturalitatis privilegium per quoddam tẽporis spatium, quod vivẽs transigit, adquiritur; multò melius per mortem, qua semper sistitur, & cõmoratur; Vnde meritò Ecclesia Sancta tanquàm suos iubet haberi in qualibet Diœcesi Sanctos illos, qui ibi vltimum clauserunt diem, vel ipsorum corporibus, vel eximijs Reliquijs ditantur. Ita Concilium Moguntinum, cap. 36. & est communis praxis Ecclesiarum, qua nixus prædictus D. D. Bernardus Sandoval & Roxas in allegata Epistola Pastorali ad Capitulũ, & Clerũ Toletanæ Ecclesiæ, anno 1613. pro celebratione Sanctorum illius Diœcesis, de suis primis Episcopis, *Helladio, Eugenio, & Eulogio* recitari iubet: *Accesserunt Sãctissimi Patres nostræ Ecclesiæ Toletanæ Pontifices, Helladius, Eugenius III. & Martyr Eulogius,* iàm pridẽ de *Ecclesiæ Romanæ indulgentia Beatorum numero adscripti, pro quibus sorderet iàm filiorum memoria, si suis saltem Natalibus eorũ merita omitteret recordari.* Et si alij desint tituli, quibus naturalitatis privilegium cõsequitur, solùm mortis, quoad consequendum, vt eis pertingere valeat Ecclesiastica celebratio sufficit, quam plura exempla diversarum Ecclesiarum testãtur, solùm propter Martyrium in suis Diœcesibus passum celebrãt: *Hispalensis* Ecclesia de Sancto Felice: *Cæsaraugustana* de Sancta Encratide: *Abulensis* de Sanctis Vincentio, Sabina, & Christeta: *Cordubensis* de Sanctis Emeterio, & Celedonio, Acisclo, Victoria, Fausto, Ianuario, & Marciale, propter transitum, & naturalem mortem tantùm: *Burgensis* de Sancto Elesmo: *Eborensis* de Sancto Mantio; & sic multæ aliæ.

CONCLVSIO III.

SVMMI PONTIFICES PIVS V. & Gregorius XIII. [A] *Hispaniæ Episcopis, vt de Sanctis Naturalibus suarum Diœcesum Officio de communi celebrare valeãt, indulgent: Quorum concessiones in viridi esse observantia in Hispaniæ Regnis, quàm plures Cathedrales Ecclesiæ testantur.* [B]

([A]. GRegorius XIII.) Summus Pontifex Gregorius XIII. in Bulla expedita anno primo sui Pontificatus Romæ die 30. mensis Decembris anni 1573. (quæ in principio Sanctorum Hispanorum in Breviario Romano apponi solet, & est Rubrica illorum) limitare, & stringere volens amplam potestatem, quam Pius V. Prædecessor suus Hispanicis Ecclesijs concessit, vt de Sanctis Hispanis sine distinctione, vel limitatione possent celebrare, Officiumquè agere; agnoscens sufficiens fore, vt quælibet Diœcesis celebraret de suis, non de alijs, ratione natalitij temporalis, vel spiritualis in Hispaniarum Regnis, vt omnem scrupulum evelleret, ex motu proprio, & certa scientia, sano modo interpretans Antecessoris sui mentem, facultatem impartivit Episcopis Hispanis, vt de Sanctis Naturalibus Diœcesum suarum possent celebrare, non de cæteris ad alias Diœceses pertinentibus. Sunt eius verba. *In primis illud nobis declarãdum se offert, ex quo magna oriri poterat cõfusio, cũ enim prædecessor prædictus indistinctè concesserit, vt Ecclesiæ Hispaniæ possint celebrare Officia propria Sãctorum illius Provinciæ, illiquè plures sint numero, ex hoc sequebatur vt Officium maioris partis feriarum anni omittere-*

Anno Christi Domini 1666.

tur, & ordo Breviarij ferè subverteretur: Nos huic incōmodo occurrere volentes, & Prædecessoris prædicti mentem sano modo interpretantes: Declaramus, vnamquamque Hispaniæ Ecclesiam eorū tantum Sanctorum, qui in Breviario non sunt descripti, Officia propria celebrare posse, qui vel illius Diœcesis sunt Naturales, vel eius Ecclesiæ, seu Diœcesis sunt Patroni; vel eorum corpora, seu notabiles Reliquiæ in ea Ecclesia, seu Diœcesi requiescunt. De alijs verò Sanctis, etiam si sint Naturales, vel Patroni alicuius Diœcesis, etiam si illorum corpora, vel notabiles Reliquiæ in aliqua Ecclesia alterius Diœcesis requiescant, non celebretur Officium proprium sed servetur ordo Breviarij Romani.

Num.314 Diploma hoc Gregorianum in Regnis Hispaniæ in praxi, & vsu esse, in cōperto est; nec negare quis valet, quàm plurimos Dominos Episcopos, viros Doctos, & Ecclesias (vacantibus Sedibus) Vniversitatum consultationibus præmissis, & multorum Doctorū, & virorum litteratorum in Diœcesibus suis, & Ecclesijs virtute istius indulti, & privilegij, aliquos declarasse *Sanctos Naturales*, & Officio de communi celebrare iussisse, (vt infra notabimus.) Sed non latet contrarium huic praxi extitisse Rever. Patrem Magistrum Fr. Ioannem Martinez a Prado, ex Dominicana Familia, nunc Provinciæ vtriusque Castellæ Provincialem, Primariæ Theologiæ sacræ in Complutensi Vniversitate Cathedræ emeritum Moderatorem, & Supremi Senatus Sanctæ, & Generalis Inquisitionis Qualificatorem, virum sanè litteratissimum, Religiosissimū; & magna prudentia præditum; & consultum à nobis in eadem perstitisse sentētia; ex proprio suo ore audijmus, & intelleximus; & posteà ex scriptis suis collegi;

mus; nam tom. 2. *suarum Quæstionum Moraliu*, cap. 3. de Religione, quæstion. 7. de Horis Canonicis, §. 4. de Sanctis Hispaniæ, fol. 589. quæstionem movet, & agitat, & negativæ sententiæ adhæret, existimãs, Hispanos Dominos Episcopos, Ecclesiasquè, sine speciali Summi Põtificis facultate, Sanctos suarum Diœcesum, nec naturales posse declarare, nec eis Officium de communi concedere, vt celebrentur, iuxta adddúctas, & allegatas Pij V. & Gregorij XIII. Bullas. Et cùm apud nos (& apud omnes) tanti sit istius Doctoris & Magistri authoritas, licèt cum multis alijs affirmativæ sententiæ Asseclis eorum fundamentis possemus conformari, operę pretium duximus sigillatim respondere argumentis pro sententia prædicti Patris Magistri adductis, vt plenius de causa iudicare valeãt illi, ad quos hanc dirigimus Consultationem, & maiore rei cognitione, & prȩmissorũ in allegationibus instructi, nobis sensum suum detegant, vt tutiùs procedamus in tãti momenti negotio; scientes etiam Patrem Martinez, in sua posteà opinione Asseclam habuisse Carolum Gietum Scriptorem Gallum, tom. *de festis proprijs locorum*, lib. 1. cap. 10. quæst. 6. sed nihil addere dictis à dicto Patre Magistro.

Primum argumentum à nu. 50. incipit; ipsius Authoris ipsissima hæc sunt verba: *Quòd in his verbis non concedatur Ecclesiæ Hispanæ nova facultas, sed potius restringatur iàm concessa, perspicuum est. Primò, quia inconveniens, quod Pontifex vitare intendit, oriebatur ex multitudine Sãctorum Hispanorũ, & quia cõcessio Pij V. erat indistincta; in Hispania existimabatur, quòd in qualibet Diœcesi, & Ecclesia poterant singula recitare de omnibus, & singulis Sanctis alterius Diœcesis, & cũ Officio proprio; ex quo duo inconveniẽtia se-*

que-

Anno Christi Domini 1666.

quebantur; alterum, quod feriæ omitterêtur propter Sanctorum Hispaniæ multitudinem, alterum, quod ordo Breviarij ferè subverteretur propter Officia propria Sanctorum Hispaniæ; & vt his occurrat, concessionem Pij V. non ampliat, sed potius restringit, seu sano modo interpretatur, vt deinceps non qualibet Ecclesia possit omnes alterius Diœcesis, sed qualibet tantum suos.

Num. 316 Tota vis huius argumenti consistit in eo, quod in dicta Gregorij XIII. Bulla nec nova conceditur facultas celebrandi de *Sanctis* Hispanis, nec antiqua Pij V. confirmatur, imò restringitur, & quamvis vtrũque concederetur, quid probat Pater Martinez, si facultatem in ambobus Diplomatibus deficere haud firmat? (quod conclusionis nostrę præcipuum est fundamẽtum,) nam ad minus in Pij V. facultate restricta, & interpretata invenitur sufficiens potestas, vt de illis *Sanctis* ad quamlibet Ecclesiam, seu Diœcesim Hispanam pertinentibus, propter natalitij privilegium vnaquæque de illis possit recitare Officium de Communi absque recursu ad Apostolicam *Sedem*; nõ quoad alios ipsius Provinciæ *Sanctos* possit se extendere (vt interpretatur Gregorius XIII. & fundat Pater Martinez,) quia non est nostrę intẽtionis de hoc disputare, sicut non fuit iudicij de eo dubitare. Quod verò ex ipsa Gregorij XIII. Bulla saltim eamdem facultatem, quam ipse strictè interpretatur in Pio V. concessam videri, ex ipsius Bullæ verbis multi deducunt, & fundare conantur: *Declaramus* (inquit) *vnamquãque Hispaniæ Ecclesiam eorum tantũ Sanctorum, qui in Breviario nõ sunt descripti, Officia propria celebrare posse.* Et licèt qui declarat nihil novi inducat, vt notarũt Martha, de *iurisdictione*, 4. p. cent. 2. casu 152. n. 4. & Bertazolus de *Clausulis instrumẽtorum*,

clau-

Anno Christi Domini 1666.

clausula 30. gloss. 4. num. 1. & nihil ponat, nec de novo faciat, vt probant lex adeò, §. videtur, ff. *de adquirendo rerum dominio*, & lex hæredes palam. §. si quid post, ff. *de Testamentis*, saltim manifestat sensum dubium legis, & dispositionis obscuræ, & significat idem, quod est *demonstrare, & diffinire*. Vndè verba esse synonyma advertit idē Bertazolus in prædicta gloss. 4. num. 1. Verbum etiàm *posse* facultatem importat, liberamque voluntatem significat ex lege sæpe, ff. *de Officio Præsidis*, & leg. 1. Cod. *Quomodo, & quando iudex* &c. & notat glossa, verbo *possit*, in cap. statutum de *Rescriptis*. Quam sequuntur Stephanus Gratianus *Disceptat. Forens.* tom. 1. conclus. 146. n. 15. & tom. 3. conclus. 506. n. 12. & 13. & Flaminius de *Resignatione*, lib. 5. quæst. 5. num. 84. Ex quibus non solùm probata remanet facultas antiqua Pij V. sed de nouo creditur concessa à Gregorio XIII. eius successore, vt quælibet Diœcesis de suis Sāctis naturalibus posit saltim de communi Officio celebrare. Ita etiam cuidam Abbati Sæculari, qui iuxta prædicta indulta Officium concedi posse dubitabat, responsum dedit D. Ioannes Tamaius Salazar in *suo Martyrologio Hispano*, tom. 2. die 27. mensis Aprilis, fol. 795. ibi: *Sed salva tanti Abbatis pace, proculdubio in omnibus hisce fallitur fundamentis, maximè in Hispaniarum Regnis, quorum Ecclesijs Pius V. & Gregorius XIII. privilegia, quibus non est hactenus aliquid derogatum, singularia concessere, vt posint de proprijs Divis Officium de communi ad libitum instituere, & recitare; dummodo qualibet Diœcesis suos tantum, non tota Hispania universos Officij recitatione percolat. Ita patet ex Bulla præposita in Officio Sanctorum Hispanorum, & fatentur Trullench in Decalogum, lib. 1. cap. 7.*

du-

Anno Christi Domini 1666.

dubio 14.n.14. Castrus Pallaus, tom.2, disput.2. pūct.2.n.10. & 11. quos sequūtur omnes, qui hac de re veracitèr scripsere. Hæc Tamaius, & nos ad prædictum Patris Magistri Martinez argumentum respondère valemus.

Num.317 Secundum argumentum num.51. ita proponitur: *Secundò idem constat ex verborum proprietate, quia vbi lex non exprimit, nos exprimere non debemus, cap. Consuluisti, de Maioritate, & Obedientia: Quod quis non expressit, mente non videtur comprehendisse, cap. Tua de Sponsalibus; & specialitèr in privilegijs verborum proprietas est observanda, quia vt dicitur in cap. Recepimus, de Privilegijs: Inspicienda ergo sunt Ecclesiarū privilegia, & ipsorum tenor est diligentiùs attendendus: De quo iam egimus cap.5. quæst.3. num.21. Sed nullum verbum indicat extensionem cōcessionis, sed potiùs exprimit coarctationem iam concessæ facultatis: Ergo nullum habemus fundamentum, vt ibi hanc facultatem concessam dicamus.*

Num.318 Ex dictis ad primum, sufficiens responsio descendit ad secundum argumentum. Nec negatur, quod vbi decisio est clara, interpretationi denegari debeat locus, & quādo verba legis propriam habeant significationem, vt alitèr intelligantur, retorqueri non debeant, vt ipse Pater Magister Martinez inquit; & docuit I.C. Marcellus in leg. *Non alitèr* 69. ff. de Legatis 3. ibi: *Non alitèr à significatione verborum recedi oportet, quàm cum manifestum aliud sensisse testatorem.* Iuxta quæ ita tenuerunt Cardosus *in Praxi iudiciali, & advocatorum*, verbo, *Verbum*, num.6. & Marius Giorba in *Cōsuetud, Senatus Messanensis*, cap.5. glos. 6. num.4. & cap.6. glos.5. num.2. *Sed non invenitur* vndè dici posit, verba in prædicto Gregoriano Diplomate potestatem, & facultatem indi-

Anno Christi Domini 1666.

cantia, ad hanc intelligentiam retorta fuisse, & malè interpretata. Percurramus per singula: *Sano modo interpretantes* (inquit Gregorius) non esset sano modo interpretare, si in totum mentem Pij V. destrueret, vel aliena interpretatione aliud statueret, nám tunc non diceretur *interpretasse*, sed *derogasse*, & aliud à suo sensu alienum statuisse, cùm interpretatio fieri debeat ita, vt actus valeat, vt I.C. Vlpianus docet in l. *Planè*, §. *Si duobus*, ff. de *legatis* 1. & æquior, & benignior sumenda est, vt etiam ex text. in leg. *In his*, ff. de *Cōditionibus, & Demōstrationibus*, & c. 2. de *Regul. iuris:* tenet Menochius de *Arbitrarijs*, casu 199. n. 46. & parti vtrique consulere debet, vt I.C. Paulus in leg. *Adoptivus*, §. finali, ff. de Ritu Nuptiarum, dicit; & quæ minus præiudicet sumenda est, vt stabilivit idem Paulus in leg. 3. ff. de *Suspectis Tutoribus*. Nunc videamus, an qualitates istæ verificari possint in interpretatione Gregorij XIII. nā si in neutro casu, id est, in generali facultate concessa Hispaniæ Ecclesijs à Pio V. vt indistinctè, & sine limitatione posSint celebrare de Sanctis Naturalibus Hispanis; nec in illa particulari, stricta, & modificata à Gregorio XIII. scilicèt, vt vnaquæque Ecclesia, vel Diœcesis solùm posSit celebrare Sanctos suos naturales, ad eius tantum Ecclesiam, vel Diœcesim pertinentès, in quo mens Pij V. interpretationem accipere potest, vt valeat? Et aliquo modo facultas, seu potestas iam ab eo concessa subsistere queat? Si actus non valet, interpretatione non indiget? Et si interpretatur ita, vt etiam non valeat, non dici debet *interpretatio*, sed *destructio*? Et si (vt cōvenit, & ius postulat) interpretatio conceditur, ad minus illa pars, quæ reservata, & interpretata remanet, valebit; & si non ex dispositione, & no-

Anno Christi Domini 1666.

va concessione Gregorij XIII. saltem ex antiqua Pij V. de qua agitur, facultas remanebit. Hocquè magis roborant alia verba eiusdem Bullæ Gregorij. *Declaramus celebrare posse*; quæ omnia apertè etiam suam mentem, & voluntatem exprimunt, & licèt rigurosè extensionem nuncupare non valeamus, explanationem suæ mentis satis fuisse cognoscemus; hocque sufficit vt actus valeat, facultasquè teneat.

Num.319 Iterùm nu.52. argumentatur Pater Magister Martinez sequenti ratiocinatione: *Tertio adhuc* (inquit) *ante declarationem, & limitationem Gregorij XIII. Pius V. non concesserat, quod Ordinarij Hispaniæ possent introducere quod de aliquo Sancto Naturali Hispaniæ, quæ ex cõcessione Sedis Apostolicæ, vel eius permissione ante editionem Breviarij Romani in Hispania erat consuetum recitari, possent retineri, adhuc post suæ Sanctitatis Bullam de Breviario Romano; quod constat ex ipsa Bulla Gregorij XIII. sic incipiẽte: Sanè licet alias post Missalis, & Breviarij ex decreto sacri Concilij Tridentini editionem felicis recordationis Pius V. Prædecessor noster, &c. Cum ergo Gregorius XIII. Pij V. concessionem confirmet, corroboret, & declaret, & coarctet, seu sano modo interpretetur, vna concessio per aliã est interpretãda, quia Decretum innovans intelligendum est iuxta tenorem Decreti innovati, leg. in Testamento, ff. de Cõditionibus, & Demonstrationibus, Auth. Constitutio innovans, §. vnde, verbo, in illis, Col.3.*

Num.320 Duos hoc argumentum continet casus: *Primus*, quòd Pius V. non permisit Episcopis, vt de Sancto naturali (de quo adhuc non celebrabatur) Officium fieret: *Secundus*, quòd prædictus Pontifex solum Officia propria Sanctorum Hispanorum, quæ ad illa vsque tempora in Hispania recita-

bantur, approbavit. Vnde cùm Gregorius XIII. cum limitatione interpretatus fuerit prædictam cõcessionem Pij V. Prædecessoris sui, iuxta illius tenorem facultas celebrandi in Hispania interpretanda, & intelligenda veniebat. *Primum suppositum*; nempè quod Pius V. tantum de illis Sanctis, de quibus iam celebrabatur, Officiũ fieri permisisset, ex prędicta Bulla nõ probatur, nec deducitur, vndè de illis intelligi non valet, nam solum de illis loquitur, qui Officia propria habebant, indulgetquè vt deinceps his Officijs vti valeant, sed non prohibuit (nec de hac prohibitione constat in Bulla) quod de alijs Sanctis naturalibus, qui propria non habebant Officia, de illis Officio de Cõmuni celebraretur. Hocquè confirmatur ex subsequenti stylo Ecclesiarum, in quibus de multis Officio de Communi ante, & post prędicta indulta celebrari, perspicuum est. Mens igitur Pij V. in promulgatione, & editione Breviarij Romani ea fuit, vt in posterum Officio proprio vti sine approbatione Sedis Apostolicæ nullus posset; sed in celebratione Sanctorum eos, qui non in Breviario Romano propria Officia haberent, Officio de Communi celebrassent iuxta præscriptum in Romano Breviario, sed Officia, quæ in Hispania iàm in vsu erãt, approbavit, & eis vti permisit. *Secundum suppositum*; quòd facultas prædicta, de Sanctis, de quibus iàm recitabatur, intelligi debeat tantũ, non de illis, qui, quamvis naturales, & canonizati Sancti, adhuc de illis haud celebrabatur. Hoc suppositũ non probatur, nec ex verbis Bullæ præcisè deduci valet, imò contrarium satis apertè colligitur, nàm dicẽdo: *Vt possint celebrare de Sanctis Naturalibus Hispaniæ*; probato quod Sanctus sit talis, id est, Hispaniæ naturalis, in illa Ecclesia vel Diœcesi, vbi est naturalis, de eo Offi- Num. 51

Anno Christi Domini 1665.

cium agere iuxta prædictum Privilegium valebunt. Et licèt mentio fiat de Officijs proprijs, permittatur quę vt de illis vti possint, non verò vetitur, vt de illis, qui Officia propria non habent, celebrentur, nec talis prohibitio cōstat, nec præsumi debet, cum contraria facultati foret, & in totum ei derogaret. Naturalis etiam probatio, cum ex accidenti proveniat, sanctitatis verò iam in Ecclesia per adscriptionem Fastis Sanctorum pateat, publicusquè sit cultus, & reverentia, quæ prædictis Sanctis adhibetur, si de eis Officium agere nō liceret, nihil operaretur Privilegium iuxta caput *in his, de privilegijs*, & c. *Abbate, tadē tit.* Vndè dixit Castrus Palaus, tom. 1. tract. 3. disp. 4. pūct. 1. num. 2. *si enim nihil speciale concederet, quod ex iure communi concessum non esset, inutile, & frustraneum esset Privilegium.* Et licet naturalitas ignorari valeat, ea probata, quòd eius Sanctitas non lateat, convenit, hacquè præmissa; Cultus ei debitus, Celebratio vè denegari non debet; imò cum Divo Ambrosio, hom. de *Sanctis Gerbasio, & Prothasio* gaudentes dicere: *Patronos habemus, & nesciebamus*; at inventis eorum natalitijs, Officium fieri de Communi multæ Ecclesiarum Hispanarum factis suis posse docuerunt, quas haud (contradicente privilegio) fecisse, credendū venit.

Num. 321 Num. 53, argumentum quartum præfigitur. *Quarto* (inquit) *ut optimè docent Lucas Castellinus de Canonizatione Sanctorum, cap. 2. punct. 51. §. 2. & Diana p. 3. tract. 5. Miscellanearum, resolut. 9. facultates Summorum Pontificum in his materijs potius sunt restringendæ, quàm dilatandæ, quia ad abusus comprimendos in dies magis, ac magis totum hoc sibi reservant; & Sacræ Rituum Congregationi: ergo cum verba concessio-*

num talem facultatem non indicent, non debent Theologi tam facile id concedere.

Minus cæteris vrget hoc argumentum, nàm quamvis juxta Authorum allegatorum sententias restringendæ potius, quàm ampliandæ veniant materiæ, de quibus agunt, negotio, de quo noster est sermo, nihil obstant; quia illi de canonizationis causa loquuntur, quæ vt in Ecclesia Catholica gravior, Sedi Apostolicæ reservata noscitur; convenit vt negotia ex ea orta, facultatesquè concessæ in dubijs potiùs restringantur, quam amplientur propter periculum, ne Ecclesiæ grave aliquod damnum ex aliena, & impropria intelligentia proveniat. Agimus hic de Officio Sancti Canonizati, & non de Officio proprio, sed de Communi ex concessione prædictorum Pontificum Pij V. & Gregorij XIII. pro Sanctis Hispaniæ. Vnde probatur quod talia indulta Episcopis missa, & concessa, potius debeāt ampliari, quam restringi: Privilegia ideò in dubijs restringi petunt; quia a dispositione iuris cōmunis discedūt, imò sunt contra eius regulas, & dispositiones, vt docet glos. 1. in lege 3. Cod. de *Silentiarijs*, lib. 12. vbi Doctores; & in leg. *Heres absens*, ff. de *Iudicijs*: At privilegia hæc, cùm clausa sint in Corpore Iuris, magis censentur ius commune, quàm privilegium, vndè plus petit ampliari, quàm restringi. Ita Gregorius Lopez in leg. 2. gloss. 1. tit. 18. part. 3. & Menochius, de *Præsumptionib.* lib. 6. præsump. 40. n. 25. adnotarunt: Quod hoc Pij V. & Gregorij XIII. Privilegium videatur inclusum in iure communi, patet, quia hoc, quod est Episcopos in suis Diœcesibus de hoc, vel illo Sancto celebrare Missam, & Officium agere, & subditis suis, vt de illis celebrent demandare posse, sunt de Iure communi apertissimi textus in capite *Conquastus*,

Anno Christi mini 1666.

Anno Christi Domini 1666.

stus, de *Ferijs*, & cap. *Pronuntiatum*, de *Cõsecrat.* distinct. 3. & in hoc casu, quamvis verbis Privilegium indicentibus potestas hæc antiqua, & à Iure communi concessa confirmetur, magis respicit ordinarium ius, quàm privilegium, & propriùs dici debet *extensio*, quàm *nova concessio*; sicque in similibus concessionibus verba, quibus communiter, & frequenter vtuntur Summi Pontifices, scilicèt, *concedimus*, vel *indulgemus*, Privilegij concessionem designãtia, vt in cap. *Si de terra*, de *Privilegijs*, quandoque tamèn important solùm idem, quod primum, & de iure competebat, vt Geminianus expresse docet consl. 32. nu. 2. vers. *Non obstat verbum indulgemus*; Et sequitur Cardinalis Tuschus, *Practicarum cõclusionum*, tom. 2. litt. D. conclus. 293. n. 1. & 2. & roboratur magis hæc cõclusio decisione textus in cap. *Licet in corrigẽdis*, de *Officio Ordinarij*, vbi dicitur, quod si alicui delegatur iurisdictio, quæ accedit, vel est iurisdictionis suæ ordinariæ; magis censetur delegantem ordinariam voluisse excitare, quàm delegatam cõcedere. Et si in his aliqua interpretatione esset opus, ampliationem potiùs, quàm restrictionem exposcebant. Idemque in nostro casu practicari periustum fuisse ex sequẽti etiam dedu cemus principio: Quia dato (& non concesso) quod privilegia predicta Pij V. & Gregorij XIII. tantùm ad dispositionem Iuris communis haud respicerent, & ex sua natura restringi peterent, & coarctari; hoc non militat in illis Diplomatibus, quæ etiam si sint ad instãtiam, & supplicationem partis obtenta, expedita videntur cum clausula illa: *Motu proprio, & ex certa scientia*. Sic Gregorius XIII. in prædicta Bulla dicit: *Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolica potestatis plenitudine hæc, quæ sequuntur, declaranda*

du-

duximus, & concedenda. Nam hæc clausula dispositionem reddit favorabilem, non odiosam, vt probat textus in cap. *In pluribus*, de *Præbendis* lib. 6. & loquens Summus Pontifex de collatione Beneficij, quę alioquin strictè erat interpretanda, favorabilem fieri præcipit, ibi: *Gratiam huiusmodi, si motu proprio eam fecerimus, vt tunc fiat interpretatio plenissima, in eadem referri volumus ad Dignitatem, vel Præbendam, quæ inter illas esset maioris valoris*. Hæc ampliatio etiàm ad dispensationem se extendit, quę pariter strictè veniebat interpretanda, iuxta cap. 1. §. vltimo, de *Filijs Presbyterorum*, lib. 6. De quo meminit Pater Thomas Sanchez de *Matrimonio*, lib. 8. disput. 1. nu. 5. Vndè privilegium concessum *motu proprio* latè esse interpretādum, prętęr alios, resolvūt Nata, cons. 340. num. 5. Surdus, cons. 140. num. 59. Camillus Botellus, de *Præstantia Regis Catholici*, cap. 33. num. 19. Quid ergò Theologi in re ita nota, & in iure stabilita, & firmata consulere valēt, nisi tātum id, quod in simili casu ius decernit, & statuit? & quod in dubijs pro potestate Episcoporum sit declarandum, quæ, licet privilegio munita, iure non minus ordinario valata reperitur.

Rursus argumentum sumit prædictus Pater Martinez n. 54. ita dicens: *Quinto, accedit regula 81. de Regul. iur. in 6. In generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimilitèr in specie concessurus. Et Regula 45. Inspicimus in obscuris, quod est verisimilius, vel quod plerumque fieri consuevit; sed non est verisimile, quod si in specie peteretur hæc facultas, concederetur; non dico tantum cuilibet Ordinario, vel eius Vicario, sed nec ipsis Dominis Archiepiscopis, & Primatibus, etiā sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, quia*

Anno Christi Domini 1666.

ipsimet, qui præsunt sacris Ritibus, vt de vna Diœcesi ad vnum solum oppidum extendant Officij recitationem, non faciunt sine speciali Bulla Papæ, vt vidimus, & praxis confirmat; nec in toto Orbe fieri consuevit, quòd hoc faciant locorum Ordinarij: ergo nec id fieri potest in Hispania, his novissimis temporibus præcipuè.

Num.324 Duplici authoritate hæc argumentatio munitur, sed nullam earum casui nostro adaptari credimus, nec verificari. *Prima:* In primis desumpta est ex Regula 81. de *Regul. iuris* in 6. qua nititur probare Pater Martinez, quod cum non esset verisimile quod Summus Pontifex in specie concederet Ordinario, vt posset de Sãcto naturali hoc, vel illo celebrare, ita in cõcessione generali casus illos particulares esse comprehensos, nec virtute prædictarum Bullarum de Sanctis naturalibus posse Episcopos celebrationem hanc concedere: Antecedens in hoc argumẽto restat probandum, scilicet, quod non credatur specificam hanc facultatem Pontifices concessisse, nec verisimile esse vnquàm fecisse, cum contrarium pateat multis rationibus. *Primò*; quia clausula, & concessio est generalis, vt possint Ecclesiæ celebrare de suis Sãctis naturalibus, & quamvis extendi non debeat ad non verisimilia, vt in locis communibus, verbo clausula 21. Brunonus à Sole, & de *Resignatione*, tom. 2. lib. 12. quæst. 14. n. 11. Flaminius, & in sing. Rotæ, tom. 2. part. 4. conclus. 405. num. 24. Theodorus de Rubeis docent, & prædicta iuris regula 81. iubet; ista generalis concessio, & facultas est in casu verisimili, sicquè observanda venit. Vndè ergò specificam concessionem inverisimilem deducit, & infert Pater Martinez? Nam si Summus Pontifex concedit generaliter, vt Hispaniæ Ecclesiæ, quælibet de suis Sanctis naturali-

bus

bus Officium agat, Festivitatéquè celebret, non denegat de speciali tanquam inverisimili, quia nõ est istius, & illorum diversa ratio, nec videtur limitata facultas & concessio, & imbibita inveniatur in generali facultate concessio celebrationis particularis. Hincquè cũ manifesti iuris sit, generalem hanc concessionem Diplomatibus Pontificijs esse munitam, si specialis aliqua se offerret supplicanda, eisdem verè concederetur favoribus & indultis, ac generalis iamdiù concessa; sicquè inconveniens magnum, & patens esse debebat, vt specificè negaretur, quod generalitèr ita munificè reperiebatur cõcessum. At hæc inverisimilitudo à Patre Magistro proposita haud retegitur; nàm si Summus Pontifex Gregorius (vel Pius V. eius prædecessor) generalitèr concedit, vt quælibet Ecclesia Hispaniæ posit celebrare de suis Sãctis Naturalibus, denegaret, si de aliquo in particulari celebrãdi (hoc ipso titulo sanctitatis, & natalitij Hispanici) facultas flagitaretur? Minimè; nisi antiquam concessionem vellet derogare, & annullare, respiceretquè quòd illi generali concessioni inerat specialis, & ista tanquàm minor in maiori cõprehendebatur, & includebatur facultate, vt cũ Hyppolito Reminaldo cõs. 222, n. 198. vol. 2. tenet Agustin. Barbosa in *Locis Cõmunibus*, loco 75. fol. mihi 337. Ergo in speciali cõcessione specialis Sãctus (vt Sanctus, & Hispanus) separatus, & alienus in illa privilegij concessione ab illis Hispanis Sanctis, qui generali facultate fruuntur, nõ videbitur? Et privilegium, quod illis favet, istis nõ nocebit? Maximè cũ quæstio non sit de sanctitate, nec de Officio proprio, nec de vno ad alium locum celebrationis mutatione, vel extensione, sed tantùm de celebratione Sanctorum Hispanorum, in illis locis, in quibus naturalitatis privile-

Anno Christi Domini 1666.

gio potiri debent. Aliud etiam præcensum consequens ex dictis deducitur; nam data, & concessa facultate celebrandi prædictos Sãctos Hispanos, hæc celebratio ad singulares Sanctos adaptari debet, & vt vires necessarias adquirat, omnia illa concessa videntur, sine quibus commodè consequi nõ posset, vt ex leg. 2. ff. *De iurisdictione omni. iudic.* leg. *Ad rem mobilem*, §. *Qui procuratorem*, ff. *De procuratoribus*, leg. 1. §. 1. ff. *Si vsusfructus petatur*; tenent Baldus in dicta leg. 2. vers. *Tu dic plenius*, ante nu. 1. Menoch. cons. 14. n. 8. & Narbona in leg. 20. glos. 2. num. 13. tit. 1. lib. 4. Recopilationis. Et quando argumentum à verisimili fit, transfert in adversarium onus probandi, vt tenet lex *Ex persona*, leg. *Siue possidetis*, Cod. *De probationib.* Sicquè qualis inverisimilitudo in specifica concessione patefiat, vt à generali concessione eam debeamus secernere, alienamquè ab eã credamus, Patri Martinez incumbit probare; nã exemplaria, quæ in medium affert, non concludunt, nam si in specie (non dicamus Eminẽtissimi Cardinales, seu Illustrissimi Archiepiscopi) sed alij inferioris dignitatis, & status Pontifici Summo peterent, vt de isto, vel illo Sancto Hispano in Ecclesia sui natalitij Officio de communi celebrari iuberet sicuti de alijs, virtute Indultorum Pij V. & Gregorij XIII. celebrabatur, facillimo negotio hoc consequi posse crederemus; quia iam in simili casu facultas concessa inveniebatur, & praxi redacta, & nihil de novo cõcedebatur in illa speciali facultate, quod iam in generali haud fuisset concessum, & tunc solùm facultas magis declarabatur, sed si alio casu celebratio peteretur, etiam si esset ab Eminẽtissimis Cardinalibus, alijsque Principibus Ecclesiasticis, seu secularibus similiter porrecta supplicatio, etiam nova indigeret

facultate, quid mirum, vt denegaretur, si res erat integra, & adhuc non concessa? Ordinarij Hispani, qui prædictam facultatem in Sanctis suarum Diœcesum Naturalibus, ita praxi redactam, & observatam inveniunt (de qua Summus Pontifex ignarus non est) de novo frustrà peterent, quod iam precibus impetratum inveniebant, & vt Leo Imperator Eutychio Præfecto Prætorio respondit in leg. 1. C. de Thesauris, lib. 10. *Frustrà precibus impetratur, quod à iure concessum invenitur.* Neque obest altera iuris regula, quod in obscuris illud, quod verisimilius est, concessum videri; quia non versamur in obscuris, sed in claris; manifesta est, & nimis patens clara & nulla obscuritate laborans illa Pij V. & Gregorij XIII. Summorum Pontificum facultas circa celebrationem Sanctorum Hispanorum in Regnis Hispaniæ, & si obscuritas reprobatur in omni dispositione, cap. *Erit autèm lex*, 4. distinct. nàm obscurè respondere, & nihil respõdere paria iudicantur, leg. *De ætate* 12. §. *Nihil interest*, ff. *De interrogat. act.* cur vbi clara est dispositio, & omnia comprehendit, quæ necessaria sunt ad suam veram intelligentiam, ad eius velimus destruendam vim, obscuram dicere? Cum loquentem obscurè, tacuisse verũ voluisse ius præsumat. Ita Bartholus in leg. *Ea*, ff. *De contrahenda emptione*; & Felinus in *Proœmio Decretalium* docuerunt, & hoc haud fatendum venit in dictis indultis, imò durum sit cæcutire velle, vbi tanta lux ad ambulandum ducit. Verisimilius sanè est, in facultate Pontificia omnia illa favorabilia esse contẽta, quibus ad hãc celebrationem Sanctorum Hispanorum plenius, & perfectius conficiendam opus habebatur, & indiguisse videretur, vti possemus.

Vltimo: argumentum desumit ex his, quæ n.

Anno Christi Domini 1666.

55. notantur, ibi: *Sexto accedit, quod alij Authores, qui de hac Bulla mentionem faciunt, non exprimunt, in illa talem facultatem contineri, vt patet in Genuensi, in praxi Neapolitana, cap. 65. Gavanto Commentarijs in Rubricam Breviarij, sect. 1. cap. 5. tit. 2. nu. 8. & sect. 2. cap 2. n. 29. & sect. 3. cap. 3. num. 5. Quarunta, verbo Divinum Officium: Barboss. de Officio Parochi, part. 1. cap. 10. n. 14. Lezana tom. 1. cap. 12. n. 34. & 35. & Lugo vbi infra, vbi tamen admittit credibile esse ex vi Bulla Gregorij in Sanctis Hispanis posse fieri in tota Diœcesi, in qua habetur Reliquia insignis, Officium saltem Semiduplex; & dicit: Considerandum, an Sacra Congregatio Rituum eiusmodi Gregorij concessionem revocaverit aliquando, etiam pro Hispania. Sed de his non loquimur, sed de Naturalibus praecisè, de quibus isti Authores. Quamvis (vt verù fatear) isti in terminis dubium non movent. Et ita videtur hac authoritas solùm negativa, sed in re tanti momenti non expressisse, tacitè est denegare.*

Num. 326 Dupliciter ad hoc respondetur argumentum. *Primò*, quod Authores citati à Patre Martinez, non solùm mentionem faciunt de prædicto privilegio Gregoriano, sed facultatem ab ipso concessam, ab ipsis certam supponi, quia aliàs eam nisi ad reprobandum haud adducerent, nec allegarét, & non reprobando, ad minus eam tacitè admittunt, vel indifferenter se habent; vnde nihil obstant conclusioni: *Secundò*, quia quod à Patre Lugo adducitur, solùm ad celebrationem Reliquiarum Sanctorum Hispanorum pertinet, de quibus non est nostra quæstio; Et axioma, quod non expressisse in re tanti momenti, est voluisse denegare, haud currit, nec validum est in præsentis quia, quod tacitè subintelligitur, frustrà exprimi-

tur,

tur, nec expressione indiget, iuxta leg. *Verba*, ff. *De conditionibus Institutionum*; leg. Cornelius, ff. *De hæredibus instituendis*; leg. *Fideicommissa*, §. *Si filio*, ff. *De legatis* 3. Et Authores adducẽtes, & allegantes prædictam Bullam, licèt quæstionẽ non moveant, nec disputent de facultate ibi concessa Hispaniæ, magis approbant eam, quàm negant; nam alias vel nõ adducerent, vel adductam improbarent, & refellerent, (vt supra iam diximus.) Et si authoritas magis negativa videatur, quàm affirmativa (vt ab ipso Patre Martinez agnoscitur) sua natura improbabilis remanet ex cap. *Quoniam contra* 11. *De probationibus*; leg. *Actor, quod asseverat* 23. Cod. eodem. Sequuntur Antonius Gabriel tom. 3. *Cõmun.* tit. *De probationibus*, lib. 1. cap. 38. Rebuffas, *De exceptionibus*, num. 160.

Allegatis ex fundamentis, & argumentis prædictis oppositam sentẽtiam tuetur prædictus Pater Magister Fr. Ioãnes Martinez à Prado; hancquè à viris doctis, quos consuluit, amplexam dicit; & consultum Eminentissimum Dominum D. Balthasarem Moscoso & Sandoval S. R. E. Cardinalem, & Archiepiscopum Toletanum (virum non solùm nobis, sed omnibus tanquàm ardentissimam totius charitatis facem ante oculos prælucentem, redditum maximè commendabilem) à contraria, cui anteà adhærebat, resiluisse. Et licèt à multis cõfiteatur, admissam affirmativam sententiam, maximè à Prælatis Hispaniæ, de quibus num. 43. specialem facit mentionem, & de alijs, quos consultò omittit; non obstare credit, quod oppositum sit practicatum; quia vt ait Summus Pontifex Innocentius III. cap. cùm causam de Electione: *Non debemus attendere solummodo, quod factum sit, sed potius quid sit faciendum.*

Quod

Anno Christi Domini 1666.

Quod & habetur in leg. *Sed licet*, ff. *de officio Præsidis*; non ergò in Bulla conceditur facultas, vt celebretur Officium de aliquo Sancto naturali, de quo anteà non celebrabatur, sed tota illa prior pars Bullæ est de retinendo, vel abijciendo officio proprio Sanctorum Hispaniæ.

Num. 328 Bimembri huic argumento duplici in iure certissimo principio respondemus. *Primò*: Ad primam partem de intelligentia Bullæ Gregorij XIII. nempè non intellexisse Pontificem de Sanctis Hispaniæ, de quibus adhuc non recitabatur, sed tantùm de illis, de quibus, Officijs proprijs commune & vsitatum erat celebrari; dicitur, sensum hunc ex contextu Bullæ non deduci, nec probari; vndè non est præsumendus; nec minùs fauorabilis interpretatio desumi debet; nā ex eo quod ipse Pater Martinez docet num. 51. vbi lex non exprimit, nos exprimere non debemus, cap. *Consuluisti, De maioritate, & obedientia*, & verbo, quod quis non expressit, mente non videtur comprehendisse: Sèd cum Pius V. & Gregorius XIII. dicant, quod *possint celebrare de Sanctis suis Naturalibus*, sine aliqua alia modificatione, nec coarctatione, quare nos mentem suam adstringere, & in claris volumus interpretari? Cui satis respōsum dedimus num. 318. Quoad *Secundum*, facile etiā respondetur, negando suppositum deductum ex Innocentij III. dicto, quod *nō attendatur solummodò, quod factum sit, sed potius, quod faciendū veniebat*; quia non verificatur in casu nostro: Nā si illud, quod factum est, rectè factum est (vt credimus factum) illud est, quod faciendum erat, & quod rectè, & iuridicè fecerunt præfati Domini Prælati, iuxta intelligentiam Concessionum Summorum Pontificum Pij V. & Gregorij XIII. declarando naturales aliquos Sanctos suarum Dioe-

ce-

Anno Christi Domini 1666. cessum, & de illis recitari iubendo; hocquè eventus ipsi testantur, cùm in re ita gravi, non sine matura consideratione, parique deliberatione, privilegijs ipsis haud plurres visis, & attentè ruminatis; consultis etiam Vniversitatibus, & apprimè doctis viris, ea executioni mandarent, si substantiali aliquo iuris obstaculo eorum forsan existimarēt præpediri posse mādatum. Vndè ex proprijs illorum factis, qualis esset communis dictarum Bullarum intelligentia, & interpretatio, satis perspicuè videntur, cùm praxi redactas passim videantur, nec vllum aliud privilegium ità sine discrimine admissum, & pacatè vsitatum reperiatur.

Num. 329 Nec ignotus eius vsus Summo Ecclesiæ capiti existimatur, quando in Peroratione ad Vrbanum Papam VIII. Patris Francisci Bivarij, Ordinis Cisterciensis ad calcem Apologetici sui pro Authoritate Flavij Lucij Dextri, ità dicat: *In eo deniquè solertèr enitendum est Summo Ecclesiæ Pastori, vt magnorum Ecclesiæ Præsulum sanctiones, & iudicia absque multo, exactoque pravio examine, & evidenti veritatis iactura, illibata custodiantur. Nunc verò & Hispalensis Archipræsulis, & Eminentissimi Domini Gienensis Cardinalis assensu & mandato præmisso vtrobique gravium Doctorum consensu & iudicio, Vrticulani, & Vrgabonenses Martyres solemni celebrantur Ritu sub Dextri fide. Ergo tantorū virorum acta B. V. revereri, vt æquum est, faciat, nec extingui permittat tam insignem lucernam de domo Dei. Erit enim, vt ijdem Sancti Martyres coram positi Deum optimum Maximum continenter pro incolumitate, & prosperitate S. V. exorent, quā Deus ipse, &c.*

Num. 330 Haud obstat Decretum illud Sacræ Rituum Congregationis ab Vrbano VIII. Pontifice Ma-

Anno Christi Domini 1666.

ximo probatum, & in exordio Breviarij Romani insertum, quod nequaquam post Pij V. Bullam; qua omnibus prohibet Ecclesijs, ne extra Breviarij illius Regulas recitent; vndè non potuisse, nec posse Ordinarios absque Sedis Apostolicæ licentia Kalendarijs aliquid addere, nec proprios Sanctos apponere, nec de illis Officium conficere, videatur; quia Decretum prædictum à Congregatione Sacrorum Rituum emanatum, & ab Vrbano Papa VIII. firmatum, nihil detrahit Hispaniæ Sanctis, quatenùs ad Officium de communi ex Prædecessorum Pontificum indulgentia concessum; quia cùm hæc privilegij vires retineat, haud quaquàm potuit revocari, nisi interveniẽte Successoris derogationis de verbo ad verbum clausula specifica. Probãt gloss. in Authent. *Quas actiones*, Cod. *De sacrosanctis Ecclesijs*: gloss. in leg. *Sciendum*. ff. *Qui satisdare cogantur*: gloss. in leg. *Decurionibus*, Cod. *De silentiarijs*, libr. 10. Cevallos tom. 1. *Communium*, quæst. 103. n. 19. D. Ioannes Tamaius Salazar in *Defensorio Iuridico Historico Ecclesiastico pro Sanctis Placentinis*, in responsione ad dubia ex dicta Sacra Congregatione emanata, cap. 3. fol. 50. Pater Bernardinus à Villegas, è Societate Iesu ex Suario, Bonacina, Azorio, Fillucio, & alijs probat in his ipsissimis terminis in Memoriali edito pro Sanctis Vrgabonensibus, punct. 5. nu. 219. fol. 99. Ratio est, quia quando lex, seu decretum subsequens negativum primæ legi, vel privilegio contrarium, expresse non tollit primam legem, vel privilegium contrarium, tunc prima lex, seu privilegium remanet in sua viridi observãtia; vultquè Princeps, seu Legislator, tacendo privilegium, vt in sua sit observantia, quia si aliàs voluisset, dixisset.

Num. 331 (B *Testantur*) Ecclesia *Hispalensis* ex Decreto

Illu-

Anno Christi Domini 1666.

Illustrissimi D. D. Petri Baca & Quiñones, Archiepiscopi Hispalensis, expedito die 19. mensis Februarij anni 1620. recitat, vti de naturalibus Diœcesis suæ de Sanctis Martyribus *Ruffino*, & *Ruffiniano* die 9. mensis Septẽbris Officio Duplici: Et Ecclesia *Vtriculensis* eiusdem Diœcesis, tanquã de Sanctis naturalibus, & Civibus suis eodẽ die 9. Septembris Officio Duplici Secundæ Classis, ex eodem Decreto D Petri Baca Quiñones. Ita testantur Magister Franciscus Rufpuerta *in Historia Ecclesiastica Episcopatus Giẽnensis*, cap. 7. n. 3. fol. 140. Pater Franciscus Bivarius, Ordinis Cisterciensis, in *Apologetico ad Papam Vrbanũ* VIII. *pro Flavio Dextro*, §. 6. num. 35. fol. 21. Pater Antonius Quintanadueñas, è Societate Iesu, lib. *Sanctorum Hispalensium*, fol. 291. Et eadẽ Ecclesia *Hispalensis*, mandato Capituli (Sede Archiepiscopali vacante) anno 1623. de alijs Sanctis Hispanis recitat; vt docet idem Pater Quintanadueñas, in suo lib. *Sanctorum Toletanorum*, advert. 6. *in ordine ad celebrandum*, num. 6. fol. 16. Ecclesia *Giẽnensis*, ex Edicto Eminentissimi Domini D. Balthasaris à Moscoso & Sãdoval Cardinalis, & Episcopi Giẽnensis, expedito anno 1628. recitat de Sanctis Martyribus *Bonoso*, & *Maximiano*, Officio Duplici, die 21. mensis Augusti; & de Divo Hierotheo die 3. mensis Octobris: Ecclesia *Vrgabonensis* eiusdem Diœcesis recitat de eisdem Martyribus *Bonoso*, & *Maximiano*, tanquã Vrgabone passis, eodẽ die 21. Augusti. Ita prædictus P. Franciscus Bivarius, in Apologetico, § 6. fol. 20. Ægidius Gundisalvus Avila, Chronographus Regius, tom. 1. *Theatri Ecclesiastici*, Ecclesia Giennẽsis, fol. 288. D. Ioãnes Solanus à Figueroa, *Sanctorum Metellinensium*, num. 212. fol. 205. Magister Franciscus Rufpuerta, *in Historia*

Anno Christi Domini 1666.

Ecclesiastica Giënensis Diœcesis, cap. 7. nu. 3. fol. 140. & de Sancto Hierotheo (cùm traditione cõstasse dicatur Civẽ Vrgabonensem extitisse.) Ita Martynus à Ximena, *in Catalogo Episcoporum Giennẽsium*, fol. 20. & Pater Frãciscus a Bilches, è Societate Iesu, Lib. *Sanctorum*, & Templorum Giennensis Episcopatus, cap. 10. fol. 27. Ecclesia *Beacẽsis* Edicto Cardinalis D. D. Balthasaris Moscoso & Sãdoval Episcopi Giẽnẽsis, publicato die 17. mensis Augusti, anni 1629. recitat de Sanctis *Amando*, Episcopo Castuli 6. Februarij; *Stratone, Ruffino*, & *Ruffiniano Martyribus* 9. Septembris; *Victore* Episcopo Beacensi & Martyre, *Alexandro*, & *Mariano Martyribus*, 17. Octobris; *Fausto Diacono* & *Martyre*, & *Sancto Abundio Martyre*, 14. Decembris. Ad longum Edictum hoc, classemque Festorum refert dictus Pater Fanciscus à Bilches, in prædicto suo libro *Sanctorum*, & *Templorum Episcopatus Giënensis*, & *Beacensis*, p. 2. cap. 5. fol. 259. Posteà eadem Ecclesia *Beacensis* ex alio Decreto eiusdẽ Eminẽtissimi Cardinalis D. D. Balthasaris Moscoso & Sandoval Gieonensis Episcopi, evulgato, anno 1645. cœpit recitare de Sancto *Thesiphone* Episcopo Beacensi, *Gregorio Betico, Vincente, Iuliano, Victoria*, & *Anatolia*; De quibus etiàm memoratur prædictus Pater Fanciscus Bilches, part. 3. c. 20. fol. 290. Ecclesia *Placentina* Edicto Excellentissimi Domini D. Didaci Arce Reynoso, priùs Episcopi Tudensis, & Abulensis, posteà Placentini, & Supremi Senatus Sanctæ & Generalis Inquisitionis Præsidis meritissimi, & à Magno & Supremo Status Regij Consilio (viri vndequaque magni, eximijs virtutum meritis, ac præclaris animi dotibus ornati, vt meritò omnes, qui norunt illum, in admirationem traheret, ac in sui obse-

quium & venerationem venire compelleret, mortalem hominem exuit, cùm penè vir agnosceretur divinus, eius merita feliciores, ac nostrũ, Scriptorum calamos posteritati memoriæ cõsignare iustè speramus) expedito Madriti, die 12. mensis Iunij, anni 1651. recitat de Sanctis *Epitacio*, & *Basileo* Episcopis, & Martyribus Placentinis die 23. Maij: Ecclesia *Metellinensis* eiusdem Diœcesis, de *Sanctis Eusebio*, & *Socijs* die 5. Martij; de *Sancto Theodoro Anachoreta* die 20. Aprilis: Ecclesia *Caparensis* eiusdem Diœcesis de *Sãctis Carilippo*, & *Socijs Martyribus*, die 3. Iulij: Ecclesia *Turreiulensis* eiusdem Diœcesis de *Sanctis Hermogene*, & *Socijs* Martyribus, die 22. Decembris: De omnibus agit D. Ioannes Tamaius Salazarius, in *Martyrologio Hispano*, tom. 2. die 28. Aprilis, fol. 799. Ecclesia *Salmanticensis* ex Edicto Illustrissimi D. D. Gabrielis Spatza Episcopi Salmanticensis, expedito die 22. mensis Aprilis, anni 1665. recitat de *Sãctis Archadio, Probo, Paschali, Euthiquiano*, & *Paulito Martyribus*, die 13. mensis Novembris. Et de multis alijs Ecclesijs eadem observari possent, si tempus locum dedisset, vt speciali observatione notaremus. Dicta sufficiant.

CONCLVSIO IV.

IVXTA PRÆDICTA SVMMORUM Pontificum indulta (probata naturalitate Divini Hierothei in Secoviensi Civitate, & Diœcesi, propter eius prædicationẽ, habitationem, & Episcopalem Sedem ^) *Prælatum de eo, Officio de communi recitare posse, accolis, & subditis suis hoc idem (sine recursu ad Apostolicam Sedem) præcipere*

Anno Christi Domini 1666.

posse, videtur: in quo vestigia recta sequitur aliorum Episcoporum Hispanorum, qui in simili casu ita iudicarunt fieri posse, & praxi prædicta Privilegia dederunt. [B]

Num. 332 ([A] S*Edem*) Ex adductis num. 310. & 311. & à n. 167. vsque ad 204. probatio satis aperta, & concludens invenietur, tàm de prædicatione Divini Hierothei, quàm de eius in Secoviensi Civitate, Episcopali Sede: ibi Lectorem mittimus.

Num. 333 ([B] *Dederunt*) Ex Exemplaribus Ecclesiarum nu. 331. relatis perfacilè agnoscetur, quantos extitisse Prælatos, quorum Decretis, & Edictis celebrationes Sanctis Hispanis suarum Diœcesum naturalibus fuerunt concessæ, qui vè Sancti naturales in vnaquaque Diœcesi sunt declarati, illisquè adscripti. Aliquos Pater Magister Fr. Ioannes Martinez de Prado, in dict. tom. 2. *Suarũ Quæstionum Moralium*, cap. 30. de Religion. quæst. 7. §. 4. de Sanctis Hispaniæ, in num. 43. fol. 589. refêrt, scilicet *D. Prudentium Sandoval* Episcopum Pampilonensem: *D. Petrum Castro & Quiñones* Archiepiscopum Hispalensem: *D. Alexiũ à Meneses* Archiepiscopum Bracharensem: *D. Sanzium Davila*, & *D. Gaspare à Moscoso & Sandoval*, Cardinales Episcopos Giênénses: Prçter hos, alios Pater Antonius Quintanadueñas, è Societate Iesu, tom. 1. tract. 7. singular. 18. nũ. 7. Et Lib. *Sanctorum Toletanorum*, aduert. 1. & 5. in *ordine ad celebrandum*, fol. 10. & 14. recenset, nempè *D. Gasparem à Quiroga*: *D. Bernardum à Roxas & Sandoval*, Cardinales, & Archiepiscopos Toletanos, & *D. Philippũ à Tarsis* Archiepiscopum Granatensem. Omittit Pater Martinez prædictum *D. Didacum Arce Reynoso* Episco-

Anno Christi Domini 1666.

pum Placẽtinum, qui, ante operis sui editionem, Edictum suum de Sanctis naturalibus Diœcesis suæ Placentinæ promulgavit; quem postea est insequutus Illustrissimus *D. D. Gabriel Sparza* Episcopus Salmanticensis (vt nu. 331. retulimus.) Et cùm materia, de qua agimus, in interpretatione, & intelligentia prædictorum Decretorum, & Apostolicarum Concessionum consistat, in eaque magis iuris regulis, & dispositionibus insistendũ sit, quàm alijs principijs Scholasticæ & Moralis Theologiæ, nobis (ex adductis exemplaribus tãtorum Prælatorum, literis, virtute & prudentia ita plenè confertorum, quæ magnam & certam veritatis, & veræ intelligentiæ Bullarum dictarum semitam designarunt) res iam iudicata videbatur, cùm tot viri docti, ita vnanimiter senserũt. Vndè pro veritate tenenda, eorum sensum sequi tutissimum sit, nàm sæpius examinata, magis elucescit, cap. gravi, 35. quæst. 9. & cap. Inter dilectos de fide Instrumentorum; Et licet tantorum Dominorum Edictis, tota adipiscendæ veritatis securitate, adhærere possemus, cum ab eis recedere minus tutũ à benè sentientibus existimaretur. Et ad hoc idem non minus compelleret, quod à prædicto D. D. Didaco Arce Reynoso viro ita docto, & nostris temporibus in Iurisprudentiæ campo versatissimo, vt Iurisconsultorum inveniatur facilè Princeps, sit hæc opinio sine discrimine amplexa, quiquè, post multa in hac re à Cõgregatione Sacrorum Rituum proposita & superata dubia, sibi potestatem hanç non fuisse denegatam, nec extitisse derogatam declaravit in prædicto Edicto suo pro Sanctis Placentinæ suæ Ecclesiæ naturalibus, in quo his vtitur verbis: *Nostra ordinaria, qua in hac parte fungimur authoritate, & virtute Privilegiorum à Pio V. &*

Greg. XIII. Hispania Ecclesijs concessorum, nec nõ ex antiqua possessione, qua hac Hispania Regna nituntur circa celebrationem Natalium suorum naturalium Divorum cum Officijs communibus, per præsentes litteras declaramus fuisse, & esse Sanctos naturales, &c. Tribus ad se pertinere dicit principijs, de Sanctis Hispanis Diœcesis suæ naturalibus celebrari iubere: De primis duobus, scilicet de potestate à iure ordinario concessa, & de privilegiaria iàm egimus num. 322. de tertia, quæ inducitur & verificatur ex possesione, quæ tantis monumentis stabilita & roborata dignoscitur (vt ex allegatis num. 330. & 331. plene probatur) potestatem confirmari docet textus in leg. Cum res 12. C. de Probationibus, & leg. Ob maritorum, C. de Vxore pro marito. Sequuntur Bartholus, cons. 209. nu. 4. lib. 1. Mascardus, de Probationibus, conclus. 540. num. 9. Menochius, de Præsumptionibus, lib. 6. præsumpt. 65. ex num. 9. vsque ad 22. Quid mirũ in re ita perspicuè nota, vt tanto viro adhæreatur? Cùm quando versaremur in obscuris (quod negatur) non parum proficeret tanti Doctoris sententia (etiam si aliorum deficeret) vt ad eum accedẽdo, quod iustum fuerat, & in iure stabilitum, sequi crederemus.

CONCLVSIO V.

CVM CVLTVS, REVERENTIA, Officium, & celebratio Divo Hierotheo, cedat illi vti Sancto canonizato (de qua sanctitate, testimonio irrefragabili constat A*) tituli alij, scilicet, Natalitium: Prædicatio: Sedes: Martyrium: Baptismus: Mors, & Municipium, quibus Privilegium naturalis adipiscitur, sola illa probatione muni-*

ri debent, ex qua aliqua certitudo moralis deducatur, illud verũ fuisse demonstrans, [B] *nam cultus non conceditur vt naturali, vel vt Episcopo (quamvis prædicta sint impulsivæ causæ) sed vt Sancto: Et quamvis in existimatione, vel credulitate aliquis versaretur error (cùm in re non esset substantiali) nullum inferret substantiale Ecclesiæ damnum, eiusquè infalibili veritati, cùm fuisse Sanctum in comperto erat, ad quod primariò, & necessario dirigitur cultus & celebratio.* [C]

([A] C*onstat*) Licèt Hierotheus fruitus non sit canonizatione, qua hodie vtitur Ecclesia, cùm de illis primis sit Sanctis, qui Catholicam Ecclesiam, post Christi Domini eius Sponsi ad Cœlos Ascensionem, doctrinis suis & prædicatione Evangelij auxerunt, & peragratis totius Orbis Provincijs, seminatione Verbi Dei multos ad Fidem perduxerunt, vndè sanctis operibus onusti, sanctitatequè clari, in pace quieverunt. De istis (priscis illis temporibus primitivę Ecclesiæ) ex eius cõsensu, Summorumquè Pontificum beneplacito apud Fideles sanctitatis suæ specialis quotidie fiebat mentio, inter Sanctosquè numerabantur; hocquè etiam inter Episcopos & Cleros observari quàm plurima Iuris Canonici capita docent, cap. Pronuntiatum de Consecrat. distinct. 3. cap. Conquestus de Ferijs, ibi: *Cæterisquè solemnitatibus, quas singuli Episcopi in suis Diœcesibus cum Clero & Populo duxerint solemniter celebrãdas.* Idem decernuit Concilium Lugdunense, & postremò Tridentinum, sess. 25. de Regularibus, cap. 12. Sequitur Azorius, tom. 2. libr. 5. cap. 6. q. 1. Sicquè antiquitùs canonizatio

Anno Christi Domini 1666.

fiebat Pontificis Sūmi tacito consensu, qui, quod Ecclesia vniversalis in hac re operabatur, approbabat, aliquē vt Sanctum venerando, & Populis talem exorandum preponendo, sicut ante Leonis III. Summi Pontificis tempora in vsu erat, hocquè ferè æquipollet Canonizationi modernę, quę fit cum expresso consensu Summi Pontificis, & Bulla scripta. Ita sensit cum multis Pater Gaspar Hurtado, Societatis Iesu, tract. de Fide, disput. 11. diffic. 15. §. Est autē, ibi: *Cui æquivalet Canonizatio, qua quis scribebatur in Martyrologio Romano; vnde in eo cōtenti possunt honorari, sivè qui modò solemniter canonizantur, nempè eos nominando Sanctos, & eis Templa & Altaria dedicādo, & in eorum memoriam Sacrificium Missæ, & Divinum Officium Deo offerendo, & diem eorū Festum instituendo, & illud observando, & eorū Imagines splēdore depingēdo, & eas, & eorū Reliquias adorādo.* Quæ omnia ad vnguem impleta, & verificata in Divo Hierotheo reperiūtur, cùm à principio nascentis Ecclesiæ in Sanctorū serie numeratus, & adscriptus inveniatur; à Sāctis Patribus, & vtraque Ecclesia Græca & Latina vsque quaque pro Sancto habitus & veneratus, Altaria & Templa eius nomini dicata, plurimis in locis erecta & structa videntur, Imagines cum radijs, & luminibus Sanctitatem eius indicentibus depictæ & dolatæ, Martyrologijs & Fastis Sanctorū adscriptus; Sacrificia, Officia, Festa in eius cultū & venerationē vbique videntur celebrari; quibus ab Ecclesia ita admissis dispositionibus, credulitatē omnem haud adhibere nefas esset. Ità ex Sācto Clemente, lib. 8. constitutionum, c. 39. tenet Cęsar Baronius, tom. 1. Annalium, anno Christi nati 58. num 93. *Non negligentia* (inquit) *in primis omnia videntur, quæ de his apud Clementem scrip*

Anno Christi Domini 1666.

ta leguntur manasse, hæc, scilicet, ex Apostolicis institutis, cùm antiquæ Traditioni de Sanctorum natalitijs celebrandis cōplures antiquissimi Scriptores adstipulentur; nemo certè, nisi Apostolorum auctoritate, rem tantam in nova Ecclesia absque vllo Divinæ Scripturæ exemplo introducere præsumpsisset, neque rursum ab vniversali Ecclesia recepta esset, nisi id omnes ex Apostolica Traditione manasse novissent. Tantam ergo vim illa prima facta Ecclesiæ in venerationeSanctorum habent, firmissima Traditione ad vsque tempora nostra dilapsa, haud minori fidei incremento firmata. Vndè de probatione sanctitatis illorum Sanctorum, qui in primordijs Ecclesiæ nascentis floruerunt disputans Pater Thomas Sanchez, in libr. 2. suæ Summæ, cap. 43. num. 11. hæc ait: *Sufficeret tamèn, vt de sanctitate personæ per Traditionem, aut vniversalē Ecclesiæ consensum constaret, quia hæc canonizationi æquipollēt.* Et licèt verum sit, quòd illis temporibus Episcopi cum Clero, & in Synodis suis Altaria Sanctis aliquibus erigebant, Lipsanaquè eorum Populis adoranda proponebant, & eorum nomini Festos dies assignabant, quæ omnia canonizationi modernæ æquipollēt, vt notat etiàm Gabriel Visciola, Epitom. anno 993. Attamen præcedebant circunstantiæ aliquæ, quæ magis eorum animum sedabant. De quibus agunt Petrus Damianus, Epistola 16. cap. 29. Eusebius, in Ecclesiastica Historia, lib. 4. cap. 14. Idē Visciola, annotat. 58. quarum vna erat scribere Ecclesijs, eisquè fundamenta sui sensus in veneratione alicuius Sācti, & assignatione festivi diei proponere, vt certiùs in re ita gravi necessaria & certa statuerent. Ita effecisse scribitur, Smyrnensem Ecclesiam super Martyrium & Festivitatem Sancti Policarpi. Altera erat facultas, iam à *Sum-*

Anno Christi Domini 1666.

mo Pontifice adepta, vt supponunt Gregorius Nissenus in vita S. Gregorij Thaumaturgi: Tertulianus, de corona Militũ. c. 3. & 13. Cyprianus, epist. 34. & 37. & Origenes Hom. 5. in Matthæũ. Variè, à quo primũ hæc facultas concessa fuisset, scribitur; Polydorus Virgilius, de inventione rerum, libr. 6. cap. 8. à Papa Anacleto, dicit: Alij, quòd à Felice Primo: Cæteri, quòd à Divo Gregorio: At, quòd hæc semper obtineretur, tenet Castellinus, de certitudine gloriæ Sanctorum, cap. 2. punct. 16. num. 28. Ex quibus satis apertè cognoscitur quãta sit roborata authoritate veneratio illorum Sanctorum, qui hanc canonizationem modernam minimè sunt adepti, aliaquè haud indiguisse. Nec de illa ambigere licet, cùm olim Episcopi adscribebant Martyres Cęlestium numero, quod iustis de causis soli Romano Pontifici reservatum est, vt praxis docet, & Conciliũ Illiberitanũ, cap. 48. demonstravit; vbi perdoctè amicus noster D. Emanuel Gũdisalvus Tellez Salmanticẽsis Doctor, & in ea Vniversitate olim in Maiori Conchẽsi Collegio Alumnus, Iuris Canonici Vespertinæ Cathedræ Moderator, nùnc meritissimus Fidei Censor, & Apostolicus Inquisitor in Vallisoletanę Sanctæ Inquisitionis Tribunali, qui nemini in suo munere impar Fidei integritatẽ, errorumquè excidium, indefessis laboribus, curat & provehit; nec relictis literarum lucubrationibus; commissum munus exercet, sed in lucem editis (& quæ prælo exaranda omnium plausus expectat) nostro ævo præcipuis Doctissimis viris meritò compar. In commentarijs novis ad præfatum Concilium, libr. 3. fol. 473. distinguens tempora, mores in adscriptionem Patris Sanctorum in vtroque tempore vsitatos distinguit, rectequè adstruit, nunquãm (sumpto in figu

Anno Christi Domini 1666.

tioso significatu *Canonizationis* verbo) Episcopos canonizasse, licèt constet omnia ea fecisse, quæ tali æquipollent canonizationi: Audiantur eius verba: *Episcopi olim licèt Martyres canonizare non possent, cum hoc omni tempore Pontifici, & Concilio Generali fuerit reservatum, tamen ipsos populo proponebant venerandos, in numeriìquè Beatorum referebant, & proprijs ovibus publicè colendos edebāt; Augustinus in Brevil. Collat. die 3. cap. 13. Euseb. lib. 4. Hist. cap. 14. & libr. 5. cap. 15. Immò & fideles aliquando ipsos Martyres adhùc vivos, & in carne positos colebant. Vndè Prudentius ad Sanctum Vincentium post tormenta in molli repositum culcitra, ait:*

Coire toto ex oppido
Turbam fidelem cerneres,
Mollire præsultum torum,
Siccare cruda vulnera,
Ille vngularum duplices
Sulcos pererrat osculis,
Hic purpurantem corporis
Gaudet livorem lambere.

Imo & aliquando contigisse scimus, vt Episcopus Martyri nedùm extincto Templum dicaret; videretquè Martyr semimortuus titulum sibi adhuc degenti in corpore eripere, quod Sanctæ Encratiæ contigisse testantur Aurelius Clemens, Hymno 18. Martyr.

Hunc novum nostræ titulum fruendum
Cæsaraugustæ dedit ipse Christus,
Iuge viventis domus vt dicata
Martyris esset.

Marcus Maximus in Epigrammate de eadem:

Templa dicata tibi videt hæc in corpore degens,

Anno Christi Domini 1666.

Nec in hac parte ius novum statuit Alexander III. in cap. 1. de Reliquijs & Veneratione Sanctorum, vt vulgo putatur, & in eius Commentarijs probabimus; interim videndi sunt Antonius Saussay in Apparatu ad Martyrologium Gallicanũ c. 22. Olivar post Notas Marci Maximi in Sãcto Ioanne vindicato.

Num. 335 (B *Demonstrans*) Probatio, quæ certitudinem moralem efficiat, illa esse debet, quæ ita verisimilia contineat, vt prudẽti prudenter de ea dubitare nõ sinat. Ita à multis certitudo moralis diffinitur, apud IurisConsultos in leg. 2. §. *idem Labeo* 2. ff. de aqua & aquæ plubiæ arcendæ, &c. ibi: *Idẽ Labeo ait, cũ quæritur an memoria extet facto opere, non diem & cõsulem ad liquidũ exquirendũ, sed sufficere, si quis sciat factum, hoc est si factũ esse non ambigatur, nec vtique necessè esse superesse, qui meminerint, verũ etiam si qui audierunt eos, qui memoria tenuerint.* Moralistæ (ex quibus Pater Thomas Sanchez, lib. 2. de Matrimonio, disput. 45. num. 4.) eam dicunt: *Quæ virum prudentem, attentis circunstantijs occurrentibus, certum reddat.* Sequuntur Sylvester, verbo *Matrimonium* 4. q. 9. distinct. 3. Navarrus in Summa, cap. 22. Covarruvias 4. Decretal: 2. p. cap. 2. nu. 4. Ledesma, de Matrimonio, q. 45. num. 4. in fine. Ex Scholasticis, Angelicus Doctor Divus Thomas ex sententia Aristotelis in 1. & 2. Æthicor. ita diffinit: *Quædam existimatio, qua putat homo hoc, vel illud esse verum, & ad illud sic existimatum movetur coniecturis, quæ in illo genere rerum habentur pro bonis & verisimilibus, vel movetur quibusdam rationibus apparentibus.* Hæ omnes diffinitiones conveniunt, & reperiuntur in probationibus pro prædicatione in his Arevacis populis, & Sede Episcopali Secoviensi Divini

Hierothei; nã (vt latius demonstrabitur in sequẽti cõclusione) adsunt probatio Authorum, informatio iuridica de traditione; traditio etiam confirmata ex Breviarijs; Rotulis; Picturis; Imaginibus; Capellis; Reliquijs; Cultu, & Festivitate. Quę omnia (& quælibet eorũ separatim ab alijs spectata) moralem certitudinem efficiunt ad credendum ita fuisse, & esse, vt illa testantur; & certitudo hæc magnè est testimonio irrefragabili proxima, & quasi realem & physicam continet ex certitudine probationem.

(C *Celebratio*) Tria tãtùm adducemus Authorum testimonia de re hac palàm loquentium: Primus sit Pater Fancilscus Bivarius in dicta sua Apologia pro Flavio Dextro, Vrbano VIII. Pontifici Maximo dicata, vbi § 6. nostram in omnibus defendit conclusionem: *Hæc de sanctitatis* (inquit) *certitudine, difficultate sedata, quæ de Patria eorumdẽ Beatorũ supererat, minus potuit resolvi; ad eam namque decidendam non requirebatur Divina, vel Pontificia irrefragabilis authoritas, sed humana, & probabilis sufficiebat, qualis tunc tẽporis Chronicõ Dextri communiter habebatur. Quod enim quis vt Sanctus vir colatur, diuinæ prorsus, quod verò vt naturalis huius, vel illius vrbis habeatur humanæ vt plurimum authoritati nititur; quandoquidem etiam si in hoc falli cõtigerit, nihil indè Catholicæ veritati Fidei inferretur detrimenti, quo nihilominus fucaretur gravissimè, si immeritus sanctitatis præconijs celebraretur.* Sit secundo in loco Magister Franciscus Ruspuerta, tract. de Sanctis naturalibus Diœcesis Giennensis, punct. 3. nu. 8. ibi: *Para que vn Santo se diga natural de tal Lugar, ò de tal Obispado, no es necessario que conste lo es por autoridad irrefragable de la Iglesia; basta que conste con pro-*

ba-

Anno Christi Domini 1656.

babilidad,ò por fee humana de Anthores graves, memorias,ò papeles,a los quales, varones Doctos, y prudentes juzgan deberseles fee. Et infra: *Como la veneracion, y culto que se dà a vn Santo natural, no mira al Santo en quanto es natural, sino en quanto es Santo tenido por tal, y venerado en la Iglesia, no es necessaria autoridad irrefragable para ser tenido por tal, como lo es para ser tenido, y honrado por Santo.* Tertiam obtineat sedem Pater Antonius Quintanadueñas, è Societate Iesu in lib. *Sanctorum Toletanorum*, advert. 6. *in ordine ad celebrandum*, fol. 17. nu. 7. qui ita in se hac ratiocinatur: *Y si alguno juzgare, q̃ tambien en esta declaracion, y admission, para celebrar vn Santo por natural de vna Diocesi, como la de Toledo, ò otra, ay ocasion de grave yerro, è inconveniente, porque si de verdad no es assi, se declara por Santo el que no lo es, y se le rinde la veneracion, y culto de Missa, y Oficio Divino, y adoracion al que no la merece, porque tal Santo no ha avido jamas nacido, ò muerto en aquella Diocesi, ò Prelado en ella: Se responde, que a quien se rinde este culto, y se celebra, no es a otro, que al que està en el Martyrologio Romano, que es el Catalogo, que ha señalado la Iglesia de los que son, y se pueden venerar por canoniçados, en lo qual no ay, ni puede aver yerro. Luego que este sea natural de Sevilla, ò de Toledo, que aya sido Obispo de aquesta, ò aquella Ciudad (como no se le dà el culto divino en quanto tal, sino en quanto està en el Martyrologio, y al que en èl està) no importa aya yerro, como no importa para su veneracion, y culto, que lo aya en que este Santo sea hijo de tales, ò de tales Padres, en que aya hecho este viaje, ò acciõ, ò estado en tal lugar, ò no estado, y otras cosas que solo tienen fee humana, y vnos las niegan, y otros las afirman de los que escriviero͂*

la vida de tal Santo. Colophonem imponat Doctorum Doctor & Magnus Pater Divus Augustinus, qui dignam ingenij sui sententiam ad nostras sedandas mentes in Inchiridione suo, cap. 21. tulit, ita dicens: *In quibus rebus nihil interest ad capescendum Dei Regnum, vtrum credantur, aut non, & vtrum vera sint sive putentur, an falsa, in his errare, id est, aliud pro alio putare, non arbitrandum est esse peccatum.*

CONCLVSIO VI.

ETIAM SI AVTHORES DE HIErothei Se. o viensi Episcopali Sede deponentes deficerent, nihilque probarent: [A] *Nec Iuridica Informatio de Traditione hac ab Ordinario recepta,* [B] *nullam mereretur fidem, Traditioque prædicta tum ex Breviarijs; Inscriptionibus; Picturis; Imaginibus; Capellis; Reliquijs; Cultu, & Festivitate, & ex nomine Hierothei, ab aliquibus in sacro Baptismatis fonte, recepto, comprobata, nullius fuisset roboris & existētiæ; sola & vnica authoritas Flavij Lucij Dextri ita clarè illam attestās, sufficiēs foret, quia est Authoris clasici; & in primis reperitur quā plurimis titulis authenticata; è Cœlo canonizata; à sacris Doctoribus admissa; à purpuratis Ecclesiæ Principibus laudata; à Rota Romana sequuta; à sacra Rituum Congregatione recepta; à Historiographis, & Chronographis Magnis Illustrata; ab Scriptoribus pasim, amplexa; à Doctis viris, & in Ecclesiastica Historia apprimè versatis, Commentarijs diffusis, explanata; & ab insipientium, indoctorum, Aristarcho-*

Anno Christi Domini 1666.

rumquè hominum morsibus liberata. Vndè, sanctitate Divini Hierothei & cultu probatis, pro sua Secoviensis Episcopalis Sedis probatione & veritate superabundãs, & superfluens reperitur, quæ præter Flauij Lucij Dextri sententiam palam adducta, & ostensa videtur, vt tanquàm Episcopo suo de eo, Officio de Communi celebrare valeant Accolæ Secovienses; nec minimè æstimandus est communis Authorum consensus, quocunque tempore is fuerit, præsertim vbi nihil directè in cõtrarium afferri possit, quod necessariò consensum illum evertat, vbi hactenus nihil contra hunc allatum est, cum & hodie à multis hæc opinio firmiter teneatur.

Num. 337 (A *PRobarent*) Sex supra viginti ad minus numeravimus Authores de Hierothei Episcopali Sede Secoviensi deponentes, ad annum 64. ex num. 167. vsque ad nu. 204. si respiciamus numerum, superplenam videbimus effecisse probationem; si intueamur qualitates eorum, omni inveniemus esse exceptione maiores. Supremus ille Legislator Deus & iustus Iudex, duos, vel tres testes sufficere ad plenè probandum dixit & ad condemnandum, vt legitur Deuteronomij. cap. 17. vers. 6. ibi: *In ore duorum, aut trium testiũ peribit, qui interficietur.* Idem repetit in cap. 19. vers. 15. Et Christus Dominus: *In ore duorum vel trium testium stare omne verbum*; dixit per Evangelistam & Apostolum suum Matthæum, cap. 18. vers. 16. Sic etiam docuit Divus Paulus scribens ad Corinthios, 2. Corinth. cap. 13. vers. 1. ibi: *Ecce, tertio venio ad vos: in ore duorum, vel trium testium stabit omne verbum.* Hoc item in

Anno Christi Domini 1666.

Iure Canonico, & Civili pro regula in probationibus stabilitum invenitur; nàm Vlpianus, de numero testium loquens, ita ait in leg. 12. ff. de Testibus: *Vbi numerus testium non adijcitur, etiam duo sufficiēt: pluralis enim locutio duorū numero cōtenta est.* Et Summus Pontifex Eugenius in cap. *Quotiēs aliqui*, de *Testibus* eumdē numerū assignat ad plenā probationem faciendā: *Quotiēs aliqui* (inquit) *propter cognationem propinquitatis separari petuntur: duobus, vel tribus testibus adhibitis, qui de eadem consanguinitate supersint, vel totidem senioribus, & melioribus loci eiusdem id debet legitimè comprobari.* Consonat glossa in c. *Præsul*, 2. q. 5. sequuntur Abbas, & cōmuniter Scribentes in c. *At si Clerici de Iudicijs*; & Antonius Gomez, tom. 3. *Variarum*, c. 12. n. 9. Si ergo numero duorum, vel trium testium nititur veritas in probationibus, quid dicetur de viginti sex cum Traditione iunctis? Ita omnibus requisitis ad probandum, & fidem faciēdam præditis? Quis dubitandi relinquitur locus? Nec prudenti homini, vt prudenter de eius veritate ambigat, sed magna (& quasi physica) certitudo moralis oriatur, qua verum fuisse, quod dicitur, sine hæsitatione credatur.

Num. 338 (B *Recepta*(Cùm iam anno 64. à nu. 156. vsque ad 177. de hac simus Informatione locuti; de Traditione etiam istius Ecclesiæ Secoviensis; & de Authoritate Dextri, ne iterata lectione exacerbemus Lectorem, cùm ibi iam lato calamo de singulis egerimus, illùc non pigeat oculos evolvere, si forsan è memoria lectæ illæ notatiunculæ exciderunt.

Anno Christi Domini 1666.
Num. 339

APOSTROPHE.

EX pręmissis antecedentibus dictarum Cōclusionum illa videtur legitima deduci cōsequentia: Episcopum Hispanum, attento *ordinario Iure*, *delegato*, & *privilegiario* (toties ad praxim redacto) iubere posse de Sanctis suæ Diœcesis Naturalibus celebrari. Ad quod, aliud non leve argumentum effici valet potestatem prædictam firmans, desumptum ex veneratione, & cultu Reliquiarum ad celebrationem Sanctorum canonizatorum; quod maximè vrget, cùm sit de maiori ad minus in eodem genere, & validissimū in Iure, leg. in *Suis*, in fine, ff. *de Liberis & posthumis*, leg. *Nec in ea* 22. ff. de *Adulterijs*, cap. *si Paulus*, & ibi glos. 32. q. 5. c. Si ergo 8. q. 1. Nàm Concilium Tridentinum sess. 25. de *invocatione Sanctorum* in exponendis populo Reliquijs Sanctorum venerādis, pręscriptum hoc, formulāque servandam iubet Episcopis: *Nulla etiā admittēda* (inquit) *esse nova miracula, nec novas Reliquias recipiendas, nisi eodē recognoscente & approbante Episcopo, qui simul atque de ijs aliquid compertum habuerit, adhibitis in consilium Theologis, & alijs pijs viris, ea faciat, quæ veritati & pietati consentanea iudicaverit.* Consilia hæc Theologorum, quæ Concilium recipere iubet Episcopo, non sunt, nec debent esse decisiva, sed tantum consultiua, hoc indicat verbum illud *consilium*, cuius natura est, vt quamvis ad deliberandum excitet, non tamèn ad sequendum obliget, leg. *Cùm Pater* 77. §. *Mando*, & ibi Bartholus, ff. *De legatis* 2. leg. 1. §. *Idem Pomponius*, vbi glossa, verbo *Qui rem*, ff. *Depositi*, leg. 1. § *si vero suaseris*, ff. *De pœnis*, Farinacius *In praxi crimi-*

na-

nali, q. 129. per totam: Latè Pater Thomas Sanchez, *De Matrimon.* lib. 1. disput. 34. n. 24. Et in proprijs terminis, lib. 2. *Summæ*, cap. 43 num. 15. ibi: *Tenetur autem Episcopus ad hanc Reliquiarum approbationem faciendam adhibere in consilium Theologos, & alios pios viros, vt expressè deciditur in prædicto Tridentini Decreto; at, ipsorum sententia audita, solius est Episcopi decisio. Quippe Tridentinum tantùm petit, vt eos in consilium adhibeat, at vbi solùm alicuius consilium petitur, non est necessè illud sequi, nec cõsultus habet suffragium decisivum, vt probavi libr. 1. de Matrimonio, disput.* 34. *num.* 24. Sequuntur Bonacina, disp. 3. quæst. 1. punct. 4. n. 6. Trulleńch. lib. 1. in caput 6. Decalogi, dubio 8. num. 7. Castreus Palaus tom. 2. disp. 1. punct. 6. nu. 5. & alij. Sed nunc quæritur, quænam certitudo requiratur in approbandis supradictis Reliquijs? Et videtur solùm necessariam fuisse certitudinem moralem deductam ex probabilibus argumentis, non autẽ evidentiã, & argumenta infallibiliter concludentia. Ita in terminis Pater Antonius Diana, part. 2. *Resolutionum Moralium*, tract. 1. Miscellan. resolut. 15. sed priùs eam tenens sententiam docuit Ambrosius à Morales egregius Hispanorum Historiographus, in 2. part. *Historiæ Generalis Hispaniæ*, lib. 17. cap. 5. in fin. vbi enarrans inventionem sanctorum corporum, quæ Cordubæ anno 1575. invẽta sunt; circa certitudinis illorum probationem hæc ait: *Para todo lo que de esto se tratarà, conviene mucho advertir, como en la materia deste santo negocio no puede aver evidencia, ni argumentos que del todo concluyan, sino vna buena probabilidad moral deducida de buenos principios, y fundamentos, de donde se formaràn razones que tienen toda la fuerça, de que es capaz la*

Anno Christi Domini 1666.

materia, por ser estas cosas de suyo dificiles de averiguar, y que se debe tener en mucho qualquier apariencia de buena razon, y conveniencia que se pue de hallar. Et in libr. 13. cap. 37. loquens de Cruce ab Angelis fabricata tempore Regis Alphonsi, cognomento Casti, sic asserit: *Es menester que tẽgamos en semejantes cosas vna piadosa aficion en nuestra alma, la qual sin falta, andando examinandolo todo, no ay nada que no deseche, y condene: Porque yo pregunto, que milagro podrà aver averiguado; que Reliquias de Santos ciertas, sino queremos creer con blandura de coraçon, sino porfiar contradiciendo? En todas se hallarà siempre algo, de que se pueda dudar, si se andan escudriñando menudencias con rigor, si se desembuelven particularidades, si poniendolo todo a pleito, queremos que todo estè averiguado, y manifiesto.* Hoc certius redditur ex dictis num. 310. vsque ad 313. vbi egimus de probationibus pro Sede, seu alio titulo natalium Sanctorum, & comprobatum reliquimus, solùm illam probationem necessariam fuisse, quæ certitudinem quamdam moralem efficeret, non physicam & realem, quæ solùm ex testimonio irrefragabili nascitur; sed hæc sola sufficit ad Reliquias populo venerandas proponẽdum (præmissis illis requisitis à Concilio iussis) cur nõ ad celebrationem concedẽdam? Cùm non solùm eadem ratio, sed maior pro celebratione existat, vndè eadem debet esse Iuris concessio & dispositio; quod patet; nàm maius periculum versatur in venerationis & cultus Reliquiarum mandato, quã in celebrationis præcepto, quia licèt nõ possit dubitari de eorum sanctitate (cum semper de canonizatis Sanctis intelligi hoc debeat) declarari poterit, istam, vel illam Reliquiam esse illius Sancti, quæ verè non sit, sed alterius, & licèt error non sit

Anno Christi Domini 1666.

in substantiali re (cùm Reliquia sit Sancti) saltèm error in accidente, id est, in persona erit, quia non est Sanctus, qui existimabatur, sed alius, licèt reverà Sanctus, & pro tali habitus, & eius Reliquia venerationi, & cultui publico exposita. Hic error haud in celebratione versari valet, quia celebratio datur Sancto & tali Sancto, dubium minimè existens nec circa sanctitatem, nec personalitatem, non præstatur cultus & veneratio vt naturali (licèt in hac, vel illa Ecclesia motiva causa sit aliquis titulorum illorum, quibus privilegium naturalitatis adquiritur, nempè *nativitas, Baptismus, locus Martyrij*, & alij; ad quæ respicientes Summi Pōtifices Pius V. & Gregor. XIII. privilegia hæc Hispanis Ecclesijs concessere) sed vt Sancto canonizato.

CONCLVSIO.

Num. 340 QVibus fundamentis & rationibus Secoviē sem Episcopum de Sāćto Hierotheo, Primo Præsule & Episcopo Secoviēsi celebrare posse, & Ecclesijs Diœcesis suæ, vt de illo recitent Officio de communi, sacrificiaquè peragere præcipere, valere creditur. Sed iudicandum maiori cēsuræ relinquitur, die nona mensis Iunij, anno à Christo nato 1666.

Didacus Episcopus Secoviensis.

Num. 341 ([B] *Complutensis Vniversitas.*) Die 10. mensis Decembris, anno datæ salutis 1666. de mandato Claustri Vniversitatis Complutensis D. Ludovicus à Serna & Anuncibay Secretarius infrascriptum testimonium, & Vniversitatis, ad hāc Con-


sul-

Anno Christi Domini 1666.

sultationem, censuram misit, quæ ad vnguem relata, sic se habet.

CENSVRA

VNIVERSITATIS COMplutensis.



SERIO & accuratè expēsa hac sacra & erudita Consultatione per sapiētissimos Doctores (ad id speciatim nominatos, & destinatos) Franciscum Ignacium de Porres: Reverendum Patrem Magistrum Fratrem Martinum de Villanueva, & D. Michaelem Moez de Iturbide; ex illorum consilio & voto, simulquè ex totius Claustri approbatione, suffragijs & cōsensu Vniversitátis Complutensis, censuit: In primis, Divini Hierothei Sanctitatem consignatam Romanis Fastis, Græcorumquè Menologijs celebrē (omni Ortodoxo & ævo & Orbe) solemni, stataque religione cultam ex inelectabili præscripto Apostolicæ Sedis.

Deindè satis probabiliter credi posse, excelsum hunc virum natione Hispanum fuisse ex probatissima multorum (adhuc exterorum) Scriptorum contestata relatione; nec non & primum extitisse Episcopum clarissimæ & vetustissimæ Vrbis Secoviæ in Arevacis ex diligenti Historicorum examine, qui res nostras penitiùs & propriùs introspexerunt; sive accitus ex Athenis fuerit suæ gentis amore; sive ad has Occidentales Provincias missus à primævis Catholicæ doctrinæ Magistris, vtcumque id præstitum Fidei zelo.

Et tandem lubens acquiescit Vniversitas asserentibus virorum sublimes Dignitates civiles na-

Anno Christi Domini 1666.

tivitates efficere. Quo Iure existimat(ex concessione favorabili pro Regnis Hispaniæ Gregorij XIII. Pontificis Maximi, & felicissimæ recordationis) indultum esse Illustrissimo & Reverēdissimo Episcopo Secoviensi, vt valeat Ecclesiasticam celebrationem præscribere in honorem Divinissimi Hierothei, eoquè Episcopalis dignitatis titulo frui posse privilegijs exhibitis in favorem Sancti naturalis. Quod piè censet Complutensis Academia, reverita osculataquè Romanæ & Apostolicæ Cathedræ iudicium, cuius semper est id stabilire & decernere. Datū Compluti, die 10. mensis Decēbris, anno Christiano millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto. Doctor Balthasar Santos de S. Pedro Rector, Doctor Theologus & liberalium artium Cathedraticus: Doctor D. Thomas à Castillo, Doctor Iuris Canonici & Primarius Cathedraticus: Doctor D. Andreas Lucius à Villegas, Doctor in Iure Canonico: Doctor D. Didacus à Barcena, Doctor Theologus & liberalium artium Cathedraticus: Doctor Barnabas à Garate, Doctor Theologus & liberalium artium Cathedraticus. De mandato Claustri Vniversitatis Complutensis, D. Ludovicus à Serna ab Anuncibay Secretarius.

Num. 342 Censoris cōmendatio.

Quanti apud omnes fuit semper huius magnæ Vniversitatis Complutensis censura, satis apertè fassi sunt, qui in Scientiarum omnium studijs florentem aliarum omnium in toto dispersarum Orbe minorem haud invenerūt, imò Emporium litterarum eam agnoscentes, meritò Compluti esse indigitant, quia compluit ibi cum indefesso, & quotidiano studiorum labore imber sapientiæ, qui non solum Hispania nostra, sed vniversi Orbis irrigās terras, fructibus bonarum litterarum abundare facit, & ditat.

Anno Christi Domini 1666.

Num. 343

Nec silère patitur, quæ in Chronici Flavij Dextri laudem accepimus ex Epistola quadam Doctoris Francisci Ignatij à Porres istius Vniversitatis emeriti Filij, in Sanctorum Iusti & Pastoris Collegiata Ecclesia Canonici, & Græcę linguę Primariam Cathedram regentis, viri in omnigena literatura permaximè docti & versatissimi; sic in præfata Epistola (missa 8. mensis Ianuarij die, currentis anni à virgineo partu 1667.) proloquitur: Tomandome alguna mayor licencia, dirè (para consuelo de lo que V.S.I. ha obrado) lo que siento, y debe sentir todo el mundo de la razon: Lo primero, que dudar de la verdad de los escritos de Flavio Dextro, por hallados, ò impressos en este siglo, es abrir puerta a la osadia, para tener por sospechosos en su credito à otros muchos, cõ gran perjuizio de la virtud, y hazañas gloriosas de la santidad. Las obras (Ilustrissimo Señor) del grande Eulogio, quando parecieron, ò quantos siglos se ocultaron? Dudelas el ceño de los eruditos, y toda la gloria de aquellos invictissimos Martyres, que nos engrandece, quedarà escurecida. Y si el ser Escritor nuestro le haze, en lo que dize, sospechoso, no creamos sino a lo que dixere el estraño, ò el enemigo, y quedaràn todas las naciones sin meritos. Ello es cierto (Ilustrissimo Señor) que cada vno sabe, y alaba lo que conoce, como propio de su Reyno, y que olvida, ò yerra lo que esta distante de su Pais. Eusebio Cesariense, como Escritor Griego, tocò lo que era glorioso à su Patria, poco, ò nada de los Latinos; San Geronymo, que continuò el Chronicon de Eusebio, tratò de los Romanos, y olvidò a los Griegos; imitaronle en esto Prospero Aquitanico, y Victor Turunense, pues tratan de las cosas de Africa, y de Aquitania, de donde eran naturales los que es-

cri-

Anno Christi Domini 1666.

criviã. Prosigue Idacio Lamecense desde los tiẽpos en que acabò S. Geronymo, y toda su Chronica es singularmente de España, por ser Español. Iuan Beclarense pretende continuar a Prospero, y a Victor, y lo que escrive es lo que pertenece a los Godos, a quien obedecia. Manuel de Sousa Faria no hallò vn solo varon Castellano a quien alabar, por tener en la mano pluma Portugues. Pregunte V. S. I. por los hechos esclarecidos, gloriosos de los Martyres de la primitiva Iglesia a todos los Escritores Gentiles, y apenas hallarà en alguno dellos, ni memoria de la crueldad con que los despedaçaron sus Principes, ò Emperadores. Hemos de dezir, que no tuvo varones grandes Castilla, porque no los publica el Francés? A Theophilo Raynaudo creemos, porque haze a Leon Patria de todos los hombres insignes, y a Flavio Dextro le tenemos por fabuloso, y fingido, porque nos refiere vna gloria de España. S. Gregorio Turonẽse escrive, que San Hermenegildo mereciò morir por mal obediẽte a Leovigildo su padre, y señor, escrivia en Francia, y no supo la verdad, ni el motivo de la muerte esclarecida de Principe tan glorioso. Las noticias de Flavio Dextro, de Marco Maximo, de Luitprando, de D. Iulian Barreso Arcipreste de Santa Iusta, deben ser veneradas por todos los hombres que viven a la razon, y es de mas credito el testimonio de vno de nuestros Escritores, que assegura vna gloria de este nuestro Reyno, que el olvido, ò silencio de muchos otros Coronistas, que no mẽcionan lo que no supierõ, ocupados solos en las materias de su naciõ. Perdone, o disculpe V. S. I. esta digresion, que no es facil al sentimiento callar.

Censoris cõmendatio.

Argumentum hoc non solùm efficax, sed validissimum esse, quisquis inveniet, qui non solùm

Anno Christi Domini 1666. *Ecclesiasticas, sed profanas Historias solicitè evolvit, politissimi ingenij est, & eius, qui diligẽtiam non contẽpsit, Religionẽ rectã amavit; in divinis Scripturis studiosus & eruditus; & in sæcularibus litteris egregiè doctus fuit semper repertus, quibus summam apud omnes suæ virtutis excitavit existimationẽ. Nosquè cum Iulio Pogiano in Marcelli Papæ, huius nominis Secundi, laudatione, dicere de eo iustè possimus; omni laude cumulatus, mirum ingenium in excogitando, in providendo cõsilium, in exponendo gravitas, in docendo facilitas, in persuadendo vis, in agendo industria, in cõficiendo celeritas, ad stuporem usque præfulserunt.*

Num. 344 (c *Moderatores*) In Pinciana Vniversitate Theologiæ Sacræ, Iurisquè Pontificij Primarias Cathedras regentes etiam pro celebratione Divini Hierothei (vtì Secoviensis Episcopi) Officio de communi, prętermisso ad Apostolicam Sedem recurso, ferunt iudicium. Vniuscuiusque lubet (vt iacent) afferre sententias, ne videamur earum vtilitatis aliquid subtrahere Lectori, quamvis non sine rubore inscitiæ nostræ contrarium, quod experimur in nobis, calamo nostro conscribere cogamur.

CENSVRA

DOCTORIS D. FRANCISCI Aguado, Canonici Magistralis S. Ecclesiæ Vallis-Oletanæ, Viceecancellarij, & Primariæ Theologiæ sacræ Cathedræ, illiusque Regalis Vniversitatis, Regentis.

Num. 345 HE visto este papel de verbo ad verbum cõ particular cuidado, atencion, y estimaciõ,


y añado sin lisonja, que con admiracion tambien de su mucho estudio, trabajo, y doctrina, porque no ay §. en él, que no lo merezca todo, al qual no tengo que añadir; de él si mucho que aprender, y mucho que embidiar a su Autor; merece de todos la aprobacion, y aplauso que otro qualquiera, y muchas gracias, pues ha empleado su mucho ingenio en cosa tan de el servicio de Dios, y honra de su Santo antecessor, que es bien de todos los Fieles; mi parecer es el suyo en todo, y para el intento, no solo le juzgo suficiente, sino superabundante, salvo meliori iudicio. Valladolid, y Noviẽbre 9. de 1666.

Authoris istius censura, si inspiciamus suarum litterarum apices, fastigiaquè obtẽta, meritò apud omnes magnæ debet esse authoritatis; at maioris, si præponantur egregiæ eius animi dotes, præstantiũquè virtutum gloriæ, quibus dignus efficitur, ut perenni suorum, aliorumque memoria celebretur, & sicut primus ordine in Theologiæ Sacræ Cathedra computatur, primus etiam meritis honoretur.

CENSVRA

REVEREND. PATRIS MAGISTRI Fr. Ioannis Diaz de Herera, Ordinis Beatæ Virginis Mariæ à Mercede Redemptionis Captivorum, Provincialis Castellæ, & Vespertinæ Theologiæ sacræ Cathedræ in Universitate Vallis-Oletana Cathedratici.

Num. 548 Censoris cõmendatio.



E visto esta Consulta, y decision, y quanto he admirado su erudicion, he sentido no poder añadir cosa que adelante la resolucion, porque es tã pia, que todos debieramos añadir ponderaciones

Anno Christi Domini 1666.

en su apoyo, y quando entre tan llenos discursos no huviera mas que los exemplares tan en terminos propios, que en el num. 331. refiere su Ilustrisima, bastavan a hazer probable, y plausible esta materia, respecto de que no pueden escōderse estas noticias de tātos años, y en tan distintas partes, a la Sacra Congregacion de Ritos, y à no confirmar, ò aprobar tacitamente alomenos esta costumbre, parece que la huvieran estorbado, y hecho suspender, los Reços que en dicho n. 331. se refieren, y de no aver salido Decreto ninguno en contrario, se infiere vn tacito consentimiento, y aprobacion de dichos Oficios. Por lo qual, y por tanta erudicion como en todos los puntos tan del principal de esta Consulta, autoriça, y assegura esta materia, soy del parecer de su Ilustrisima, y me holgarà acertar a darle gracias por tā lustroso estudio, como conozco las merece el logro de su zelo. Pero como dixo Enodio: *In magnis nec summa mirantur*. A cuya causa depongo ponderaciones, y repito rendimientos à tan fundado dictamen, y suplico a su Ilustrisima, que pues le ha enseñado a practicar, le practique sin dudar, que quantos vieren este estudio, aprenderan, y no dudaran resolver con su Ilustrisima, como lo hago. En este de Nuestra Señora de la Merced, Valladolid, y Diziembre 14. de 1666.

Num. 348

Censoris cōmendatio.

Non relatu tantum, sed experientia de litteris, religione, & prudentia viri huius multa loqui possemus, quæ haud parum commendabilem redderent, & iudicij securitatem censuræque adstruerent & firmarēt. Sufficiat hoc tantum asserere vndequaque extasse Doctissimum, & ob eius notissimas & non satis laudatas litterarum lucubrationes, & in declamandis ad populum sermonibus egregiam lepiditatem; meritò inter sui Or-

di-

Anno Christi Domini 1666. *dinis clarissima sydera numerandum.*

CENSVRA

DOCTORIS D. EMANVELIS ROman & Valeron, Iuris Pontificij Primariæ Cathedræ in eadem Vallis Oletana Vniversitate Moderatoris.



Num. 349 HE visto esta Consulta, y mi parecer es, que està el argumento principal de ella tratado, y resuelto con mucho acierto, y con suma erudicion ilustrados todos los puntos concernientes a su decision. Conformome en todo con la de su Ilustrissima. Valladolid, y Febrero 16. de 1667.

Num. 350 *Otiosum, inaneque est de isto magno & fulgido Iurisprudentiæ fanale aliquid pangere, cùm in qualibet laudationis oratione tempus deperdere sit necessum. Addantur in illa Pinciana vrbe iudiciaria fora, vbi litium decertant partes, vt pro Aduocato suo habeãt Valeronem, ita eius sciẽtia, labore, basra locutione nixæ, vt in litibus suis victoriam, nancisci certò credant & sperent.*

Censoris cõmendacio.

CENSVRA

LICENT. D. IOSEPH SANCHEZ SAmaniego Vallis-Oletanæ in Maiori Sanctæ Crucis Musæo Togati, & illius Licæi sacrorum Canonum Vespertini Moderatoris.

Num. 351 TEngo por muy probables, y de toda autoridad para la decision de la Consulta, las

Anno Christi Domini 1666.

razones, y fundamentos puestos en este papel por el señor Obispo, y por muy dignos de la aprobacion de los Doctos, y de la erudicion, doctrina, prudẽcia, piedad, y zelo de tan gran Prelado. Cõformome con su resolucion. De esta Hospederia de Santa Cruz del gran Cardenal de España mi señor. Valladolid, y Febrero 18. de 1667.

Num.352 *Collachrymentur Vallis-Oletanæ Scholæ Sanctæ Crucis Magno Musæo viro hoc tãquàm iam hospite paululum fruituræ, nàm meritò ex eius acri & viuido ingenio omni literarum cognitione exculto, ad altiora Dignitatum culmina quàtotiùs eventurum spectare debeant; & licèt Philosophi sententiam sequens* altiora se non quęrat, *certè haud quærẽtibus magis deberi existimatur, vndè contigit, vt celerius non quærentibus obuiam procedant.*

Censoris cõmendatio.

Num.353 Haud defuère illorum literatorum virorũ, qui in Academia Salmanticensi in Hispania nostra (imò in toto terrarum Orbe) celeberrima primarias regunt Cathedras, suffragia, nostram non solùm amplexantes sentẽtiam, sed prędictam Consultationẽ missam omnigena literatura exornantes & locupletantes, quæ non pigebit multoties lectione percurrere. *Sed quid mirum? Vndè percontamur, num in consulendo, num in iudicando, num in conscribendo & docendo, celebriores & primores exijerunt homines? Qui totius literaturæ vberiore fruge haud nostram Hispaniam cum honore tàm in bello, quàm in pace sistere faciunt? Nõ de hoc rectè magnorum virorum conventu Tribunalia, Senatores, Iudices, & Præsides indunt? Nõne status & belli Suprema Regalia Cõsilia Togatis reguntur? Et Ecclesiæ Summis suis Præsulibus & Episcopis; ibi prius in literarijs certaminibus athletis validis, posteà in scientia, virtute, & pru-*

Censoris cõmendatio.

dentiæ primis gaudent? Sublimem sophiam indit hæc fortunata tellus nostra.

CENSVRA

DOCTORIS D. IOSEPHI FERNANdez de Retes Iuris Civilis Primarij Salmantini.



Yntagma, quod imperando & exhibendo Diœcesano cultui Divino, eximio & quodammodo sacro Deo Hierotheo Episcopo tā Athenarū, quàm Secoviensis apud Arevacos nostros Vrbis elaboravit, affabrè & piè cōstruxit Illustrissimus & Reverendissimus D. Didacus Scholanus eiusdem Vrbis Secoviensis Præsul dignissimus; legi sedulò, relegiquè, copia, pietate, & zelo pellectus; imò inescatus. De eo censere iubeor, primusquè sententiam ferre (inverso prorsus ordine) aliæ quippè artes meæ, qui ius civile tracto, alij artus, quos tāto ferendo oneri impares agnosco, quare elogijs meritoquè encomio parcens, vt obsecundem imperanti, quid de ea recenseam (vt est in veteribus formularum) breviter dicam & disseram, cùm amplitudini huius scripti vix quidquam adijci possit, nisi ex ipso desumendum sit. Verùm, quia nostræ censuræ, quæ nulla est, hunc tacendum, publicandum vè iniungis, patienter fer nostram sententiā. Quibus verbis Præsulem Toletanum Alvarus noster Cordubensis nobilis Gothus alloquebatur in re simili, in rescripto ad S. Eulogium, quod extat 1. p. tom. 19. Bibliothecæ Veterū PP. possem & ego alloqui eum, qui in me Imperium habet, nobilissimum nostrum Cancellarium D D. Mathiam de

Anno Christi Domini 1666.

Rada Equitem Calatravensem à Regijs Consilijs, cùm me primum ferre sententiam, censereque de tanto syntagmate iusserit.

Num. 355

Quædam in hoc scripto sunt certissima fide tenenda; quædam innixa morali certitudine, quā Moralistæ appellant *probabilitatem*; quędam, quæ adhùc subiacent disputationi. Certissima fide tenēdum est, Hierotheum solemni vetustissima, & primis Ecclesiæ temporibus frequentata apotheosi in Sanctorum Catalogum esse relatū, & impiè prerogativam hanc denegari posse illi Sancto, quem vt talem nobis proponunt Menologia Græca, Martyrologia Latina, Ecclesiarum Dypticæ, & alia monumenta, quæ solerter doctèquè affert Illustrissimus huius chartæ Scriptor. Morali certitudine innitur fuisse Episcopum Segoviensem, licèt de loco obitus liquido non constet, cùm sic nobis contestatum reliquerit Scritor sacer, & Illustrissimus compendiosæ Historiæ Author Lucius Flavius Dexter, qui ineunte, aut circiter quarto Ecclesiæ sæculo omnimodā suam adornavit, maximo Ecclesiæ, reiquè Hispanæ fructu, & splēdore. Cui enim in similibus narrationibus fidem faciunt gravissimi Prælati, viriquè doctissimi, qui ab ipso instructi post restauratam eius editionem, vel præceperunt aliquid, vel scripserunt, nemo moraliter prudens fidem non accommodabit, cùm non habeat vrgentiora testimonia, quibus devincere possit sibi potius esse credendum, aut confidendum, quæ hac in re planè deficiunt. De fide tamen Dextro præstanda satis, abundèquè Illustrissimus Scriptor agit, vt me in eius sententiam pertrahat, non diffiteor tamen de re eadem me iuvenem, cùm petitioni Cathedrarum nomē dedi in hac Alma Academia, cum amico, heu! quondàm, meo Roderico Charo

Hispalensi, eruditissimo quidem viro, & de antiquitatibus Hispaniæ optimè merito, commertio Epistolari mihi familiari traxisse contentionem. Traxit quoque lumen Academiç Principis, columen litterarum, amplissimus Indiarum Præses, magnus Prçceptor meus D. D. D. Franciscus Ramos del Manzano, cuius disceptationis vestigium nobis restat in supplicationis ad Sāctissimam Sedem, de Episcopatibus Lusitaniæ, Procemio, aut præsuppositionibus num. 99. fol. 20. Non tamen tantā, aut tàm pertinacem, vt fidem libro Dextri vellem elevatā, quam etiam constanter tuebatur magnus Præceptor, sed vt agnosci possit, quædā & non magni ponderis hodie in eo legi, quæ non exciderint Dextro, sed Editoribus imputāda sint, vel forsàn vetustis ex Scriptoribus. Subiacent adhùc disputationi duo: *Primum*, an virtute Diplomatum Pij V. & Gregorij XIII. Summorum Pōtificum Dominis Prçlatis liceat, comperta naturalitate alicuius Sancti, sic expeditè & facilè nostri loquuntur, præcipere vt in suis Diœcesibus celebretur, colatur speciali cultu, non tamen Officio, sed communi Sanctorum illius Ordinis, & classis, veluti Confessoris, aut Martyris, aut Pontificis absque regressu ad Apostolicam Sedem: *Secundum*, cùm nec sit Patronus Almæ Ecclesiæ Secoviēsis, nec gaudeat ipsa lypsanis in portione cōsiderabili (sic dicunt) Divini Hierothei, possit decerni celebratio; ex quo piè & probabiliter creditur, vetustaque Traditione receptissimum est gessisse Episcopum in præfata Ecclesia sacratissimum Doctorem propter titulum *naturalitatis* ad illa verba Gregorij: *Vel illius Diœcesis sunt naturales.* De primo, quod magis morale est, & Ecclesiasticæ œconomiæ, quàm iuridicum, aciem disputationis distinxit, exacuitque Illustrissimus Scrip-

Anno Christi Domini 1666.

tor huius Operis, cum amico meo & mihi admodum venerando Reverend. Patre Magistro Fr. Ioanne Martinez de Prado, eius fundamentis & rationibus opponens à pari, vel ex æquo fundamenta, rationesquè, & praxim deniquè Hispaniç, quibus solidé satisfacit huic rationi dubitandi, & ita seriò & ex animi sententia censeo, nec aliquid mihi suppetit vlterius, quod respondeam, reponamvè. De secundo disputare mihi iniunxi, prout munus postulat, ponendo magis, quàm quærendo, ne pagina nostra nauseam moveat illis, qui à nobis approbationem expectant, non probationem.

Num 356 Vt ergo de verbo *Naturalis* dicam, notandũ est eius duplicem esse significationem, naturalem (vt sic dicam) aliam, aliam impositiciam, sivè à Iure, eiusquè impositione provenientem; vtramque verò propriam, & quç vsui, praxique negotiorum adaptatur. Naturaliter, & ex sono vocis significat oriũdum originarium, qui revera, semota omni fictione, tali in loco natus fuit, sivè primam illam terram, quæ cadẽtem à matre excepit, fovitque sinu, vt ait Poeta. Sic in l. 1. ff. ad Municipalẽ, l. Cives 7. C. de Incolis lib. 10. & in titulo eodẽ, & C. ad Municipalẽ, & originar. & in aliis Iuris locis, quæ in re cõperta adducere nõ multũ est necesse. In hoc sensu Divinus Hierotheus naturalis Vrbis Secoviensis filius, vel eius Diœcesis dici non potest, cùm nullum testimonium habeamus, ex quo possimus convincere ibi natum fuisse, quin potius aliæ Vrbes ab Historicis eius natali condecorentur, de quibus noster sermo non est. Impositiciè vero significat civem allectum (nos dicimus naturalizatum) qui beneficio Iuris eàdem prerogativa gaudet, ac verè in illa Vrbe natus; de qua allectione agitur in dicta lege prima, & in dicta l.

7. apud

7. apud nos *cartas de naturaleza* appellantur in l. 14. cum sequẽtibus, tit. 3. lib. 1. Compilationis, & in lib. Ordinationum Cancellariæ Pincianæ lib. 5. tit. 8. Rescriptũ extat D. Philippi II. de generali allectione totius Regni Navarræ, quod etiam refertur in Remissionibus dicti tituli 3. Privilegio enim naturalitas, sive origo adquiritur, dicta leg. 1. ad Municipalẽ, ibi: *Nisi forte privilegio aliquo*, leg. 6. C. de Incolis, lib. 10. Paria enim sunt inesse alicui qualitatem per naturam, aut per legem hac in re, vt post Baldum docuit Amaya in dicta l. 7. num. 65. Quam doctrinam vt veram, praxique omnimodo tenendam agnoscũt Platea, & Lucas de Pena in dict. l. 7. & ex his Gregorius Lopez in l. 2. tit. 24. part. 4. glos. 14. Cæpolla in leg. 2. ff. de ventre inspiciendo, n. 21. Rolandus à Valle cons. 79. num. 2. libr. 3. Mascardus de probationibus, conclus. 1141. n. 2. Quintil. Mandosius in Regula 3. de reservat. q. 19. num. 6. Burgos de Paz in l. 3. Tauri, conclus. 3. num. 366. Gutierrez consil. 7. num. 7. Mieres de Maioratibus 1. p. q. 51. n. 86. & duobus sequentibus, Nuñez de Abendaño de exequendis mandatis, libr. 1. cap. 3. num. 5. vers. *Naturalis autem*; Acebedo in leg. 19. tit. 3. lib. 1. Compilationis, n. 1. Nicolaus Garcia de Beneficijs 7. p. cap. 9. num. 31. Carleval de Iudicijs, 1. tom. tit. 1. disput. 2. ex num. 110. Narbona in leg. 20. tit. 1. lib. 4. Compilationis, glos. 2. num. 159. Qui tamen omnes excipiũt casum obtentionis Beneficiorum, propter Regias nostras sanctiones, quæ oriundos petũt, certis assignatis qualitatibus, quæ in his naturalitatibus à Iure inductis minimè possunt inveniri, vt edisserit Carrãza de partu c. 4. in principio ex num. 52. vsque ad finem. Nos verò loquimur in materia favorabili, & communi, in qua pari passu currit (vt aiũt) vtraque naturalitas,

Anno Christi Domini 1666.

sivè ab ortu vero, sivè à Iure inducta sit; Barbosa de appellationibus vtriusque Iuris signif. verbo *Cives*, maximè num. 5.

Num. 357 Cùm ergo origo physica allectione nō omittatur, saltèm quoad honores, l. 11. de Senatoribus, l. Municeps 23. ff. ad Municip. l. 2. C. vbi Senatores, vel clarissimi; Boerius q. 11. num. 1. Faber in Codice Decisionū Sabaudiæ, lib. 9. tit. 19. diffinit. 10. Narbona, dicta glos. 2. num. 57. consequens est, vt vna eademquè persona diversas origines, sive naturalitates possit referre, alteram ab ortu, alteram à lege, gratia, aut priuilegio. Quam consequentiam ea copia sibi assumpsit fundandam Narbona numeris sequentibus, vt nos levet labore, si allegatis ab eo Auctoribus abscedamus. Nullum ergò inconveniens erit secundùm Iuris cōceptum, & proprietatem, vt Divinus Hierotheus ortu Astigitanus, naturalis Secoviēsis Vrbis possit dici, si in eam legitima allectione transivit.

Num. 358 Inter modos legitimæ allectionis, quos cum magno Magisterio ex Iuris communis Regulis, & glossarijs vetustioribus ad decem reduxit noster Alphonsus Sapiens in l. 2. tit. 24. part. 4. duo conveniunt magis præsenti inspectioni: Primus est, qui contingit per assecutionem perpetuæ Dignitatis, veluti Senatoriæ vt de temporarijs nihil dicta leg. 23. ad Municipal. ibi: *Municeps esse desinit, Senatoriam adeptus Dignitatem, quantum ad muneras quantum verò ad honores, retinere creditur originem.* Comitatur verò origo allectionem in tantum, vt ordine motus, id est, Senatoria expunctus Dignitate, necùm amittat originem legalem, sed etiam naturalem, quam quodam modo secum traxit legalis, leg. filij 22. §. *Senator* 4. eodem tit. ibi: *Senator ordine motus ad originalem patriam, nisi hoc specialiter impetraverit, non*

re-

Anno Christi Domini 1666.

restituitur. Filijque potiùs allectionis patriam sequuntur, quàm physicam paternam originem, dict. leg. 22. §. *Senatores* 5. quamvis alioquin eam necessariò sequantur, leg. *Assumptio* 6. §. 1. eod. tit. Quam conclusionem de cōsequendo iure originis propter Dignitatem communi calculo sequuntur (præter laudatos ab Illustrissimo Domino Episcopo in hoc scripto, nu. 310. 311. & 312. quos non cieo) Bartholus in dict. leg. *Municeps*, §. vltim. Platea in dict. leg. 7. num. 2. vbi Amaya num. 61. Oldraldus consil. 169. nu. 1. vers. *Fallit tamen*, Boerius dict. q. 11. num. 1. Faber dict. lib. 9. tit. 29. diffinit. 10. Martinus Laudensis de consi. q. 3. n. 29. Rebuffus in tractat. de cōsilio Regum, num. 28. Mastrillus de Magistratib. 2. tom. lib. 5. cap. 3. nu. 47. cum sequentibus; Corrasius in leg. 11 de Senatoribus, num. 1. cum sequentib. Menochius de Arbitrarijs, casu 86. ex num. 27. Gironda de Privileg. ex num. 11. Carleval dict. 1. tom. de Iudicijs. tit. 1. disput. 2. n. 58. Narbona dict. glos. 2. nu. 57. & sequentibus. De domicilio verò non curo, quod temporatij etiam Mgistratus adquirere docet exprofessò Doctor Othero de pascuis capite 7. a principio; doctrinam hāc Divino adæquati Hierotheo negabit nemo, cùm ex testimonio Dextri Præsulatum gesserit Secoviensem, quæ est perpetua Dignitas ex vi institutionis, vt Senatoria, de qua ita Imperatores in dict. leg. 7. *Vnde rursus non sit discessurus, si nihil evocet.* Cū verò Episcopi eo animo in Ecclesijs instituantur, vt non discedant, nisi per legitimam translationē indè avocentur, dequè nuper ex professò egit vir Doctissimus, & Religiosissimus, mihi multis titulis magnificaciendus D. Magister Fr. Ioannes Martinez a Consilijs Sanctæ Generalis Inquisitionis, & à Confessionibus Monarchæ, heu! quondam

no-

Anno Christi Domini 1666.

nostri, quem Deus beatum fecerit in Patria, 1. discursu Morali inter typis datos, cui operi & nos qualem qualem præfiximus censuram, consequẽs est, vt per assumptionem in Episcopatum consecutus fuerit originem, sivè naturalitatem Secoviensem, vt de eo propriè, & ex toto Iuris rigore possit prædicari fuisse illius vrbis naturalem. Ad quam rem, dùm alij robustioribus innituntur fundamentis, vtor Vlpiani testimonio in leg. 2. ff. de *in ius vocando*, vbi Pōtificem, dum sacra facit, id est, dum munere fungitur, comparat Magistratibus, eosque, *qui propter loci religionem indè se movère non possunt*: Hi sunt Sacerdotes, qui subsunt Pontifici; Et ex mẽte, sectaque Vlpiani suspicor fuisse Flaminem Dialem, qui Ioui faciebat, Romaquè excedere vetabatur, Pontifici verò Italia exire non licebat. Adeũdus erit Iacob Guther. apud quem extant probationum testimonia libr. 1. de veteri Iure Pontific. cap. 13. & 14. quamvis textum emendans, de confugientibus ad Assylũ illum acceperit Reverdus lib. 1. var. cap. 6. de æditúis, sivè Templorum custodibus; Cujacius libr. 13. observat. cap. 29. quem Pichardus sequitur in §. finali, Inst. de pœna temerè litigantium nu. 26. Nec videtur discedere Gotofredus in præclara nota de Monachis, & Asceticis Acursiani, quod reiectione nõ indiget. Propter inviolabilem ergò residentiam origo physica mutabatur in Sacerdotibus, vt in Magistratibus; qui enim aliter? Cũ in civibus sæcularibus animus dignoscatur figendi alicubi sedem, sive domicilium, si festos dies in eo loco cõtinuò celebret, textus gemmeus eiusdẽ Vlpiani in leg. eius, qui manumisit 27. §. *Siquis*, 1. ff. ad Municipalem. Sed de his satis.

Num. 359 Secundus allectionis modus, per quem origo legalis, sivè naturalitas acquiritur est Matrimo-

nium;

nium; quæ doctrina vt certa est, legibusquè fundata, sic variè ab Interpretibus accepta, eos in diversas traxit sententias, dissentiunt tamẽ in terminis, non in re, quos vt verè eligamus, ex ipsis Iuris Consultorum verbis seligendi sunt. Certa regula est vxorem in domicilium, originemquè viri trãsire, leg. *Ea, quæ* 32. leg. vlt. §. *Item* 3 ff. ad Municipal. quia in Dignitatem quoque eius allegitur, leg. *Mulieres*, C. de *Incolis*, lib. 10. leg. 13. C. de *Dignitatibus*, lib. 12. Quare per contrarium nemo debet dicere maritum sequi originem, aut domiciliũ vxoris; fit enim particeps familiæ viri, Iuris Divini, humanique, non domina, leg. 1. de Ritu Nuptiarum, leg. 4. Cod. de *Crimine expilatæ hæreditatis*. Pater quippè familiæ est vir, & in domo dominium habet, leg. 195. § 2. de *Verbor. signific.* quæ, tanquam digito ad fontem intenso, pro re nostra indicasse sufficiat. Cæterum si maritus libens, volẽsquè, originalem patriam deseruerit; & in patria vxoris sedem locaverit, sivè (vt loquitur textus) lares domicilij sui fixerit; in tantum pro transmigratione hac ius præsumit, vt facta occasione Matrimonij, perpetua cẽseatur, inibique legalem tribuat originem, leg. 1. §. *Domũ* 2 de *Agnoscendis liberis*, leg. 7. Cod. de *Incolis*; quæ eadem verba vsurpavit dict. l. 2. tit. 24. part. 4. ibi: *Diez maneras pusieron los Sabios antiguos de naturaleza, la quinta por casamiento*; vbi ita Gregorius, glos. 6. veterum sententias in concordiam redigit: *Non intelligas, quòd ex solo contractu Matrimonij maritus consequitur naturalitatem, seu incolatum Regni, de quo est vxor; debet namque, vltra contractum, constituere domiciliũ, vt habetur in leg. si in patria, Cod. de Incolis, vbi Odofredus.* Quo modo accepta doctrina communissima est, & Iuri consona, eàque tenent Bartho-

Anno Christi Domini. 1665.

lus in leg. *Placet*, num. 38. & 39. Cod. de *Sacrosanctis Ecclesijs*, & alij plurimi ex veteribus, apud Petrum Barbosam in leg. *Exigere* 65. ex num 12. de *Iudicijs*; Ignacius del Villar in Sylva responsorum, lib. 1. respõs. 7. 5. part. Acebedo in leg. 1. num. 6. tit. 3. lib. 7. Compilat. Gutierrez de Matrimonio, cap. 63. ex num. 17. Henriquez in Summa lib. 11. de Matrimonio, cap. 3. vbi in margine lit. X. Sordus lib. 2. decis. 330. Carleval dict. tom. 1. disp. 2. num. 65. & 66. Narbona in dict. leg. 20. tit. 1. lib. 4. Compil. Glos. 2. ex n. 163. quæ est elegans differentia inter defixionem simplicem domicilij, & inter collocationẽ simul cũ Matrimonio; illa enim incolatum præbet; hæc verò originem legalem, quam expedire non potuit Narbona proximè citatus. Ex quo ducto argumento à Matrimonio carnali ad spirituale, quod in iure firmissimum est, præsertim in favorabilibus cap. *Inter corporalia*, de *Translatione Episcopi*, rectè concluditur, Episcopum, qui Ecclesię intitulatur, à qua sibi recedere nõ licet, nisi evocetur, vt nuper dixi, originem Ecclesiæ, Civitatisquè, & Diœcesis, in qua sita est, sortiri, leg. 33. in libr. Gotofredi in principio, & §. 1. Cod. de *Episcopis & Clericis*, quæ, licèt de foro tantum loquatur, de origine accipienda est, vt ex illis verbis colligitur: *In suis laribus, domicilijsquè constituti*; iuncta dict. leg. 1. §. 2. de *Agnoscendis liberis*; docuerunt Bartholus sub his terminis in leg. 1. *Ad Municipalem* num. 13. Platea in dict. l. 7. num. 2. Narbona vbi proximè num. 205. qui numeris sequentibus plurimos refert, qui de domicilio Beneficiati agunt, & Otero de Pascuis cap. 4. & 5. Barbosa in cap. *Cùm nullus* 3. de *Temporibus ordinandor.* sed abstineo, quia de eo agere mihi propositum non est. Ex quibus (salva meliori cẽsura) censeo, Divi-


Anno Christi Domini 1666.

num Hierotheum naturalem reputari Vrbis Secoviensis ratione Dignitatis, & spiritualis Matrimonij eius virtute contracti, vt ipsi Diœcesanus Cultus decerni posiit. Salmantiæ postridie Kalend. Ianuar. anni incipientis 1667.

Num. 360 Censoris cōmendatio. *Si ex vngue leonem agnosci dicitur, ex hac ad nostram Cōsultationem responsione, quanti in omnigena literatura istius Legũ Civilium Primarij Salmantini sint profectus, facile erit videre, cuius sapientia verbis expressa, scriptisquè evulgata sit perennat, vt nostra laudatione non egeat, qua cognoscatur, nec esse creditur, qui eum haud excretis præmijs dignum existimet, ò, vtinam debitis frueretur!*

CENSVRA

DOCTORIS D. IOSPHI NVÑEZ ZAmora, Salmantinæ Vniversitatis antiquioris Primarij, Civilis Iuris Antecessoris, Collegij Decani, atquè in Salmanticensi Prætorio Perpetui Senatoris.

Num. 361 X delegatione Illustrissimi & Reverendissimi D. D. Didaci Escolano Secoviensis Episcopi hanc mihi iniunxit operam venerabilis iuxta què Perillustris D. D. D. Mathias de Rada, Calatravensis Militię Eques, Regius Cōsiliarius, atque Salmanticensis Gymnasij nostri Hymnasiarcha Cancellarius, vt de Apologetica parœmia hac iuridicè censerem, cuius supremus finis est, vt naturalem originem, vel saltèm civilem adinstar naturalis in campis Arevacis, Secoviæ Arevacum, Divo Hierotheo antiquo & Primo eius Antistiti, ad eum effectum declaret, vt ex

Anno Christi Domini 1666.

licentia Pij V. & Gregorij XIII. Maximorum Pontificum Hispaniarum Episcopis facta, possit, & debeat prædictus Illustrissimus D. Didacus Escolano Ordinaria, aut Apostolica authoritate, sine relatione ad Ecclesiæ Principem, in sua Diœcesi cavère, vt eo die, quem Martyrologia Latina, Græcaquè Natalē Divo Hierotheo assignant; sacra Horarum, & Missarum Officia de communi Sāctorum, Martyrum, Confessorum vè pro eius speciali Cultu celebrentur. Quæstionis punctum eo cardine vertitur: An scilicet sacra Episcopatus Dignitas, quam Divus Hierotheus in Secoviensi Arevacum Ecclesia obtinuit, idoneum sit natura-le, aut saltem civile principium naturalis, aut sal-tèm civilis originis adipiscendæ; vtiquè Pij V. & Gregorij XIII. M. P. indulgentia Hispaniarum Episcopis concessa. De Horarum, & Missarum celebratione eos tantùm Divos comprehendit, qui Vrbi ipsi Diœcesanæ, vel ipsius Diœcesis mu-nicipio naturales extitisse deprehendâtur. In quo articulo pro Secoviensi origine Divino Hiero-theo asserenda, tam capaci falce prædictus Illu-strissimus D. D. Didacus Escolano vtriusque Iuris campos messuit, vt neque spicas quidèm nobis reliquerit ad specilegium, neque dubito fore, vt viri Sapientes, atquè Vniversa Europæ Chistia-norum Gymnasia in eius sententiam pedibus, manibusquè eant: Ego autèm, quanquàm hæc Apologia suffragio nostro non egeat, tamen vt suffragio nostro pium Illustrissimi Didaci votum, atquè religiosam in Divinum Hierotheum Illu-strissimi iuxtaquè Venerabilis Secoviensis Capi-tuli devotionem promoveam, adnitar verę, com-munisquè adsertæ conclusionis novam rationem à priori reddere, fulcire, & statuere.

Num.362 Et primum tàm de Græcis, quàm ex Latinis

Au-

Anno Christi Domini 1666.

Authoribus sacris, vixquè profanis didicimus, Episcoporum, & Sacerdotum Consecrationem, sivè creationem sacra quadam emphasi initiationem appellati; Tertull. de *Monogamia*, cap. 52. & lib. de *Præscriptionib.* cap. 5. & alibi infinities; Clemens Alexandrinus in Protreptico; Lex duodecim Tabul. in c. de Exceptionib. ibi: *Mulieres sacris ne initiantor*; Tulius lib. 2. de *Legibus*; Oldendorpius ad Leges 12. Tabul. sub titulo de *Iure Natural. Gẽtium, & Civil.* cap. 4. Sylvius Clarus titulo singulari ad *Leges Regias*, cap. 13. ex Festo Pompeyo, & Marco Barsone; Divo Isidoro, & Ascanio Pediano: Claudat agmen Sacrosanctum Concilium Tridentin. Sess. 24. de *Reformatione*, cap. 22. ibi: *Nisi eo ordine sacro, aut sit initiatus*; & Sess. 23. cap. 4. & 6. leg. vnica, §. 1. Cod. de *Officio Præfecti Prœt.* Appellatur autem *Initiatio* prædicta Episcoporum, Sacerdotumquè Ordinatio, quia, qui sacris ministerijs initiantur, quodam sacramentali lauacro lustrati, ad initia puræ sanctæquè naturæ reducuntur, vt, sordibus anteactæ vitæ purgatis, quasi modo geniti Infantes, in novum hominem renascantur: Sylvius Clarus ex Sineso, & Aristophane Sacerdotalem initiationem ita definit: *Initiatio est ad pristinum statum reductio, à quo naturæ potestas incepit, id est, ad simplicitatem, & puritatem principij, ex quo homo creatus est, vt deinceps fiat similis Deo.* Fulcitur hec descriptio ab ipso initiationis ritu sivè sacro, sivè profano; Tertullianus de Homogamia cap. 52. ibi: *Ioannes plus præferens, quàm Prophetem, baptizavit Christum, quis enim Corpus Christi dignius initiaret, quã eiusmodi caro, qualis & concepit illud, & peperit, Christum enim Virgo enixa est.* Idem Tertullianus lib. de *Præscriptionibus*, cap. 5. loquens de Sacerdotibus, & mysticis Ido-

Anno Christi Domini 1666.

lorum, ibi: *Sed enim Nationes extraneæ suis Idolis subministrant; sed viduis aquis sibi mentiuntur; nam & sacris quibusdam per lavacrum initiantur, præterea Villas, Domos, Templa, totasque Vrbes aspergine circumlatæ aquæ expiant, idquè se in regenerationem, & impunitate periuriorum suorum agere præsumunt.* Sed non (vt opinor) initiationis ritũ, eiusquè finem significantiùs expressit, quàm Synesius in Dione, cuius verba Latij iure donata hanc sententiam efferunt: *Mystæ (inquit) initiantur per Choreas; Chorea autem motum significat, eumquè circularem, vt tacite intelligatur illa reductio finis ad sua initia, virtute principij ad se rem ex se procedentem revocantis.*

Num. 363 Ex qua initiationis ethymologia sic argumentor: Qui per initiationem & lustrationem ad sua initia reducitur, illi loco tanquam Civis, & originarius agnoscitur, in quo renascitur, sicuti patet in *Baptismo, manumissione, adoptione, & allectio ne*: De singulis Iura sunt diserta: In primis de *Baptismo*, l. 2. tit. 24. part. 4. iuncto cap. *Debitum* 4. extra, de *Baptismo*, cap. *Inter corporalia*, extra, de *Translatione Episcopi*: De *manumissione* ittidem probatur, l. 1. leg. *Assumptio* 6. §. vltim. cum leg. sequenti, l. *Filij* 22. leg. *Eius* 27. ff. *Ad Municipalem*, l. *Libertis* 3. ff. de *Muneribus*, & *Honoribus*, leg. *Cives* 7. C. de *Incolis*, lib. 10. tit. 39. leg. 2. C. de *Municipibus*, & *Originarijs*, leg. 32. tit. 2. part. 3. leg. 1. tit. 24. part. 4. Item de *adoptione* etiam probatur, leg. 1. leg. *Ordine* 15. §. vltim. cũ leg. sequenti, l. Libertus 27. §. In adoptione 5. ff. *ad Municipalem*, l. *In adoptionem* 7. C. de *Adoptionibus*. Postremò de *allectione* probatur, leg. *Cives* 7. leg. *Senatores*, C. de *Incolis*, leg. *Senatores* penult. ff. de *Senatoribus* l. *Municeps* 23. ff. *Ad Municipalem*, leg. vnica § 7. C. de *Officio Præfe-*

Anno Christi Domini 1666.

cti Prætorio; & vbique repetentes ad prædicta iura, quos non moror; ergò si in Divino Hierotheo nō tantum ius allectionis propter perpetuam Secoviensis Episcopatus Dignitatem, verùmetiam (quod vrgentius longè est) ius regenerationis per initiationem, & reductionem ad puræ naturę initia concurrit, fateri necesse est, eumdem Divum Vrbi Secoviensi tanquàm originarium Civem agnosci, quippè vnusquisque ei loco agnoscitur, in quo renascitur, ex allegatis iuribus, & rationibus.

Num. 364 Rursus hæc eadem assumptio probatur ex textu ab specie acerrimo in leg. *Adeò* 7. §. vltimo, ff. de *Adquirendo rerum dominio*; quo loci Gaius lib. 2. *Rerum quotidianarum, sive aureorum*, ita scribit: *Ijs conveniens est, quòd si vicini arborem ita terra præsertim, vt in meum fundum radices egerit, meam effici arborē, rationem enim naturalem non permittere, vt alterius arbor intelligatur, quā eius, cuius fundo radices egerit.* Hucusque Gaius. Conspirat Venulcius libr. 2. *Interdictorum* in l. *Si vitem* 21. ff. Quod vi, aut clam, ibi: *Si vitem meam ex fundo meo in fundum tuum depresseris, eaquè in fundo tuo coaluerit, & annus præterierit, nullam mihi superesse actionē, immò radices, quæ in fundo meo remāserit, tuas fieri, quia radices accessiones sunt.* Ex quibus iuribus ita argumentor; Nàm quid, quæso, refert, quod primęva, atque imbecillior origo Divino Hierotheo Astigis sit? Si idem Divus per initiationem, regenerationem, & sacramentalem lustrationem Secoviæ in Vrbis Arevacis radices egit, coaluit, atque ad Cœlos vsque ramos extulit? Deinde fortiter vrgendus est Venulcius, quē ita lego, aut subaudio, ibi: *Si annus præterierit, nullam Astigi superesse actionem, qua contra Secoviam Arevacum interdicto quod*

vi,

Anno Christi Domini 1666.

vi, aut clam experiatur: Et meritò, non enim Secovia rapinã, aut vim clandestinam arbitrata est, proprium sibi civem originarium Divinum Hierotheum adscire, vindicareque iure Quiritum, quam ratione perpetuæ Pontificalis Dignitatis, & initiationis diutinè ita possedit, vt per sementem Evangelicæ prędicationis mutuò coaluerint; ille, docendo; hæc, adiscendo. Quinimo si verum ama mus, nec radices quidem (id est, nec naturalis origo) Astigitana iam est, quia sicuti ex naturali potiùs, quã civili ratione Gaius, & Venulcius arguunt, radices accessiones sunt, & viti ipsi, tãquàm in principali, cedũt, sicuti est in Regula Iuris. Quę iura ad rem præsentem circa veri dominij adquisitionem, etiam in pũcto actionis reivindicationis realis, induxit Albertus Brunus Altensis in titulo de *Mutatione* & *Reformatione*, membro 3. conclus. 2. num. 73. quo loci vtitur etiam argumento textus in cap. *Novo* 21. distinct. & textu etiam eleganti in l. *Si convenerit* 18. §. *Si quis caverit* 3. ff. de *Pignorat. actione*. Illustrant Felinus in cap. *Cùm accessissent* extra de *Constitut.* Ioannes de Lignano, & Cardinalis Zabarela in Clementina vltim. de Rescript. Alvericus de Rosate in l. *Servitutes* 20. §. *Si sublatum*, per eundem textum, ff. de *Servitutibus Vrbanorum Prædiorum*, & in leg. *Quid tamen* 10. §. *Et in nauis quoque*, per eundẽ textum, ff. *Quibus modis vsusfructus amittatur.* Neque magnopere profectò admirandum est quòd, perfricata fronte, affirmare cum Venulcio audeant: *Neque radices quidèm (id est) neque naturalem originem Divo Hierotheo Astigitanã iam esse:* Quia vt Baldi nostri verbis vtar in cap. *Cũ accessissent* extra de *Constitutionibus*, col. 6. *Ea est regenerationis spiritualis potestas, vt adinstar creationis sit, qua neque actu, neque habitu, neque*

Anno Christi Domini 1666.

respectivè alicuius principij sit, neq; adinstar alicuius prioris speciei, vel formæ, quia non remanent vestigia, neque reliquiæ veteris status. In quibus verbis Baldus non solùm iuridicè, verumetiam theologicè suo more philosophatur. Theologi enim creationem ad differentiam generationis eo modo describunt, quo Baldus describit spiritualem initiationem, vt cernere est apud Divum Thomam, Scotum, & Okamum in hoc puncto acriter pugnantes, quos suo marti relinquo, non tamen inscius, Interpretes nostros id ipsum post Brisonium sentire, de *Verborum signif.* Verbo, *Creatio Magistratuũ* ad l. 1. C. de *Offic. Præfect. Prætor.* & ibi vulgus Lexicariorum.

Num. 365 Ad hæc mihi ægrè tempero, quia ad eamdem probationem gravissimo I. C. Pauli testimonio vtar, lib. 3. *Quæstionum* in l. *Cùm in diversis* 44. §. vltim. ff. de *Religiosis & Sumptibus funerum*, si priùs cum Illustrissimo Didaco nostro in 2. cõclus. huius Apologetici num. 312. adnotavero, natalem & sepulchralem Sanctorum diem individua cognatione coniungi. Catholica enim Ecclesia eàdem alacritate, & gratiarum actione exultat in obitu, atque in ortu Sanctorum. Porrò, qui ad perpetuam Episcopatus Dignitatem allegitur, propter vim initiationis mundo moritur, incipitquè soli Deo vivere; factus enim est tanquã mortuus inter vivos, vt cum Psalmista loquar, adeò, vt quamvis dies cõsecrationis natalis appelletur; ideò tamen natalis appellatur, quia est sepulchralis. Proindè Andreas Barbacias Syculus in titulo de *Præstantia Cardinaliũ*, in q. 3. Basilicæ primæ partis graviter scripsit, Pontificalẽ Sedẽ iure loci religiosi, id est, iure sepulchri cẽsendũ esse. Modò sic argumentor cum I. C. Paulo, cuius hæc sunt verba, in d. l. *Cũ diversis* 44. §. vltim. iuncta

leg.

leg. *Divi* 39. ff. de Religiosis & sumptibus funerum: *Cum impetratur, ut Reliquiæ transferantur, desinit locus religiosus esse; translatio autem Pōtificali, aut principali authoritate tātum fieri potest.* Ponamus nunc fortè fortuna contigisse sacrum Divi Hierothei cadaver Astigi sepultum fuisse, & authoritate Pontificali in Secoviensem sepulturā posteà transferri; profectò prior sepultura (iure saltém Digestorum, propter causas 12. Tabul. sancitas) desinere esse religiosa; secundaquè propter illationem cadaveris efficeretur religiosa, nēpè, quemadmodum Reliquiarum translatio prioris sepulturæ dedicatio est, iure Digestorum, & legis 12. Tabul. dict. l. 44. §. vltim. ff. de *Religiosis, & sumptibus funerum.* Illustrant Ioannes Kirmanus de *Funeribus Romanorum* libr. 2. cap. 4. Iacobus Grutus de *Iure man.* libr. 2. cap. 7. Revardus ad ll. 12. Tabul. cap. 15. Petrus Faber lib. 2. *Semestrium*, cap. 8. Forcatolus in Neomantia, Dial. 1. Oldendorpius ad ll. 12. Tabul. sub titulo de *Iure Natur. Gentiū, & Civil.* Sylvius Clarus lib. singular. ad ll. *Regias* cap. 2. & 3. Cuiacius lib. 3. quæstionis Pauli ad dictam leg. 44. Ergò si Pōtificalis Sedes Secoviensis propter initiationem, & consecrationem Divini Hierothei iure loci religiosi, id est, iure sepulchri censenda est, fateri etiā necesse est primævam originem Astigitanā abolitam iure saltem Digestorum ita censeri, vt sola Secoviensis Sedes circa Divum Hierotheum iure naturalis, & sepulchralis Sedis cēseatur, quorum iuriū inductio originaliter Alberti Bruni est, in tit. de *Mutatione & Trāsformatione*, membr. 3. conclus. 3. n. 70. & in tit. de *Interitu*, conclus. 4. n. 11. Conducunt textus cum suis cōcordatiribus in leg. *Sicut* 5. & leg. Quod si 7. de *Adimendis legatis.* Gradum iam sistimus, ne, si devotionis

Anno Christi Domini 1666.

dulcedine alliciamur, in immensum eat oratio.

Num. 366 Illud tamen ex superpondio prætermittendũ nequaquàm est, scilicet, quodammodo nefas iam esse in his Regnis de authoritate Lucij Flavij Dextri dubitare. Hoc autèm prætèrquam quod Illustrissimus Didacus insigniter adstruit in sua sexta conclusione, per totam. Ego etiam Author, & auspex extiti, legationis munere fungens, pro Alma Vrbe mea Salmantina ad Illustrissimum & Reverendissimum Dominum D. Gabrielem de Esparza Antistitem nostrum, atque ad Illustrissimos iuxtaquè venerabiles Decanum & Capitulũ sanctæ nostræ Cathedralis, ad eum effectum, vt Lucij Flavij Dextri authoritate innitentes; alter Privilegiorũ Pij V. & Gregorij XIII. vim exereret; alter verò procuraret, foveret, pro speciali celebratione naturaliũ Martyrum nostrorũ Archadij, Probi, Paschalis, Euthyquiani, & Paulini, qui sub Genserico Vvandalo, Apostata Arriano cruẽtæ Vvandalicæ persecutionis Primitias Deo obtulère; votis meis annuit Illustrissimus Gabriel, edita Bulla, 22. Aprilis anni superioris 1665. Porrò, si id ipsum iuxta Pontificalium Rescriptorum tenorẽ, pro speciali cultu Divino Hierotheo exhibendo in sua Diœcesi faciendum decreverit Illustrissimus Didacus Antistes Secoviensis, eum meritò, iureque factorum ex animi sententia censeo. Salvo, &c. Salmanticæ 6. Kalend. Februar. Anno salutis 1667.

Num. 367 Censoris cõmendatio. *Què quisquis velit oculos evolvere in Doctoris huius studiorum Progymnasmatos, ob insignia sapientiæ, quæ semper dedit, specimina tàm in consulendo, quàm in iudicando, & docendo, rectè mirabitur; cùm parem illi haud facile repertum iri credat, maximèquè agnoscat non antiquiorem tantùm annis, sed prudentia, litteris, & virtute*

Anno Christi Domini 1666.

meritò alijs extitisse, in quo planè, & plenè locum obtinuit illud Divinæ Sapientiæ sacrum eloquiū: Consummatus in brevi, explevit tempora multa. Sapientiæ 4. v. 13.

CENSVRA

DOCTORIS D. FRANCISCI NVÑEZ Zamora Cathedratici Vespertini Legum antiquioris in Salmanticensi Academia, Canonici Doctoralis S. Ecclesiæ eiusdem Civitatis, Apostolici & Regij Subdelegati Sanctæ Cruciatæ.



Num. 368 Onsultationem Illustrissimi ac Reverendissimi D.D. Didaci de Escolano Episcopi Secoviensis, quam mihi communicavit (non ad censuram, sed ad admirationem sapiētiæ, & eruditionis, qua pollet) Perillustris Dominus D. Mathias de Rada, Eques Ordinis Calatravēsis, nostræ Vniversitatis dignissimus, & iucūdissimus Cācellarius, attentè, & avidè legi, quia tāta pollet eruditione, Magisterio, ac doctrina, quanta fuit pietate, & devotione dictata à suo Illustrissimo, gravissimo, & sapientissimo Authore.

Num. 369 Intentum est probare (quod feliciter cōsequitur) quod in sua Secovienti Ecclesia Officium celebretur de Divino Hierotheo, iuxta Privilegium Bullarū Apostolicarum Pij V. & Gregorij XIII. sanctæ & bonæ memoriæ; in quibus primus indultiva dispositione, secundus modificatione ad illam indulserunt, vt Hispaniæ nostræ Sanctissimi, Illustrissimi, & Reverendissimi Episcopi de Sanctis naturalibus Officium celebrare, & instituere possint in suis Diœcesibus, quod ita dextrè in Consultatione elaboratum est, vt sit ferè otio-

ſum ampliùs in nullo ex articulis ad reſolutionē affirmativam neceſſarijs inſudare; præcipuè poſt reſponſiones doctas Sapientiſsimorum Anteceſſorum noſtrorum. Verùm, vt obſequium debitū exhibeam Illuſtriſsimo conſulēti, & noſtro Cancellario proponenti, didici ita ex ipſa conſultatione potiùs, quàm ex proprio ingenio fabrè facta, ſequentia in lucem proponere placuit.

Quæſtio principalis circa duo vertitur: *Primū* eſt: An Naturalis dici debeat Sāctus alicuius Diœceſis ad hoc, vt Officium de eo inſtitui poſsit, ex eo ſolo, quòd in aliqua ex Sedibus noſtræ Hiſpaniç intronizatus fuerit, licèt conſtet quòd aliundè ortus fuerit: *Secundum* eſt: Quæ probatio ſufficiat ad id; quæſtio prætermittitur, quia in omnibus ad Conſultorem in hac parte me remitto.

Ad primum deveniendo, reſolutivè dico, quòd Epiſcopale culmen tribuit naturalitatem ſupernaturalem in loco intronizationis omnibus naturalitatibus Iuris naturalis & Gētium, atque etiam lege poſitiva introductis potiorem, excellentiorem, robuſtiorem, & propriorem, ratione cuius Sanctiſsimi Epiſcopi omnium Iurium, ac Privilegiorū, quorum alij Cives condecorantur Legibus politicis, & ſacris Cōſtitutionibus Summorū Pontificum, tribui ſolitis naturalibus alicuius Diçceſis, & territorij gaudent, atque lætantur. Pro qua ſententia facit primò eminens doctrina Iacobi Cuiacij ad *Pandectas* in l. 2. de *Iuſtitia & Iure*, col. 2. litt. D. ex qua conſtat, quòd dies Dignitatis adeptæ, alterius vè Beneficij inſignis ſplendorem tribuens, aut augens, natalis eſt, cuius verba, quia eruditione, maieſtate, & doctrina eminent plena, ferè tranſcribere opere pretium duxi: *Naſcimur* (inquit) *variè, nam & naſci, & tanquàm renaſci dicitur, qui manumittitur; & noui homines dici-*

Anno Christi Domini 1666.

tur libertini; qui natalibus restituitur, nasci dicitur; qui Christi nomine aqua intingitur, nasci dicitur; nasci dicitur, qui adoptatur in alienam familiã; nasci dicitur, qui pro Christo patitur; nasci dicitur, qui exilio revertitur. & ideò natalis dies adoptionis, natalis dies Imperij. Apud Spartianum in Adriano, natalis Consulatus, & bis genitus, & bis natus, qui natus est semel à Patre, & iterũ à populo delãto Consulatu: Cicero in Oratione post reditũ: & Cotta apud Salustium in sequẽtibus verbis: *Nã & si parricida vestri sum, & bis genitus, hic Deos Penates meos, Patriãque, & Summũ Imperium vilia habeo:* Bis genitus se dicit, quia Cõsulatum adeptus erat, cui vbi suprà Pater Roa de die natali sacro, & profano, cap. 16. & creatio Episcopalis nativitas est, cap. *Quorũ* vltimo, distinct. 68. de quo infrà.

Num.372 Ergò si Consularis annalis Dignitas novum natalitij diem constituit ex eo (vt existimo) quia Privilegia, & explendor illius, ipsa cessante, remanent, leg. 3. Cod. de *Dignitatibus* lib. 12. iunctis ibi notatis, & in honorificentia perpetuatur. Vndè à Calistrato in l. *Cognitionum* 5. §. *Minuitur,* ff. de *Varijs & extraordinarijs cognitionibus.* Dignitas status dicitur, ibi: *Circa statum Dignitatis pœna plectitur.* ponit primum *statum*, qui conditionem stabilem significat, tit. ff. & Instit. de *Statu homin.* quoniàm ab intrinseco immutabilis est: Basilius tom. 1. de *Matrim.* cap. 13. num. 2. Igitur si Dignitas temporalis *statum* constituit, Dignitas Episcopalis perpetua & natalem diem facit, dict. cap. vltim. 68. distinct. & *statum* operare & producere debet.

Num.373 Superius ratiocinium corroboratur eminenter ex cõmuni doctrina Canonistarũ, asserentiũ, quòd Episcopale culmẽ est *Ordo sacer*, à reliquis Ordini

Anno Christi Domini 1666. bus Ecclesiasticis distinctus. Piasecius in praxi Episcopali, 1. p. cap. 1. num. 3. Pater Henriquez tit. 2. de *Sacram. Ordinis*, cap. 2. lit. D. Petrus Gregorius de *Beneficijs*, cap. 36. n. 6. Et ita appellatur à Divo Isidoro in cap. *Cleros* 21. distinct. & in cap. *Perlectis*, §. *Ad Episcopum* iuncto, §. sequẽtis 21. distinct. Habet enim Episcopalis Dignitas specialem characterem, cuius virtute Episcopi, quæ Ordinis, & non iurisdictionis sunt, exercent, vt Basilicarum consecratio, vnctio Altaris, Chrismatis confectio, & similia, dict. cap. *Perlectis*: Ergò si specialem characterem habet, inducit *statum* supernaturalẽ, spiritualizatum digniorem, & onustiorem omnibus statibus politicis.

Num. 374 Secundò, quia vinculum Matrimonij spiritualis fortius est vinculo Matrimonij carnalis, cap. *Inter corporalia*, de Translatione Episcop. ibi: *Cũ ergo fortius sit spirituale vinculum, quàm carnale, dubitari non debet, quin Omnipotens Deus spirituale coniugium, quod est inter Episcopum, & Ecclesiam, suo tantùm iudicio reservaverit dissolvendum:* Ergo effectus, quos præstat circa naturalitatem Matrimonium carnale in temporalibus & politicis, non debent denegari Matrimonio spirituali in sacris. Ex quo principio deribatur, quòd sicut quando Regina Matrimonium contraxit cum alio, qui non est de stirpe Regia, viro communicat fastigiatum culmen Regalis Maiestatis: Azevedus in leg. 9. tit. 2. Recopilationis, num. 8. Doctor Pichardus in tractatu de *Nobilitatis communicatione inter vtrum & vxorem*, n. 47. De quo textus est disertissimus in l. 9. tit. 1. partit. 2. ibi: *La tercera razon es por casamiento, y esto es quando alguno se casa con dueña, que es heredera del Reyno, que maguer èl no vẽga de linage de Reyes, puede llamarse Rey, despues que fuere*

Anno Christi Domini 1666.

casado con ella. Et est verè & realiter Rex, vt concludit Pichardus, & Palac. Rub. vbi supr. *Verdaderamente es llamado Rey aquel, q̃ en derecho gana el Señorio del Reyno.* Pro qua opinione facit etiam textus in leg. 3. tit. 15. part. 2. vbi disponitur, quòd nupta Regina, quæ sub tutela, vel cura erat (sunt autem tutores Regis, durante Regia tutela, Reges tẽporarij: Hugo Grotius tit. 1. de iure belli, cap. 3. num. 11. quod ex principijs Iuris originem trahit, quia tutor pro Domino habetur, l. *Tutor* 27. *de administrat. tutor.* leg. *Qui fundum* 7. §. *Si tutor* 3. ff. pro emptore) ergò si cesset tutoris administratio, necessariò concludendum videtur, quòd ad maritum spectat, non ad puellam adolescentulam, adhuc ad habenas regendas tantæ curæ, qualis est Regni administratio sufficiẽs, & tenera. Non ignoro, quod sub lite est, an marito Reginæ pertineat Regni administratio, vel ad ipsam. Gregorius Lopez in dict. leg. 9 glos. 4. & in dict. leg. 3. glos. 4. constanter negativam partẽ tenet: Facit Molin. *de Primogen.* tit. 1. c. 24. n. 33. Verùm illud certũ est, in vtraq; schola dissidẽtiũ, quod maritus Reginæ, & si a se ipso nõ prefulgeat Regia Maiestate, Rex dicitur, licèt circa administrationẽ variẽt Doctores, sed in matrimonio spirituali, quod Episcopus cum Ecclesia cõtrahit, nõ solùm refundit in eum iura legitimi spõsi, sed etiã administrationem rerum temporalium Ecclesiæ, cap. *Cum deputati* 16. *de Iudicijs*, cap. *Edoceri* 21. *de Rescriptis:* Cevallos *Commun. cont. comm.* q. 811. num. 1. Et quidèm robustiorem, quam quod tutores habent in rebus pupillaribus, vt doctè demonstrat Felinus in dict. cap. *Cum deputati*, nu. 9. Et in spiritualibus omnimodam, & plenissimam, dict. cap. *Perlectis.* Ergo sicut ferè sacrilegium esset (loquar more consulti politici iuxta

Anno Christi Domini 1666.

terminos Tituli C. *de crimine sacrilegij*) dicere, quòd maritus Reginæ nō efficitur per matrimonium naturalis verè, & realiter Regni vxoris. Temerarium puto dici, quòd Sanctißimi Episcopi, virtute matrimonij spiritualis, non efficiantur naturales reverà suæ Diœcesis, licèt ex alia orti fuerint: *Cùm Deus non debeat deterioris conditionis esse, quàm Domini temporales*, vt cum Innocentio III. loquar, in cap. *Tua nos* 24. *de Decimis.*

Num. 375 Tertiò, pro mea sententia facit certa conclusio in politicis Burgensis de Paz, in leg. 3. Tauri, conclus. 3. num. 398. qui docet, quòd Clericus electus in Prælatum Ecclesiæ, si habitet in loco Ecclesiæ, *civis est*, & talis reputatur in omnibus favorabilibus iure optimo; est enim Clericus de Vniversitate Civium, & quidèm pars principalior, l. 1. § *Huius de Iust. & iur.* ibi: *Ius publicum est, quod in sacris, & Sacerdotibus consistit*, cap. Duo sunt vi 2. q. 1. leg. 5. tit. 2. part. 1. Cevallos de cognitione per viam violentiæ, in Epist. ad Philippum III. Regem dedicata. Gregorius Lopez in dict. leg. 5. glos. 2. Oldradus, consil. 32. quod ex eo provenit, quia in loco, vbi Clericus Beneficium habet, domicilium suū constituit, quod attēditur potiùs, quàm originis, cap. *Nullus* de temporib. ordin. lib. 6. sicut & miles armatæ militiæ in loco, vbi meret, domiciliū habere videtur, l. *Municeps*, 23. §. *Miles*, ff. *ad Municipalē*, & *de incolis*. Valet enim argumētum de militia armata ad celestem, vbi eadem militat ratio, quæ in vtroque milite sacro, & profano eadem est; in Clerico, quia ad residentiam obligatur, vt pabulo spirituali reficiat plebem sibi commissam: textus, extrà de *Clericis non residentibus*; in milite armatæ militiæ, ne inermem relinquat stationem, hostibus-

Anno Christi Domini. 1666.

què occasionem grassandi impunè præbeat cum periculo, & detrimento totius Reipublicæ; quare si stationem deserat absque commeatu, incidit in crimen emansoris, vel desertoris, leg. *Quæ cum vno*, §. *Edicta* cum sequentibus, ff. de re militari, cum alijs ibi notatis.

Num. 376 Hæc obtinent in plebanis, & Parochis, & alijs Clericis inferioris Ordinis, qui ad residentiã tenẽtur. In Episcopis autẽ, & alijs sublimioribus Dignitatibus ab Ecclesia institutis, *vt evellãt, & dissipẽt, ædificent, atque plantent*, cap. 2. *de Officio legati*, lib. 6. qui ex institutione divina, mediante Ecclesiastica electione, legitimè creantur, iuxta illud, quod Ecclesia cecinit: *Elegit eum Dominus ad sacrificandum sibi hostiam laudis*. Non est dubiũ, quòd ex Diplomate divino naturalitatẽ supernaturalem adipiscatur: *Qui habitãt in Tabernaculo Domini, & requiescunt in Monte sancto eius*. Plantant enim Episcopi vineam Domini, illiusquè sunt Ordinarij, & spirituales Cultores, dict. cap. 2. ibi: *Ædificent, plantent*. Divus Paulus, Epist. 1. ad Corinthios cap. 3. *Ego plãtavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementũ dedit*. Vndè eminẽter Frater, Præceptor, & Dominus D. Iosephus Nuñez Zamora, in voto consultivo in hac re prę stito, vsus est principijs, & acquisitione per plantationem.

Num. 377 Quartò, intentum non minus efficaciter probatur, si animadvertamus, quòd Episcopi successores sunt Apostolorũ, cap. *In novo*, 21. distinct. cap. *Vbi testes* 12. q. 1. & ad plantandam Fidem, & dissipandas cæcitates gentilismi in vniversum mundum missi fuerunt, atquè ideò in illis Civitatibus, in quibus olim Ethnici. *Primi flamines, & primi Legis gentilica Doctores erant* (in singulis enim Civitatibus deputatus erat certus sapiẽtum

nu-

Anno Christi Domini 1666.

numerus, l. *Qui duas 6.* §. *Est autem*, de excusat. tutorum, verbo *Cui.*) Episcoporum Primates, vel Patriarchas Beatus Petrus pręcipit, in singulis verò civitatibus singulos, non binos, vel ternos, aut plures constitui præcipit, inquit textus, in cap. *In illis* 80. distinct. Ergò cùm Episcopi Apostolis successerint, naturalitatem supernaturalem consequuntur, iuxta illud Psalm. 44. *Pro Patribus tuis nati sunt tibi filij. Constitues eos Principes super omnem terram.* Quin ex sententia Divi Augustini Vrbanus II. sic exaudit in Canon. vltim. 68. distinct. *Quorum vices in Ecclesia habeant Episcopi* (inquit Pōtifex:) *Et quis eis hāc Dignitatem dare debeat, S. Augustinus ostēdit, inquiēs: pro Patribus tuis nati sunt tibi filij: Quid est, pro Patribus tuis, nati sunt tibi filij? Patres missi sunt Apostoli, pro Apostolis filij nati sunt tibi; cōstituti sunt Episcopi. Hodie enim Episcopi, qui sunt per totum mundū, vndè nati sunt? Ipsa Ecclesia Patres illos appellat, ipsa illos genuit, & ipsa illos constituit in Sedibus Patrum: non ergo te putes desertam, quia non vides Petrum, quia non vides Paulum, quia non vides illos, per quos nata es. De prole tua tibi crevit paternitas. Pro Patribus tuis, nati sunt tibi filij, constitues eos Principes super omnem terram.* Igitur ex triplici capite Sanctissimi & Reverendissimi Episcopi naturalitatem supernaturalem in Ecclesia sibi commissa consequuntur: *Prima*, vt Sponsus, dict. cap. *Inter corporalia: Secunda*, vt filius Ecclesiæ, dicto cap. vltim. quia sicut filius sequitur naturalem originem Patris, leg. *Assumptio 6.* §. *Filius*, cū vulgatis, *ad Municipalē:* Ita & Episcopus, quia filius est Ecclesię, & Ecclesiæ originē sequitur; nascitur quoad spiritualia in ea, & ex ea, dict. cap. vltim. & etiam quoad temporalium rerum administrationem Ecclesiæ, &

Anno Christi Domini 1666.

politicam communionem cum reliquis membris Reipublicæ, vt iàm probavimus: *Tertia*, vt Pater ipsius, & ideò in Officio Confessoris Pontificis Ecclesia cecinit, quòd *ideò iure iurando fecit Dominus crescere illum in plebem suam*, quia crescit, vt Pater, vt Filius, & vt Sponsus *in plebem suam*, id est, Domini, quia *Domini est plenitudo terræ*. Etiam ipsius Episcopi, quam iure optimo *suam* Episcopi dicunt, cum ex destinatione Dominica habenas administrationis consequuntur per creationem factam, mediante legitima electione Ecclesiastica.

Num.378 Quintò, quia *Domini est terra, & plenitudo eius, & universi, qui habitant in ea*, Psalm. 23. Et Episcopi servi servorum Dei honorabili epitheto condecorantur ex temporibus Pelagij Secundi, cap. *Nullus* cum sequenti, 99. distinct. iunctis ad illorum explicationem traditis à Balboa in cap. *Novit*, de *Iudicijs*, num. 43. & revera tales sunt; iuxta illud: *Euge, serve bone, & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam.* Igitur sicut Dominus particularis servum vrbanus facit rusticum, & è contra, iuxta locum vbi illum collocat ad morãdum (hic est proprius terminus) quia qui civis non est, non dicitur habitare, sed morari, leg. *Titius* 9. ff. *de servis exportandis*, & ex sola destinatione Domini, vel rusticus, vel vrbanus efficitur, leg. *Ex facto* 35. §. *Rerũ*, ff. *de hæredib. instituẽd.* leg. *Vrbana* 166. ff. *de verborum signif.* de cuius lectione, & emẽdatione nũc nõ curo. Ita pariformiter, & quidẽ potẽtiori, & potiori iure dominativo, quos Deus facit *crescere in plebẽ suã*, in Episcopos, vt ibi coalescant, ædificando, & plantando eo loco, vbi præsunt revera ita adducit, vt naturalitatem supernaturalem illis tribuat, cùm gratia divina vocentur ad sanctum, & ho-

no-

noratum munus peragendum. Quare de origine naturalitatis illorum curãdum non est, cap. *Cum deputati, de Iudicijs*, ibi: *Qui vndecũque venerint gratia divina vocati, dùm laudabiliter exequuntur Officia sui Ordinis, ex superabundantia requiritur sua notio nationis.*

Sextò, à sufficienti partium enumeratione supernaturalis naturalitas Episcoporum in territorio Episcopatus deducitur; quia creatio illorũ non est adoptio, quoniã adoptio est cõmentum fictũ, l. Fideicommissum 76. ff. *de conditionib. & demõstrationib.* ibi: *Adoptionis commentio.* Filiatio autèm Episcopalis est physica & vera, non adumbrata; secundò, quia plus est, quàm allectio politica in Civem, leg. 7. C. *de Incolis*, vbi Amaya, quia allectio dat domicilium voluntarium ex hominũ voluntate; creatio Episcopalis necessarium ex Dei destinatione, solum, & cœlum eligere cuilibet liberum est, leg. *Libertus*, §. Filium, ad Municipalem, sed Episcopi non possunt recedere à Sedibus suis, rigurosè loquẽdo, cùm ad residentiam obligentur, nec est incolatus, quia hic per habitationem decennem adquiritur, leg. 2. C. de Incolis, lib. 10. & Episcopi per creationem in instanti filiationem, paternitatem, & iura Matrimonij spiritualis consequuntur; nec est naturalitas data per Rescriptum principale, de qua Regnicolæ alibi, sed per Diploma Divinũ, quod maius est, nec est adquisita per nativitatẽ naturalẽ, quia iùre hæreditario non deferuntur Ecclesiasticæ Dignitates, sed per creationem legitimam, mediante Ecclesiastica electione, quæ eminenter in se continet omnes naturalitates, & adquisitionem civilitatis legis positivæ, & humanæ. Ergo creatio illorum cum physica sit, & realis, veram naturalitatem tribuit supernaturalem, quia ad supernaturalia ordina-

Anno Christi Domini 1666. tur principaliter, & est nativitas spiritualis, dict. cap. vltim. 68. distinct.

Num 380 Ex quibus concludendum videtur (& præcipuè per tradita in sapienti Consultatione Illustrissimi D. D. Didaci de Escolano) quòd Divino Hierotheo potest Officium institui de cõmuni Confessore Pontifice, nihil addendo, vel minuendo communi, in Episcopatu Secoviensi, cùm per vnum, aut alterum Sanctum non fraudetur Officium feriale, & nihil in cõcessione Pij Quinti cõtineretur, si hoc denegaretur in Sedibus suis Sanctis, qui præfuerunt. Nàm interpretatio restrictiva Gregorij Decimi Tertij solùm prohibet, ne Sãcti vnius Ecclesiæ in alia celebrentur, & sic feriale Officium impediatur per communionem mutuã, & reciprocam Festorum; sed nõ prohibuit, quòd Sanctis naturalibus Officium celebretur, & Episcopi in loco Sedis, & Cathedræ plus quàm naturales sint. Sic sentio, salva in omnibus alterius meliori censura. Salmanticæ, die 30. Ianuarij, Anni 1667.

Num. 381 Censoris cõmendatio. *Quantum ex Zamorentium Familia literarũ splendor, studiorũquè vtilitas Salmãtina Vniversitati accreverit (præter id, quod præsentibus tẽporibus in duobus Fratribus Primariam, & Vespertinã Iuris civilis Cathedras regentibus, indies magis, ac magis experimur) satis nobis, cùm in minoribus essemus, Gymnasiaquè illa cursitaremus, magnè fuit exploratum. Nunc autèm attentis Fratrum istorum literis, & moribus, quos literarum, virtutumque amor verè fecit esse germanos, illis iusto libamine cum Divione concinere valemus.*

Lib. 2. Epigr. 39. Quid vestras memorem laudes par nobile Fratrum?

Ingenio æquales, similes virtutibus ambo.

CENSVRA

REVEREND. PATRIS MAGISTRI Fratris Iosephi Romero, Hispaniarum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Provincialis, Primarij in Vniversitate Salmanticensi Professoris, & sacræ Theologiæ Decani.



PErillustris D.D.D. Mathias de Rada Militiæ Calatravẽsis Eques, Regius Consiliarius, & Salmanticensis Scholę Cãcellarius meritissimus obstrinxit animum, vt de hac Apologetica parœmia explicarem potiùs voluptatem, quàm mentem. Scopus illius est Divi Hierothei Secoviẽsis vrbis Antistitis devotionẽ promovere, vt & qui prædictę vrbis lapis extitit angularis, festivo cultu personetur, idquè, Apostolica insalutata Sede.

Structura hæc duobus cardinibus vertitur. An Dignitatis Episcopalis adeptio idoneũ sit naturalitatis principium? Numquè ex Rescriptis Pontificum Pij Quinti, & Gregorij Decimi Tertij Hispaniarum Præsulibus Sancti iam canonizati recitationem pro Diœcesi sua liceat præscribere? *Primum* ad Iurisperitos attinet, nec id mihi vel à limine salutare licet, idquè vel vnicè, cum à Primarijs (quos veneratione plùs, quàm amicitiæ vinculo, tametsi non modico colo) huius Vniversitatis viris, ita rationum põderibus sit firmatum, vt me haud invitum, sed summa cum voluptate mentis in suam non segnitèr pertrahant opinionem, quibus libertimè & securè subscribam. *Secundum*, tametsi instituti nostri ita ab Illustrissimo & Reverendissimo D.D.D. Didaco Escolano Secoviensi (pro meritis) Antistite præoccupa-

tum

Anno Christi Domini 1666.

tum est, vt nec sedula investigatione quidquam vel leve addendum invenerim.

Num. 384 Vt autem qualemqualem explicem meam mentem ex fertilissimo campo, per quem longè, latèquè expatiatur Illustrissimus Episcopus, specilegia colligam pauca (pro tenuitate nostra) levia. Ita civem diffinivit Isidorus: *Membrum eius societatis, quam civitatem dicimus, atque ob id, in vnum coeant necesse est.* Cumquè civitas sit instar vnius hominis, eiusquè personam repræsentet, Barthol. in leg. 1. §. *Municipijs*, n. 3. *de adquired. possess.* Aristotel. 3. Polit. 3. quod idem de Magistratu dicitur, leg. 25. ff. *ad Municipalem.* Colligitur clarè civium privilegia, sicuti & ipsam Civitatem pro Rectore supponere. Quod egregia comparatione expendit Plutarchus; Civitatis igitur caput est Antistes (proprius appellarem mentem Civitatis, & animam) qua vt Plutarchi vtar similitudine, regitur Civitas, vt corpus quoddam mysticum ad corporis animati modum. Si ergò civis naturalis, ciuilis, vel adscriptitius est quodvis membrũ; quidni & caput societatem hominum dirigens in concordiam?

Isidor. lib. 9. Ethym. c. 4.

Plutarch. libr. de Doctrina Princip. ad Trajan.

Num. 385 Quod si indubitanter traditur à plerisque (marginaliter notatis) Clericum habere domiciliũ, & illius Diœcesis esse civem, in qua situm est Beneficium, quanto potiori argumento talis dicetur Antistes, qui omnium animarũ cura est & salus. Illud tamen aliquibus bilem admovere poterit tantũ: Hanc Hierothei naturalitatem sitam in Secoviẽsi Episcopatu, vni tantùm innixam Auctori, nimirum Flavio Dextro; ex hoc enim omnes transcripsère sequentes. At testis vnicus in causa non sufficit, leg. *Iuris iurandi*, C. de *Testibus*, cap. *Veniens* 1. cap. *Licet ex quadam, de Testibus.*

Barth. in leg. hæres absens, §. proinde, n. 5. ff. de Iudic. & in l. 1. n. 13 ff. ad Municip. Palatius Rub. in repetit. rub. §. 39 num. 1. Cardosus in praxi Iudic. & Advoc. v. domum, n. 6. Boer. decis. 260. incip. Præsup. n. 20 Valas. alleg. 5

Barbos. de Offic. & Potest. Episcop. to. 1. p. 2. al. leg. 4. n. 43.

Num. 386 Ast exceptiones patitur præiacta lex, & quæ

omnes sponte decurrunt huc: Testem vnicum sufficere his casibus adstruunt notati Authores, Barthol. in leg. 1. *Quorum honor*; Tuschus, verbo *Testis*, conclus. 281. Alexand. cons. 91. vol. 5. Iaso in leg. *Admonēdi*, ff. *de Iure iurando*, 2. lect. num. 187. Calcan. cons. 100. Decius cons. 251. Craveta cons. 158. num. 2. Marsilius singul. 435. Mascardus de *Probationibus*, vol. 1. q. 5. nu. 218. Bertrandus cons. 20. vol. 1. nu. 1. Menochius, de Arbitr. Iudic. Barbatia cons. 27. vol. 2. num. 2. & alij: *Primò*, non intervenienti alterius damno: *Secundò*, substantia cognita, ignoratis circunstātijs: *Tertiò*, in rebus abstrusissimis, & antiquitatis pulvere obsoletis: *Quartò*, si id persuadeat eximia testis dignitas, vel authoritas: *Quintò*, quia in praxi vnius testis Parochi commēdantis Baptismum alterius, liber, vox, vel charta fidē ingerit. Sed hic prędictę omnes exceptiones spōtè veniunt, damnum non intervenit, sanctitatis substantia agnoscitur, ignoratur evidenter Dignitatis circunstantia, res est antiquissima ex nascētis Ecclesiæ temporibus, Flavij authoritas apud Sacræ Rotę Tribunal in omnibus Romæ maximi habetur. Sit ergò testis vnicus; hac in causa fidem faciet vnicus Dexter.

Neque his in causis evidentia exigitur, aut quæritur; sat est probabilissimè loqui, vt eruditè prosequitur Zacharias Pasqual. tom. 1. decis. 360. num. 1. innumeros referens Auctores; & anteà notavit acutè Caramuel in Theol. fund. Moral. fund. 11. num. 437. & alibi sæpius. Imò licèt apud Historicos reperirentur adversa, dummodo non esset alterutrius partis evidens oppugnatio, alterutri præstari posse assensum, est Iuris regula, leg. 1. ff. de Officio Quæstor. cap. *Novimus, de verborum signific.* & approbant Purpura-

tus

Anno Christi Domini 1666

tus in dict. leg. 1. nu. 156. Mascard. conclus. 363. num. 18. & alij.

Maneat ergò illibata Dextri fides, oblatrent licèt exteri, qui scommatum farraginem consarcinant in Flavium, vt Hispaniæ nostræ splendo-
Num. 388 rem obtenebrent haud cassurum, sed ridet Luna canis latratus, neque dū orbicularis est, pallescit, esto in eam evomant lęthale virus. Sed dè hoc satis, superquè actum à Bibario in Apolog.

Num. 389 Facultatem verò decernendi commune Officium pro Sanctis Hispanis, Episcopis concedi ex moderatione Gregorij Decimi Tertij mihi constat, dùm pari modo indulgetur Episcopis gratia Reliquias exponendi, nova miracula approbādi, vt colligitur ex Tridentino sess. 25. *de Invocat. & venerat. Sanctorum.* Qua de re eruditè (vt assolet) Barbos. tom. 2. *de Offic. & potest. Episcopi,* part. 3. alleg. 97. num. 2. & sequentib. præcipuè què sanctitate alicuius nota (qualiter in Hierotheo accidit) nullo errandi periculo exposita creditur huiusmodi facultas. Vndè secundùm Regu-
Num. 390 las Iuris (esto dubitaretur) debebat exponi favorabiliter.

Athen. lib. 4. Plat. in Tim. Leo Afr. l. 3. de Afric. Suid. in Grec. Xenoph. in Hellanic. Euseb. li. de tēp. Plut. in T... Cæl. Rhodig. l. 7. c. 32. Aul. Gell. l. 18. c. 2 Peiron. l. 2. de Crac. Macrob. l. 1. sat. c. 6. Suet. in Claud. Tert. l. de idolat. Tul. Cæs. c. in vit. Clod.

Lætetur ergò meritò Secoviensis Vrbs tali enutrita Pastore, paucula libet referre, eaquè pervetusta, vt morem probem. Celebrium epulatū summa, quas sacras adibant gentes, ad tria reducę batur capita; ad ablationem, depositionem comæ, sivè primæ genarum lanuginis; & ad sumptionem togæ virilis niveo candore conspicui. Secoviensis Vrbis tenebrosa infantia lacte Divini Hierothei erasit antiquas, ideòquè oblongas gentilitatis comas; & ad sumptionem Christianæ togæ viriliter nobilitata est. Agat ergò pro Hierotheo triplici ex capite triumphum.

Num. 391 Quinque etiam fuère solemnia Orbe toto, *na-*

ti-

tivitas, educatio, Dignitatis adeptio, Matrimonium, & mors; eaque perindè opiparis epulis obsignata. Vnde Tertulianus, lib. *de Corona militis*, ritum consecrans eleganter scripsit: *Per divinam generationem* (sic Baptismum vocat Dionysius) *suscepti lactis, & mellis concordiam prægustari.* Quasi ad epulas hæ quinque rationes pro Hierotheo Secoviensem Vrbem invitent.

Fuit & Romanis solemnis dies natalis Vrbis, qui fuit duodecimo Kalend. Maij, in quo Romulus, augurio capto, Vrbem aratro ducto providè designavit. Ergò cum Secoviensis Vrbis sit in Christo natalis Divini Hierothei, nunquam interitura flamma, nimirùm, prædicatione sua exorta, abdita se se explicuère nascentis novæ fundamina Ecclesiæ, & parietes Vrbis dissitos doctrinæ suæ glutinè adunavit, firmavit, erexit, æquum est, vt sub Hierothei titulo Vrbis diem natalem agant, quo lux cœlitùs illis suborta est.

Hoc vnum inter tot, eaquè maxima observandum duxi, Illustrissimum & Rever. D. D. D. Didacum Escolano Augustini sententiæ quasi addidisse; est enim iam in ipso *Episcopi* nomen, & operis, & honoris, quod diffitebatur Augustinus.

Hac in doctissima Apologia *Episcopi*, quod etiam est, *Pontificis* nomen expressit, nam secũdùm Isidorum Pontifex dicitur à ponte faciendo, *quasi sit via sequentium*, invia enim inaccessa, & abruta debet ille gregi suo peruia facere; aspera nimirũ in vias planas. Omniũ primus Illustrissimus Didacus vivis rationum lapidibus põtem erexit, viam monstravit, aperuit, adinvenit. Quorsum hæc? Ministerium suum implet, & pro Hierothei natali non abusum agit, qui grassatur Orbe toto celebrandi Natalitia, Baccharum more, quasi vero delectet beatas animas luxus ille, quo luris

Anno Christi Domini 1666.

Aug. lib. de Pœnit. c. 4. Hieron. lib. 2 in Matth.

vtriusq; confringũtur repagula. Nullus ferè Christiani orbis angulus hac impietate vacat, sed has Ethnicorum reliquias, veluti fæces in sentina navis Ecclesiæ subsidentes, quas damnavit Augustinus, & acriter carpit Hironymus, seu potiùs sugillat illam luem, quę suo sæculo grassabatur. Ita quidèm Illustrissimus Didacus Pręsules hos imitatur magnos, vt satiùs visum sit ei hymnis, & cãticis personare Hierothei trophæa quidèm spectacula, quibus cor accendatur ad eas virtutes æmulandas. Poterit ergo id facere. Sic censeo in hoc Salmantino Collegio Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, Prid. Id. Febr. Anno Domini 1667.

Censoris cõmendatio.

Meritò Decanatus dignitate in Theologia sacra, in Salmantina Vniversitate fruitur litteratissimus hic Pater Magister, quia si etymologiam, & proprietatẽ vocabuli introspiciamus, Deca indeclinabile *decem in numero interpretatur*; Decanusquè, *qui vnus ex decem est, amboquè peculiariter casui aptantur*, Deca, *quia decem superat*, Decanus, *quia ex decem primus est, & nulli secundus. Vir etiam (præter admirabile ingenium) insignis non solũ in Philosophicis, & Theologicis litteris, sed in humanioribus (vt brevissima hac indages satis erudit) omnium propè ingenuarum artium peritia egregius, cuius veritatis tot sunt præcones, quot auditores.*



CENSVRA

MAGISTRI D. PETRI CARDOSO ET Valdes, olim in Maiori Conchensi Collegio togati, nunc Ecclesiæ Salmanticensis Canonici Magistralis, & Vniversitatis Primarij sacræ Scripturæ Cathedratici.

TAntam Sanctorum segetem à primis nascentis Ecclesiæ cunabulis ad hæc vsque tempora ferax, felixque nostræ Hispaniæ tractus in Cœlum intulit, vt cùm quotidie è tenebris oblivionis, in quibus negligentia antiquioris sæculi iacuerant, quam plurimi luce communi fruerentur, & seduli antiquitatum observatores indies syllabum cælestium spirituum, qui nostras incoluere Provincias, accrescerent, ne successiva innumerabilium Patritiorum numinum celebratione feriarum Officium vacaret, maturo, accuratoque Summorum Pontificum Pij Quinti, & Gregorij Decimitertij Decreto sancitum est, vt non quælibet Hispaniarum Ecclesia indiscriminatim cuiuslibet Hispanici Sancti Officium recitaret, sed solùm illius, cui naturalitas loci, vel Diœcesis Patroni dignitas, corpus, notabilis vè Reliquia in tali Ecclesia, vel Diœcesi sita faveret, vt istat ex Bulla Gregoriana, data Romæ, die 30. Decembris, anno 1573.

Huius primæ Sedis indulgentia muniti plures nostræ Hispaniæ Illustrissimi Præsules, declaratione præmissa, huic, vel illi Sancto aliquem ex prædictis titulis habere comperiëtes, sine regressu ad Pontificem, specialem cultum in tali, vel ta-

Anno Christi Domini 1666.

li sua Diœcesi cum Officij recitatione, Ordinaria sua potestate vtentes, multoties adscripserunt. Sapientia ergò maxima, qua pollet, & ardentissimo, quo ardet, zelo erga suæ Ecclesiæ Cathedralis decorem Illustrissimus, Doctissimusquè D. D. Didacus Escolano, Sanctæ Secoviensis Ecclesiæ nunc Episcopus, rationum, authoritatum, sepulchralium inscriptione, vetustis scripturarum instrumētis Divum Hierotheum Hispanum fuisse, Secoviensisque Ecclesiæ in Carcabis primum Antistitem, diviniquè verbi primum seminatorem mirabili validaquè suæ mentis, ratiocinijquè armatura, laureatis litteris syntagmate adamussim digesto affatim convincit. Horum omnium munimine instructus manū admovet, vt vterquè titulus domicilij, habitationis vé, Episcopalisquè dignitatis, qua prædictus Divus Hierotheus functus fuit in Secoviensi Ecclesia, cū naturalē cōstituat. At proindè sola sua declaratione præeunte, sine supplicatione ad Sanctissimū, cultum specialem, Officiumquè iuxta Regulas Breviarij ei assignare valeat.

Num. 397 Luculenta sanè, copiosaquè ad hanc rem stabiliendam tàm sacræ Theologiæ, tàm Iuris Canonici, & Cæsarei promptuarijs apprimè congesit Illustrissimus Secoviensis Episcopus fundamenta, omnium litteratum exhausit latices. Sisteret calamus, si thesis propositæ, enucleatæquè probatorem, non approbatorem iuberemur esse.

Num. 398 Censemus ergo morali certitudine esse fulcitum, Sanctum Hierotheum Secoviensis Ecclesiæ fuisse Episcopum. Quis enim imprudentis nævo non fœdaretur, si viginti sex testiom depositioni hoc asseveranti non crederet? Quis, nisi insanus viginti testibus iuridicè corā Episcopo Diœcesano interrogatis de re ab ipsis testata, nō praberet

assen-

Anno Christi Domini 1666.

assensum? Minori certitudine, sed maxima probabilitate asseveratur, Sanctum Hierotheum propter Ecclesiæ Secoviensis Episcopalem Sedē, puramque Catholicæ veritatem, quam suis Apostolicis clamoribus in corda Incolarum suæ Diœcesis ingesit, naturalis talis Diœcesis prærogativa gaudere debere, ac proindè cultu speciali, communiquè Officij sacri penso ab ipso Antistite, sine regressu ad Pontificem esse venerandum.

Num. 399 Liceat ex pauperculo meo penore in hāc vltimam assertionem, præter dicta, trium Authorum suffragia addere. Et si quisque in sua arte credendus: Primum quoad hoc in præsentiarum occupet locum Sacrorum Rituum in Ecclesia Conchensi olim Magister Ioannes Bustamante, libr. 6. cap. 1. in expositione Bullæ iam memoratæ Gregorij Decimitertij. Postquam ergo ibi primam causam celebrationis alicuius Sancti Hispani assignavit esse nativitatem in tali, vel tali loco Diœcesis, prosequitur hæc verba: *Lo mismo tengo por cierto serà auer sido Obispos, ò vivido en vn Obispado los años que bastan conforme a las leyes para llamarse naturales de vn Lugar, y gozar privilegios de tales, que son diez años, y aun menos, con animo de permanecer.*

Num. 400 Patrocinatur eidem asserto summæ litteraturę eximius vir, nunc in suo Regali Societatis Iesu Salmanticensi Collegio clavū regiminis providè tenens Pater Gabriel Henao, part. 3. suorū Operū de Divino Missæ sacrificio, disp. 27. sect. 26. n. 437. Hic namque postquam diffusè recitasset sententiam Patris Antonij Quintanadueñas apertè asserentis Dignitatem Episcopalem constituere cives illius loci, in quo Dignitas est, num. sequenti suam mentem depromit, dicens: *Hac in summa Quintanadueñas, & probabiliter si concessioni*

Anno Christi Domini 1666. Num. 401

illi pro Hispania nõ sit in toto, vel in parte deroga tum à legitima potestate, de quo, vt ego nũc dubitem, careo omni fundamento.

Suffragatur non mediocriter doctissimus Pater Theophilus Raynaudus Societatis Iesu, in tom. cui titulus est *Pietas specialis erga vnum aliquem Sanctorum præ alijs*, punct. 10. vbi cum disseruisset de cultu speciali præstando Sanctis Patronis alicuius Ecclesiæ, hæc subiungit, pag. mihi 246. *Potest commodè ad hunc locum reduci quilibet Sanctus Episcopus alicuius Ciuitatis, nàm tametsi apud homines titulus Patroni Ciuitatis ei tantùm Sancto defertur, quem Ciuitas communi voto delegeret sibi in Patronum, tamen apud Deum verisimillimũ est, Sanctos Episcopos, qui alicubi pauerunt verbo veritatis, & doctrina populum, illi quoque post mortem suffragari, & patrocinari peculiari ratione.* Et paucis interiectis, ait. *Proportione ergo cæteri cælites, qui Vrbis alicuius Antistites tempore vitæ fuerunt, suæ quisque Vrbis, cuius olim Cathedræ insederunt, curam peculiarem apud Deum gerũt, & eo nomine digni sunt cultu speciali per ciues eorum, quos Sanctus in ea quondam Vrbe rexit, posteros, aut successores. Explent partes suas hac in re singulæ Ciuitates, vt plurimum anniuersaria festiuitate recolentes Sanctorum suorum Antistitum memoriam.* Ex quibus rectè infertur, stando verbis Bullæ Gregorianæ, Diuo Hierotheo, vtpote Primo Apostolo & cõcionatori Ecclesiæ suæ Secouiensis, titulum Patroni posse etiam competere, & propter hunc etiam titulum, cultum specialem Sancto prædicto attribui. Magnum ergo (ò Illustrissime Didace) hac tua lucubratione Ecclesiæ tuæ erexisti gloriæ monumentum. Tot Patres illi adscribis, quot Præsules, tot Patronos, quot Antistites.

Tui amoris erga tuam Sponsam exprimis affectum. Temetipsum Patrem tuæ Ecclesiæ Secoviensis testatum relinquis! Sic censeo Salmanticæ Februar. 19. Anno 1667.

Gradatim ad honores, & munera ascēdi, Modestinus I. C. docet in leg. Vt gradatim, ff. de muneribus, & honoribus. *Hocquè ita faciendum ipsa ratio suadet; non ab ea in consequendis suis discessit hic eruditus vir, sed hanc insequens viam, ad Magisterium magnum evectus est. Magnum reverà est divinarum litterarum, & sacrarum Scripturarum studium, valdè vtile & proficuum; & qui in lectione hac magis proficit, hoc magis ac magis verum quotidie experitur, & experimento passim rationi consonum agnoscet.* Quod ait Divus Chrysologus, serm. 6. Quod non apices, non litteræ, non syllabæ, non nomina in Evangelio divinis vacua sunt Mysterijs. *Imò nec Iota vnum in divinis litteris otiosum existere; vt rectè autumat Cartaxena,* lib. 9. de Eucharistiæ Sacramento, Hom. 1. fol. mihi 538. *In eis assiduè legendis, meditandisquè inmodum exercitatus, & ad promouendos sententiarum gravitate, & proprietate verborum Auditorū animos efficax semper fuit Magister noster, vndè redditur magnis dignus honoribus. Nā qui sacras litteras docet, honorificis ab Ecclesia Sancta titulis extollitur & honoratur. Nunc divinæ legis amatorem, nunc Ecclesiæ lumen, nunc Doctorem optimum prædicat. Et ideò vas electionis Paulum à Domino vocatum, Divus Hieronymus Paulino scribens, credit; quia legis, & scripturarum Sanctarum erat armarium. Hoc proprium officium est Sacerdotum, iuxta Prophetam Aggæū 2. vers. 12. ibi:* Interroga Sacerdotes legem. *Ab infantia sacris eruditum litteris Timotheum, & ab eo accepisse Paulus* gloriatur,

ita

Anno Christi Domini 1666.

ita illi scribens, 2. ad Timotheum 3. vers. 14. Tu verò permane in his, quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris, & quia ab infantia sacras litteras nosti, quæ te possunt instruere ad salutẽ per Fidem, quæ est in Christo Iesu. *Et ad Titum 1. ver. 9. eidem hoc idem præcipit, ibi:* Amplectẽtem eum, qui secundùm doctrinam est, fidelẽ sermonem, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes arguere. *Et in hoc verbo* arguere, *Divus Hieronymus* revincere *apponit.* Sancta quippè rusticitas (*inquit Hieronymus*) solùm sibi prodest, & quantum ædificat ex vitæ merito Ecclesiã Christi, tantum nocet, si destruentibus nõ resistit. *Iustos tantum, & eruditos iustos; vt ex parte Dei præmium polliceatur, divinitùs distinxit Daniel Propheta cap. 12. vers. 3. dicens:* Qui autem docti fuerint, fulgebunt tãquàm splẽdor firmamenti; & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. *Vndè idem Hieronymus hanc distinctionem maximè laudat:* Vide (*inquit*) quantum inter se distent iusta rusticitas, & docta iustitia! Alij stellis, alij Cœlo comparantur; quamquàm, iuxta Hebraicã veritatem, vtrumque de eruditis possit intelligi. *O felix, qui in callendis sacrarum litterarum artibus continuò elaborat, vt alios doceat, & legem Domini præceptaque eius, qualia esse fidelibus, exponat! Vera enim illa necessitudo est, & Christi glutino copulata, quam non vtilitas rei familiaris, non præsentia tantum corporum, non subdola & palpans adulatio, sed Dei timor, & divinarũ Scripturarum studia conciliant! Hæc Magnum reverà Magistrum istum efficiunt in Dei notissimum famulatum, fidelium vtilitatem, & totius Ecclesiæ Sanctæ bonum, quorum tantum Dei repromissa remuneratio esse valeat, & cõpetens merces.*

Anno Christi Domini 1666.

CENSVRA

REVEREND. PATRIS M. Fr. FRANcisci Reluz, Ordinis Sancti Dominici, in Divi Stephani Salmanticensi Conventu, & in Vniversitate Primaria Theologiæ Sacræ Cathedræ Moderatoris.

Num. 403



VM Venerabilis, & Perillustris D. D. D. Mathias de Rada, Calatrauēsis Militiæ Eques, Regis à Cōsilijs, totius rectæ instructionis norma, nostræ Salmantinæ Vniversitatis Cancellarius dignissimus, certiorem fecisset de iniuncta mihi obedientia per Illustrissimum D. D. D. Didacum Escolano Secoviensis Ecclesiæ Præsulem circa cuiusdam egregij voluminis perlustrationem mihi, inquam, omniū minimo alijs curis præoccupato, alijs meditationibus vacans ex officio, alijs, inquam vno verbo, litterarū studijs intento, Scripturam tradens, cum Ezechiele Propheta exorsus est, dicens: *Tu, fili hominis audi, quæcunque loquor ad te: & vidi, & ecce, manus missa ad me, in qua erat involutus liber; & expādit illum coram me, qui erat scriptus intùs & foris.* Quia & rationum medulis in interiori abūdat, & foris arte dicendi pollet: & dixit ad me: *Quodcunque inveneris comede, & aperui os meū, & cibavit me volumine illo, & comedi illud, & factum est in ore meo sicut mel dulce.* Neque mirū; est enim *volumen* volans vsque ad Cœlū; & cœlestes viros, quod Zacharias cap. 5. suæ Prophetiæ expavit, rorem salvificum suggens, qui ingenio apum dulcorat pectus, è cuius celulis iam melleo liquore repletis assurgit vapor vsque ad os, vt

Ezech. 2. v. 8. & 9. & c. 3. vers. 1.

Zachar. 5. v. 2.

cœlestia pandat pectore recondita. Summa igitur (Illustrisime Princeps) tui voluminis dulcedine plenus, & torrente voluptatis potatus, pedē figam. Hic enim mihi dicitur, siste pedem, ne transgrediaris limites Patrum tuorum, viros nominatos venereris, non iudices, altiora te ne quæsieris, Duci, Magistro, Antesignano Ecclesiæ Principi obedientiam præsta, discipulatui incumbe, non Magisterij munus obeas, tempus loquendi, & tempus tacendi, habenas reprimere, non laxare oportet, retia retinère, non tendere trepidabat Petrus, timebat Apostolus, verebatur, cùm per totam noctem laborans, nihil cepisset; iterùm retia mittere ad mare, sed obedientia Christi fretus, retia tetendit. In verbo igitur tuo, de me diffidens (Illustrisime Princeps) tuo zelo ductus, & orationibus munitus laxabo rete, nec vt doceam, sed vt discam & colligam, sicut Cananea micas, nàm & catelli ædunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum.

4 Summatim igitur præstringam ea, ad quæ cōtroversia devolvitur, & in quibus difficultatis cardo consistit. Dubium igitur, quod summa eruditione plenum huius voluminis Author decidit, est; vtrùm ratione indulti Pij Quinti, & Gregorij Decimitertij Episcopis nostræ Hispaniæ directi circa Festivitatem Sanctorum Naturalium eiusdem Provinciæ, posit Episcopus Secoviensis Festivitatem Divo Hierotheo instituere cum Officio de communi Sanctorum, titulo naturalitatis eiusdem Civitatis. Circa cuius enodationē, aliquibus certis stabilitis, procedam, suffragio Authoris nostri voluminis subnixus, & eius remigijs sublevatus. Primò igitur vt vasis, & fundamentum totius disputationis supponenda, & præmittenda est vniversalis Ecclesiæ approbatio cir-

circa huius præexcelsi viri sanctitatem, secundũ quod obtinebat vsus Ecclesiæ antiquus in Canonizatione Sanctorum, vt omnes fideles veneratione sanctitatis, sine vllo falsitatis rumore, Divũ Hierotheum prosequantur. In hoc enim præcipuè Summorum Pontificum nititur Privilegiũ, neque aliter Pontifex indulgère valet, sicut nec propriæ authoritati cedere in Sanctorum expositione. Quare concedere potest Episcopis, vt, firma viri, aut mulieris sanctitate supposita, alia superaddant, ad augmentum venerationis, & cultus spectantia, adhibitis aliquibus conditionibus, quarum prudens examen ipsorũ relinquitur prudentiæ, & curæ. Ita Concilium Tridentinũ sess. 25. de invocatione, veneratione, & Reliquijs Sãctorum, &c. Episcopis remisit, vt Sanctorum Reliquias recognoscant & approbent, adhibitis in consilium Theologis, & alijs pijs viris, qua præmissa diligentia, ea faciant propria authoritate, quæ magis consentanea veritati, ac pietati iudicaverint. Sic etiam Pontifex indulgère potest Episcopis circa Sanctos alios canonizatos, vt sub hac, vel illa circunstantia, suo examini relicta Festum instituãt cum Officio de communi; & alia, quæ ad præsens examinare non spectat, nec vacat. In qua concessione nullum erroris periculũ imminet, quia substantia cultus ad sanctitatem terminatur, fertur, inquam, per se ad Sanctum ratione suæ sanctitatis vbicumque sit. Simile nos docuit Divus Thomas 2. 2. q. 1. art. 3. ad 2. circa charitatem, in qua non posse reperiri falsitatem, neque in eius vsu, tenet. *Quia ad charitatem* (inquit Angelicus Doctor) *pertinet diligere Deum in quocunque fuerit*. Vndè non refert, vtrum in isto sit Deus, qui propter Deum diligitur; sic etiam sanctitatem Sancti veneramur, in quocũque fue-

Anno Christi Domini 1666.

rit indicata, neque refert ad cultum, quòd hæc sit Reliquia illius Sancti, qui propter veram, & indubitatam eius sanctitatem colitur; neque propter hoc diligens inquisitio omittenda est circa Sanctorum Reliquias, ad quorum præsentiam Deus mirabilia patrat, & hæc eadem diligentia prævia Sanctorum veneratio est, quam Ecclesia imperat, quia sic melius inconvenientibus præcavetur,

Num. 405 Vt certum etiam certitudine morali præmitto, Sanctum Hierotheum Hispanum fuisse, & Episcopale onus suscepisse in Ecclesia Secoviensi. Cui sententiæ ita adhæreo solùm propter Flavij Dextri authoritatem, cuius dignitas tot capitibus munita est ab Authore huius voluminis, vt nulla appareat tergiversationis ratio, nullus pateat dubitationi locus, nisi vel invidia subintret, vel sola impugnandi libido. Neque in dubium revocari potest (vt eruditè noster Author cõfirmat) vnius viri authoritatem sufficere ad probabilitatẽ sententię fundandam, licèt valdè sit respectivè attẽdenda illius authoritas. Et in materia Theologię Moralis, vel Scholasticę vnius primi Doctoris Authoritas probabilitatem fundat, & altiorem, quã alij plures simul inferioris notę Magistri, quod ex alijs materijs deducere oportet, & à viris accipere exempla. In re militari Dux, qui bello pręficitur, plus ęstimatur, quàm militum multitudo ei subiecta. Vndè & Davidi strenuo Duci Cives dixerunt: *Tu vnus pro decem millibus computaris.* (1. Reg. 18.) In materia etiam canonizationis Sãctorum vnus solus suffecit Antonius, qui Sanctum Paulum primum Heremitam inuisit; vt vniversalis Ecclesia testimonio Magni Antonij adhęrens, illum pronuntiaret vt Sanctum, & vt primum Ducem heremiticę vitę. Sic etiã sufficiet vnius Flavij Dextri authoritas tanta in Historijs promulgandis, vt

dubio careat, Sanctum Hierotheum & Hispanũ fuisse, & Sanctę Ecclesię Secoviensi prędfuisse.

His animadversis, adhuc duo supersunt dubia, litterę Pontificum adhęrentia, & controversię non modicè obnoxia. *Primum* est: An Episcopi ex vi indulti Gregorij Decimitertij, & Pij Quinti, vt naturales Sanctos illius Civitatis, quos naturales prudenti discursu cognoverint, Officio de communi Sanctorum Ecclesia propria celebret. *Secundum* est: An Sanctus Hierotheus vt naturalis acceptandus sit Civitatis Secoviensis, eo, quòd prędicaverit, & ad Fidem Civitatem converterit, & vt Episcopus illi Civitati pręfuerit.

Circa primum latè, & eruditè (vt in cœteris) disserit noster Author, & obiectionibus contrarijs plenè satisfacit. Cui sententiæ firmiter adhæreo, quam (meo videri) convincunt verba Pontificis Gregorij Decimitertij, ibi: *Declaramus, vnamquamque Hispaniæ Ecclesiam eorum tantũ Sanctorum, qui in Breviario non sunt descripti, Officia propria celebrare posse, qui vel illius Diœcesis sint naturales, vel eius Ecclesiæ, seu Diœcesis sunt Patroni, vel eorũ corpora, seu notabiles Reliquiæ in ea Ecclesia, seu Diœcesi requiescunt: De alijs verò Sanctis, etiam si sint naturales, vel Patroni alterius Diœcesis, etiam si illorum corpora, vel notabiles Reliquiæ in aliqua Ecclesia alterius Diœcesis requiescant, non celebretur Officium proprium, sed servetur ordo Breviarij Romani.* Quibus verbis duo discernuntur. *Primum* est, quòd vnaquæque Hispaniæ Ecclesia potest Sanctos propriæ Diœcesis naturales, vel Patronos, vel quorum notabiles Reliquiæ apud illam Ecclesiam asservantur, cum Officio proprio celebrare. Vbi aduertere oportet, vltimum verbum de Officio proprio exponendum esse sub conditione appro-

Anno Christi Domini 1666.

bationis Officij à Romana Sede. Sed hinc constat manifestè quancumquè Hispaniæ Ecclesiã posse naturales suæ Diœcesis cum Officio de communi Sanctorum colere. Si enim Pontifex indulget cum proprio Officio, facta suppositione iam dicta, celebrare, non dubitat de concessione celebrationis sub Officio de communi Sanctorum iamdiu approbato. *Secundum* est, quòd si sint alterius Diœcesis naturales, sivè illorum corpora, vel notabiles Reliquiæ in aliqua alia Ecclesia requiescant, non celebretur Officium proprium, sed servetur ordo Breviarij Romani, vbi etiam duo prohibentur. *Alterum* est, ne vna Ecclesia, seu Diœcesis naturalem alterius Diœcesis sub Officio proprio celebret, illis verbis: *Non celebretur Officium proprium:* Alterum, quod præcipitur est, *Vt servetur ordo Breviarij Romani.* Quibus verbis prohibetur, vnam Ecclesiam, seu Diœcesim non posse Sãctum naturalem alterius Diœcesis, etiam sub Officio de communi, colere; aliter enim non servatur ordo Breviarij Romani.

Num.408 Et quod hæc sit mens Pontificis, constat eo, quòd per hoc occurritur, & evitatur duplex incõveniens, quod vitare proposuit Pontifex illis verbis: *In primis illud nobis declarãdũ se offert, ex quo magna oriri poterat confusio. Cũ enim Prædecessor prædictus indistinctè concesserit, vt Ecclesiæ Hispaniæ possint celebrare Officia propria Sanctorum illius Provinciæ, illiquè plures sint numero, ex hoc sequebatur, vt officium maioris partis feriarum anni omitteretur, & ordo Breviarij ferè subverteretur. Nos huic incõmodo occurrere volentes, & Prædecessoris prædicti mentem sano modo interpretantes: Declaramus, vnãquamque Hispaniæ Ecclesiam eorum tantum Sanctorum, &c.* Vt supra retulimus. Quibus verbis duplex incommo-

Anno Christi Domini. 1666.

dum continetur: Alterum ex multiplicatione Officiorum, quæ sunt propria Sanctorum Hispaniæ: Alterum ex multiplicatione Sanctorum, qui in Breviario communi non continentur. Si vtique, vt insinuat Pōtifex, in hac Provincia indistinctè, id est, in qualibet Ecclesia de omnibus Sanctis Naturalibus Provinciæ Hispaniæ celebratio fieret, cui duplici incommodo occurritur, verbis sequentibus à nobis relatis, per hoc videlicèt, quod vnaquæque Ecclesia solùm de Sanctis Naturalibus illius festum celebret, & sub Officio proprio, si adsit approbatio Pontificis.

Num. 409 Idem intentum amplius roboratur per hoc, quod idem Pontifex addit, dicens: *Item concedimus, quòd qualibet Ecclesia, & Monasterium Hispaniæ, habēs aliquas Reliquias insignes, puta, caput, brachium, vel crus alicuius Sancti, etiam alienigenæ non existentis in Breviario, vel de quo in dicto Breviario fit tantùm Commemoratio, possit illius Festivitatem celebrare, vel Officium Duplex facere.* Quibus verbis fit extensio quædam Privilegij in ordine ad Reliquias supra Privilegiũ de concessione Festivitatis Naturalium in propria Ecclesia; quasi diceret Summus Pontifex, ob naturalitatem Sanctos solùm in propria Ecclesia celebrandos; sed propter Reliquias, vbi videlicèt extat Reliquia notabilis alicuius Sancti, ibi possit celebrare de Sancto illo, etiam si externæ nedum Diœcesis, sed nationis sit.

Num. 410 Neque vrget contra hoc, quod in antecedentibus verbis videbatur cōcessisse Pontifex æqualiter de Reliquijs, & de naturalitate Sanctorum; quia ibi sermo erat non solùm de celebratione Festi absolutè, sed etiã sub Officio proprio, quod in verbis nuper relatis non contingit; vel dicatur quòd sensus antecedentiũ verborũ est, quòd Ec-

clesia quælibet Hispaniæ possit celebrare de Sanctis propriæ Diœcesis Naturalibus, & de Sanctis, quorum sunt Reliquiæ notabiles in alia Ecclesia; modò verò circa Reliquias speciale Privilegium addit extendens illud ad Reliquias Sãctorũ externæ nationis, de quibus nondum loquutus fuerat Pontifex. Quibus omnibus si superaddatur consuetudo Ecclesiarum in celebratione Festi Naturalium Sanctorum est irrefragabile fundamentũ ad intelligentiam Pontificis, quia consuetudo est optima legum interpres, cui si iterùm superaddatur noticia Pontificis de prædicto vsu, & consuetudine, cuius oppositum incredibile est, iam consuetudo vim legis habet.

Vltimum punctum, & controversiæ pars, in quo maior est difficultas, vtpotè circa quod Authores parùm aut nihil tetigerunt, nempè de *naturalitate* nostri Sãctissimi Hierothei in Vrbe Secoviensi, eo quòd prædicaverit, & Episcopus fuerit: cui etiam cum nostro Authore affirmativè respondeo; ante cuius probationem, triplicem oportet distinguere naturalitatem, seu nativitatem: *physicam* nempè, *legalẽ*, & *spiritualem*; inter quas *physica* est quasi aliarum fundamentum, vel potius vt subiectũ (vt Theologicè loquar) in quo aliæ nativitates subsistunt: *Secunda* ad similitudinem primæ *est legalis*, de cuius ratione est obtinere munera, vel conditiones aliquas naturalis nativitatis: vtraque tamen communis est Gentilibus, & alijs: *Tertia* denique est *spiritualis* supereminens omnibus Ecclesiæ, propria & præcipuè facta comparatione ad Ecclesiæ Rectores, Primatum tenens. Quo animadverso, consequenter asserendum est, nomina expressa in Decretis Pontificum, vtpotè Ecclesiæ Rectorum, & in supremo gradu existentium, licèt quãtum ad id, à quo

Anno Christi Domini. 1666.

nomen imponitur, aliquid sonent commune omnibus, vt *nomẽ, naturalitas, nativitas, naturalis, &c.* Sed quantum ad id, ad quod significandum imponitur, potiùs ad propria Ecclesiæ restringitur, & limitatur. Sic enim potiùs veniunt in vsum illius; sed *spiritualis nativitas* Sancto Hierotheo commodè applicari potest in Sancta Ecclesia Secoviensi: ergò ex Pontificis indulto ratione naturalitatis ipsius rectè potest de illo recitari cum Officio de communi, vt de alijs Sãctis Naturalibus; minor probatur ex ratione Matrimonij Spiritualis contracti cũ Ecclesia Secoviensi ratione Prǽsulatus, quod importat statũ perfectionis, & cõiunctionis indissolubilis cũ illa; quod totũ exprimit *nativitatẽ spiritualẽ* in perfectissimo gradu: ergò adest *nativitas spiritualis* in Sancto Hierotheo, in comparatione ad illam Ecclesiam. Et confirmatur cùm quis reliquit sæculum, Religioni se tradens per professionem, moritur naturalibus, & potiùs attenditur in illo *nativitas* in Religione, quam *naturalis*; quia hæc despecta fuit propter illam; sed hoc idem contingit in onere Episcopali respectu Episcopi se tradentis Ecclesiæ: ergò idem dicendum est. Et in confirmationem huius, quod de *nativitate spirituali* apud Religionem dicebatur, nullus dubitare potest quòd si Summi Pontifices permitterent alicui Provinciæ alicuius Religiosi sancti Festivitatem celebrare, quia naturalis erat illius Provinciæ, quòd priùs, & principaliùs propria Religio id posset, nisi contrarium exprimeret Pontifex, in cuius signum canonizatio Sancti cuiuslibet Religionis primò apud illã solemnizatur: ergò si intelligitur concessa facultas celebrandi de Sancto Hierotheo in Hispania apud Patriam, in qua primò natus est, id non est denegandum Ecclesiæ Secoviensi, & cum Officio

Anno Christi Domini 1666. de communi, sicut etiam ibidem celebratur, vt noster Author refert. Confirmatur vlteriùs: Fingamus, aliquẽ ex Gentilibus, vt Baptismo regeneraretur Christo, oportere alicui determinatæ Civitati addici & astringi perpetuò, nullus in dubiũ revocaret, Ecclesiam solùm circa Christianos curaturam de *nativitate* per Baptismum, & omnes naturales illius Civitatis iudicarentur, qui ibi baptizati essent ex Gentibus; sed Episcopus propter Episcopale munus perpetuò addicitur propriæ Ecclesiæ: ergò, &c.

Num. 412 Denique rationi consonum est, Decreta Pontificum exponere iuxta morem exponendi sacram Scripturam, saltem quoad literalem sensum, sed ex consuetudine literalis intelligentiæ Scripturarum habemus, quod Pater, & filius modò secundùm naturam, modò secũdùm legem accipitur, teste Beato Hieronymo ad illa verba Matth. 1. *Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ.* Vbi hæc habet verba: *Hunc locum obiicit nobis Iulianus Augustus dissonantiæ Evangelistarum, cur Evangelista Mathæus Ioseph dixerit filium Iacob, & Lucas eum filium appellaverit Heli, non intelligens consuetudinem Scripturarum, quod alter secundùm naturam, alter secundùm legem ei Pater sit:* Ergo similiter Decreta Pontificum de *naturalitate* decernentia possunt cum proprietate exponi iam de *nativitate naturali*, iam de *legali*, quam possedisse Sanctissimum Hierotheum, constat ex dictis Illustrium virorum, qui mecum confluerunt in amplexu huius voluminis.

Num. 413 His duo non despicienda annectuntur ad Festivitatem Sancti Hierothei celebrandam sub Officio de communi, &c. *Primum* est, quòd, vt refert Author voluminis, asservatur caput Sancti Hierothei in Ecclesia Secoviensi, vndè etiam ex hoc

capite comprehendit Pontificis Privilegium Sanctum Hierotheum, vt in propria Ecclesia de eo celebretur. *Secundũ*, quod adiungimus, est, Divinum Hierotheum Patrem Fundatorem Fidei illius Civitatis extitisse, in quo consequutus est quandam eminentiam Patroni; Patronus enim solet esse communis, sed Pater proprius. Vndè dicebat Apostolus Corinthijs: *Nam si decem millia Pedagogorum habeatis in Christo, sed non multos Patres: nam in Christo Iesu per Evangelium ego vos genui.* Igitur cùm ratione Patronatus Privilegium Pontificis comprehendat Sãctissimum Hierotheum, non minus debet ei applicare, quia Pater est.

Tandem idem cõvincitur ex Reg. 81. de Reg. Iur. in 6. ibi: *In generali concessione nõ veniunt ea, quæ quis verisimiliter in specie non esset concessurus*; sed verisimile est, imò incredibile apparet oppositum, quòd Pontifex negaret sub dictis motivis celebritatem Sancti Hierothei in Ecclesia Secoviensi sub Officio de communi Sanctorum; ergò cùm aliàs sint motiva satis vrgentia, vt sub generali concessione contineatur applicatio Privilegij Gregorij XIII. ad Sanctum Hierotheum pro Ecclesia Secoviensi, proculdubiò sub generali concessione includitur. Sic cẽseo. Datum in Cõventu Sãcti Stephani Salmantini, die 23. Februarij, anno 1667.

Sparsim multa de præclaro hoc viro, & Religiosissimo Patre & Magistro, si Encomiastis munus susciperemus, alloqui possemus; sed pro maiori tantùm sufficiat dicere, vita integritate singulari extitisse, candore animi atque sinceritate admirabilem, paupertatis amantem, obedientiæ tenacem; ambitionis, omnisque fastus contemptorem egregium, vt in illo virtus cum doctrina, obedientia

Anno
Christi Domini
1666.

cum ingenio, pietas cum sapientia certasse videatur; assiduæ enim lectioni semper deditum, nisi cũ eum evocet singularis obedientia, vel Psalmodia in Choro, vel contemplatio, & meditatio, solitudinis amantem, & quietis appetentem. O angelica vita! Integerrimi mores! Virtutesque maximè excultæ! Initium sapientiæ est timor Domini; Deum sapit, qui Deum timet; sapientiæ culmen attingit, qui, timendo Deum, et fideliter inservit, & ex corde amat. Vndè ergo sapientia venit? Et quis est locus intelligentiæ? *interrogat Iob cap.28. vers. 20. & inferius, vers.23.* Solum Deum intelligere viam eius, & novisse locum illius, *affirmat. Hæ sapientiæ via sunt mandatorum Dei fideliter præcepta custodita. Ita Moysses populo indixit, Deuteron.4. vers.6. ibi:* Hæc est enim vestra sapientia, & intellectus corã populis, vt audientes vniversa præcepta hæc, dicant: En populus sapiẽs, & intelligens, gens magna, &c. *non lucubratio, non assidua lectio, non annorum cursus; sed amor Dei, spiritus, & inspiratio sua dat sapientiam; præclarè ex experientia ita agnovisse fatetur idem Iob, cùm ità cap.32. vers.7. & 8. dicat:* Sperabam enim, quòd ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret sapientiam; sed (vt video) spiritus est in hominibus, & inspiratio Omnipotentis dat intelligẽtiam: Liber *autẽ scientiæ in quo virtutis amator legere debet, est ipsemet ab isto Patre Magistro in principio sui sermonis adductus, scriptus intus & foris. De quo Ioannes in Apocalypsi cap.5. vers.1. Et Ezechiel cap.2. vers.9. id est* Christus Crucifixus: Liber *vitæ est, in quo descripta sunt nomina prædestinatorum:* Liber, *in quo Deus legit, quid quid noscit:* Liber, *in quo didicerunt cœlestes Spiritus, & Cherubim omnia quæ sciunt. Et quamvis id cõveniat Christo, quatenus*


Deus est, cõvenit etiam eidem, quatenus homo est: Liber est; *in quo Deus habet impressa studia sua, & cogitationes:* Liber, *qui fuit in Incarnatione compactus, in Circuncisione amputatus, in Cruce contusus; ac tandem rubrica proprij sanguinis insignitus:* Liber est, *in quo, quidquid Paulus novit, didicit, & prædicavit, occlusum fuit, sicut ille aiebat Corinthijs, Epistol. 1. cap. 2. vers. 2.* Non enim iudicavi, me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christũ, & hunc Crucifixũ. *Librũ hunc sine intermissione pervolvebat Divus Thomas; hunc legebat, & ruminabat; & ex hac lectione, & meditatione ita edoctus evasit, vt eius opera palàm ostendunt, & Angelici Doctoris nomen adipisci mereretur, & à Domino audire:* Benè scripsisti de me, Thoma, quã ergo mercedem accipies? *Fructũque perceptum ex hac proficua lectione revelavit Reginaldo sodali suo, cui dicere solebat, quod:* Quidquid sciret nõ tàm studio, ac labore suo peperisse, quàm divinitùs traditum accepisse. *Ita legitur in 5. Lectione Festivitatis, & Officij sui. Libri huius assiduus est Lector prædictus Pater Magister Reluz, dulcis illi est super mel, & favum:* Liber *divinus est, non humanus animæ subsidia cõferens, cœlestia potiùs, quàm terrena, & humana literarũ studia docẽs. Quid ex nostro Codice, & volumine exiguo, & indocto melis suggere potuit, quę nec ad vtilitatem aliquam temporalem conducibilẽ existere, ipsemet clarè demonstrat? Sed hoc huius Religiosi viri non minimum suæ humilitatis indicium est, & manifesta probatio. O Magnus humilitatis thesaurus! In quem tanquã in Gazophilatium omnes reponũtur opes animæ. In tantum quis Magnus habetur, in quantum se in minoribus constitutum esse credit, nihil de se æstimat, omnia ab alijs didicisse sanctè declamat, se-*

quu-

quutus consilium illud salubre Divi Bernardi in suo Libro Meditationū, *cap.* 5. Stude cognoscere te, quia multo melior & laudabilior es, si te cognoscis, quia si, te neglecto, cognosceres cursum syderum, vires herbarum, complexiones hominum, naturas animalium, & haberes omnium cœlestium & terrestrium sapientiam. *Nam* (*vt inquit Sanctus Paulinus, Epist.* 38.) vacat tibi vt Philosophus sis? non vacat tibi, vt Christianus sis? verte potiùs sententiam; verte facundiam; sis Dei Philosophus, & Dei vates, non quærendo, sed imitando Deum; sapiens, vt non tam lingua, quã vita eruditus, tàm disseras magna, quàm facias. *Magisterium Christi hoc fuit* facere, & docere; *vt in Act. Apostolorum, cap.* 1. *enarratur*; Fecit opere, quod doctrina docuit: Et quemadmodùm ille fecit, ita & nos facere iussit 1 *Ioann.* 13. *vers.* 15. *Mandatum exequitur Magister noster Pater Relux opere, & verbo, Auditores suos erudiens, in quibus non solùm sapientia sua lucet, sed vbique plus quotidie relucet.*

CENSVRA

DOCTORIS D. EMANVELIS GVNdisalvi Tellez, Doctoris Salmanticensis, olim in eàdem Vniversitate in Maiori Conchensi Collegio Togati, Vespertinæ Iuris Canonici Cathedræ Moderatoris, nunc in Vallisº Oletano S. Inquisitionis Tribunali Integerrimi Censoris.



PErdoctam hãc Consultationem Historico-Iudicico-Moralem sedulò legi, perlegiquè, nec semèl fuit satis lustrasse, vt si quid aviditate legendi illectū prætervolaverat, iterata lectione, & qua-

si secundis curis notaretur. Profectò luculenter adverti, egregiũ opus dignius quidèm panegyri, quàm testimonio. Immò de tanto Authore quid conceperim, libenter depromerem, ni ad eiusdẽ elogia ansam arripere, & timor fatigandi ipsius modestiam, & censorium vetaret supercilium. Sed enim, vt rectè Symmacus libr. 3. Epist. 91. *Superforanei laboris est commendare conspicuos, vt si in Sole positis facem praferas, & accensu luminum claritudinem diei gestias adiuuare.* Mirabere, Lector, in opere tripartito, quo Author Illustrissimus lita Divino Hierotheo nervositatem rationum, dictionis claritatem, styli elegantiam, Auctorum copiam, & crisim, & scribendi concinnitatem. De reliquo quoad Censoris munus spectat, ea mihi sententia insedit, Sancti Hierothei Hispani primum Athenatum Episcopi, post Secoviæ in Arcuacis Primi Antistitis originem, Patriam, Cathedram, atque sæculum, necnõ eximiam sanctitatem apprimè probari, atque illustrari ex veteribus Chronicis, & Historijs Hispaniæ pervetustis; atque etiam Scriptoribus, qui accuratiùs totum hoc percalluerunt. Nec minori plausu, & approbatione dignam censeo Cõsultationis secundam partem, in qua strenuè, feliciterque evincitur, verum argui, constituiquè natalem ex dignitatibus, & prædicatione Evangelij. Tandèm postremam, sed magnitudine argumentorũ, & Authoritatũ pondere primam verissimã credo; tùm quia menti Gregorij XIII. Pontificis Maximi, & verbis eius Constitutionis maximè consona apertè demonstratur; tùm quia video praxi receptam à pluribus Hispaniæ Præsulibus litterarũ, & virtutum dote admodùm pręclaris, in quorum verba libentissimè iuravi. Prodeat ergo in lucem præclara, atque erudita hæc Consultatio, non mo

dò, vt de huius sententiæ veritate nunquam hæsitetur, sed etiam, vt pro magno lumine Canonicæ exercitationis, reique antiquariæ semper habeatur, & Hispania nostra non solũ, vt ait Pacatus ad Theodosium: *Iudicum mater sit atque Principidum*; sed etiam Sanctorum fæcunda parens, & Divini Hierotheri in vtroque eiusdem natali. Ita ex animi sentẽtia censeo. Vallis-Oleti 12. Kalẽd. Martij Anno salutis 1667.

Licèt iam num. 334. de hoc Magno Doctore (cùm de Canonizatione Sanctorum egimus, & eius authoritatem ad fulciendam conclusionem nostram asciscimus) aliqua diximus; cùm nobis semper meritò haud satis fuisse videatur, cùm nunquam reverà sit satis quod dicatur, nec capillata fronte occasio cum sit, si occurrentem non prẽdamus abeuntem, necessè iam calvatam deperdamus. Duo passim tantum in multis, quæ laudibus digna reperiuntur in hoc tantis exculto viro adnotare libuit: indefessus in primis litterarum labor, cùm Inquisitionis Sanctæ iugi, & oneroso munere, & assidua postcà litterarum lectio, quasi non iam ex naufragio commoditatum temporalium in portu salvus reperiretur, vtrique tamen vna tantum ratione responsum dari difficultati efficaxque sit, & Christiano homini prima. Nam studia istius Doctoris fuerunt, & sunt Deo, non sæculo, sequutus Domini præceptum ab Hieremia populo suo indictum, 7. vers. 3. Bonas facite vias vestras, & studia vestra. (*Vbi non solum pro studijs debent intelligi cogitationes, factaquè, sed litteraria studia) qui studet Deo, sapit ad sobrietatem, iuxta Divi Pauli monitum, Epist. ad Roman. cap. 12. vers. 3.* Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. *Non sapit ad sobrietatem, qui non sapit, quod sapere debet, nõ benè sapit, qui*

Anno Christi Domini 1666.

O glorioso Padre mio! Angel fuiste, que recien nacida la Iglesia volaste en alas de tu zelo a estas partes del Occidente a predicar los mysterios de nuestra Religion. Vesla aqui como la conserva esta Ciudad Catolica, y Religiosa en la misma pureza, que tu nos la entregaste. Angeles se llamã en la Escritura los Prelados, como se vè a cada passo en el Apocalypsi, y otras partes. Ven (Hierotheo sagrado) assiste a este tu pueblo, como rayo abrasador para nuestros contrarios, y como defensa de los tuyos. Ea Catolicos Segovianos: *Nolite timere*, os dize Hierotheo; no temas pueblo mio, que mientras durare en tu pecho la ley sagrada, y Evangelio que yo te prediquè siendo tu primer Pastor, por mi quenta corre tu defensa, que esta es la fuerça del primer Prelado; esta la obligacion de tu Patron: *Quia Prelatus.*

Anno Christi Domini 1666. Num. 449

Augusti. lib. 12. contra Faust. c. 6.

§. V.

EL quinto, y vltimo talento que se le entrega a Hierotheo es el cuydado de los suyos: *Et quia pascens suos.* Y de esta vltima partida recibida, que descargo dà nuestro Apostol? Como exercìó esse cuydado? Con aprobacion del Padre de Familias: *Quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam.* Pero no me admira fuesse su pasto tan celestial, y su govierno tan divino, si dado a la oracion, y contemplacion todo el tiẽpo que le permitia su oficio, sacava de el retiro, y comunicacion con su Dios luz, y conocimiento de lo que convenia; fue pues preciso que quiẽ era tan gran Maestro de espiritu, fuesse acertado en la assistencia, y govierno de los suyos, que el q̃ ha de regir a muchos, para acertar ha de consultar

Num. 450

primero a Dios, poniendo en èl su mira, y de aì sacar el coste para la enseñança de sus subditos.

Habla San Iuan de el estado feliz de la Iglesia, quãdo esta llegue a su vltima perfeciõ; y dize assi, tomando las palabras de la boca de Christo: *Videbitis Angelos Dei ascendentes, & descendentes supra Filiũ hominis.* Entõces vereis a los Angeles de Dios, subiendo, y baxando al Cielo; y sirve el estilo de tropieço: porq los Angeles tienẽ su morada de assiẽto allà arriba; luego el primer movimiẽto avia de ser descenso, no ascẽso, como San Iuan le puso; *ascendentes*, que esse es propio de el que està aca abaxo; luego menos atento lo mirò, y dispuso el Evãgelista. No teneis razon (dize Agustino) que fue la colocaciõ de essas dos vozes mysterio, no descuido: *Filius enim hominis rursum in capite nostro, qui est ipse Salvator, & Filius hominis, deorsum in corpore suo, quæ est Ecclesia; ad ipsum ergo prius ascendunt Angeli nostri, vt in Excelsis intelligatur, & ad ipsum descendunt, vt in manibus suis parvuli nutriantur.* Sabed (dize el Santo) que allì los Angeles significan los superiores, los quales primero que baxen a tratar con sus inferiores para acertar bien a regir, y governar, aunque su assiento sea en lo alto de la dignidad, han de subir primero a consultar con Dios en la oracion, y en el retiro lo què han de hazer. Suban pues primero arriba, para acertar acà abaxo: *Ascendentes, & descendentes*; q̃ de esse modo governaràn biẽ a los suyos: *Vt in manibus suis parvuli nutriãtur.*

O Divino Padre! O celestial Maestro! Apacentaste este rebaño de tus Segovianos con que celestial doctrina! Con què destreza! Cõ que santidad! Con que fruto! Pero no me admiro, que era continua tu oracion; erã tus extasis, y elevaciones cõtinuas. Fue, fieles, nuestro Apostol insigne Maestro

Anno Christi Domini 1666.

de espiritu, y dizen sus Historiadores, que escrivio con admiracion vn Tratado de la vida vnitiva, y contemplacion altissima de Dios. En esse exercicio pues, y retiro sacava de la comunicacion con su Dios el coste, y gasto para regir sus criaturas: *Quia pascens suos.*

Num. 451 A los varones grandes, que negandose a todo descanso, tienen con el alma retiradas, y ocultas las virtudes, a essos solicita el Cielo, baxa, y en la contemplacion comercia con ellos, cambiando el gusto, y voluntad de su Dios, y el conocimiento de lo q̃ debe obrarse para gloria suya, por sus excelencias, y virtudes: y no parezca locucion impropia, que el Cielo que abunda de todo lo que es de estima, y bueno, digamos baxa a contratar con algunos hombres en la tierra, donde todo es miseria, y tribulacion; que San Iuan en su Apocalypsi me dà doctrina para sentir assi:

Num. 452 Ioan. 21. v. 2. *Ecce, ego Ioannes* (empieça vna vision) *vidi Civitatem Sanctam Hierusalem novam descendentem de Cœlo.* Yo Iuan vi vna Ciudad santa, y nueva, que baxava del Cielo. Pues si essa Ciudad es el mismo Cielo, como baxa del Cielo? Atendamos para la inteligencia a lo que se sigue: *Et sustulit me in spiritu in Montem Magnum, & altum, & ostendit mihi Civitatem Sanctam descendentem de Cœlo.* Subiome (dize el Evangelista) a vn monte alto, y grande, para que viesse baxar el Cielo a la Ciudad santa de Ierusalen. No hallo yo ay solucion a la duda; antes bien nueva dificultad, porque ya que essa Ciudad santa quisiera favorecer la tierra, descendiendo a ella; porque anduvo tã limitada, y corta (digamoslo assi) que no baxasse al profundo, y a sus concavidades? Que quando la sustancia de el favor es grande, es mengua el que falte en los accidentes de cumplido. Para satis

facer a la duda, es menester declarar, que sea este venirsenos el Cielo a la tierra, lo qual sin duda es descubrirnos el comercio, y contratacion, que ay entre los dos. Viene, y baxa el Cielo a hazer sus ferias, trayendo luz, y conocimiento, que comunica Dios a los suyos, y a llevarse para su Corte celestial las virtudes, y excelencias de que los halla ricos; y adviertase, que no baxa a las vegas, ni a los valles, symbolo de las delicias terrenas, sino a los montes altos y encumbrados, a las aspereças solitarias, y desnudas de todo temporal agrado; que como essos empleos, professados voluntariamente, son imagen de vna alma retirada, y contẽplativa, aì es donde el Cielo baxa a alumbrar con luzes celestiales, y a feriar ricos caudales de virtudes. Sintiolo asi vna docta pluma, que pretendiò abrir el sello de mysterio tan escondido: *Dum cœlestis hæc Civitas in sublimi Mõtis vertice collocatur, innuitur hominibus opus esse, vt se se excitent, & inflammẽt, atque omni virium cõtentione ad clivosi tramitis difficultatem superandam aspirent.* Por essos passos tan arduos se sabe, y llega al ser de Montes encumbrados, en cuya altura Dios comunica luzes, y comercia virtudes.

Esta es la causa de el acierto, con que Hierotheo governava sus subditos: *Quia pascens suos.* Era monte en la altura de su perfecciõ: en la eminencia de sus virtudes: en la soledad de su contemplacion. Y estando elevado sobre si mismo, subia a Dios, y baxava Dios a èl para enriquecer el Cielo con las excelencias de Hierotheo, y para dexarle a nuestro Apostol iluminado, y instruido.

Esta es la quẽta que dà Hierotheo del empleo, y buen logro de los cinco talentos recibidos, por cuya aprobacion, y premio le dize el Padre de Fa

Anno Christi Domini 1666.

milias: *Intra in gaudium Domini tui.* Entrate a descansar para siempre en los gozos de la casa del Señor. Entra (Padre mio) oy en la tuya a gozar del premio, que te era debido de justicia: Entra de nuevo en este tu Templo, y Ciudad, donde tus hijos te reverencien, y sirvan con animos devotos, y rendidos, donde seas aclamado cõ el nuevo Rezo que oy te ofrece, y consagra tu sucessor, y nuestro Prelado, donde si hasta aqui te veneravamos con los coraçones, rompiendo yà la prision del silencio a diligẽcias de nuestra dicha, cantaràn nuestros labios tus glorias. Ni nos cõtentamos con el triunfo que oy te canta la Iglesia (Padre soberano) que nuestros pechos han de brotar vozes cõtinuas de amor, y devocion, con que te reverencien.

Num. 455 Sim. Metaphr. in Encom. Hierothei, quod extat Græcum in Biblioth. Regia Divi Laur. Scurialens.

Pero ay de mi (dize Simon Metaphrastes) que eres tan divino, y tan grande, que es corta la capacidad de mi lengua para tu grandeza. Compararete con los Angeles? Iustamente, pues siendo tu vida vna Angelical pureza, los excediste en el merito de los trabajos. Compararete a los Apostoles? Con razon, pues siendo tu oficio la predicacion, fue tan abundante el fruto. Compararete cõ los Martyres? No lo dudo, pues de la verdad que enseñavas, fueron testigos tu doctrina, sudor, y trabajos. Compararete con los Pontifices? No serà mucho, pues exercisste el Sumo Sacerdocio con tanta prudencia, y rectitud. Compararete al Cielo? Si, pues tu persona no fue otra cosa, que vn Cielo, donde Dios habitava, ilustrado con los astros de tanta heroica virtud. Compararete al Sol? Si, pues desterrando las sombras en la noche de la Gentilidad, alumbraste este Emisferio. Gozate (Apostol glorioso) entre tantas luzes, retribucion justa de tus merecimientos.

Anno Christi Domini 1666.
Num. 456

Agiographica rapsodia.
Psalm. 116.
II. Corinth. 12.
Ad Ephes. 2.
Actor. 2.
Luc. 13.
Psalm. 145.
Ad Titum 1.
Roman. 11.

Y tu (Ciudad dichosa) gozate con tal Padre, alaba a Dios, que te le diò: Agradece a tu Pastor, y dignissimo Prelado, que te le engrandece: Alabad a Dios, Segovianos: Alabad a Dios todas las Gentes; y vosotros especialmente los que antes estavais en las tinieblas de la Gentilidad, y yà amaneciò en vuestro Emispherio la luz del Evangelio: Los que antes erais peregrinos, y estraños, y yà teneis derecho a la sangre del Cordero: Los q̃ antes erais hijos de ira, y yà lo sois de la gracia: Los que antes no sabiais de las misericordias especiales, y yà aveis conseguido misericordia. Alabadle otra vez, porque esta se ha confirmado sobre nosotros: porq̃ su ley, por medio de tal Maestro, ha llegado a nuestras puertas: porque su Evãgelio ha echado hondas raizes en nuestros coraçones: porque su verdad queda, y permanece entre nosotros para siempre con exaltaciõ de su Fè, con santificacion de su nombre, con felicidades de gracia, con coronas de gloria:

Quam mihi, & vobis, &c.

Omnia sub correctione Sanctæ Romanæ Matris Ecclesiæ, & sapientum censura.



Anno Christi Domini 1667.

PRO TRADITIONE SECOviensium Accolarum de Hierothei Primi Præsulis & Episcopi sui Sede testante, defensorium quoddam, seu Apologeticum adversus Historicum Discursum Marchionis Agropolēsis lucem aspicit, Matritiquè excussum prælo, Doctorem D. Christophorum a Moia & Munguia, Canonicum Secoviensem Authorem habuisse, demonstrat. A *Operis huius & Authoris Encomiastes existit D. Melchior à Cabrera Nuñez & Guzman Castri Villæ de Guardo in Legionensibus Montanis Custodis, & in Regalibus Consilijs Advocatus.* B *Secoviensis Episcopus Summum Pontificem Alexandrum Papam Septimum, vt Orationē, Lectiones Secundi Nocturni, Antiphonas proprias ad Cantica Magnificat in vtriusque Vesperis, & Benedictus, ab eo dispositas & compaginatas,* C *pro Officio Sancti Hierothei dignetur approbare, vt in sua Secoviensi Ecclesia recitari valeant, humiliter litteris obsecrat.* D *Hauberto Hispalensi Monacho Benedictino in suo Chronico M. S. in serie Episcoporum Secoviensium* Eolidium, *seu* Aulidium *Discipulum Sancti Iacobi Apostoli, & Martyrem, Primum Episcopum Secoviensem affirmanti pro Primatu Cathedræ Secoviensis Hierothei historicè, & iuridicè respondetur.* E *Doctorem D. Christophorum à Moiа & Munguia, Canonicum Secoviensem in suo Defensorio, seu Apologetico Senatoriam Areopagiticam Sedem Græciæ in Hierotheo denegantem, apertis Textuum clausulis in hoc aberrasse iudicio designa-*

Anno Christi Domini 1667.

signatur. [F] *Nec minus Marchionem Agropolensem in suo Historico Discursu pro Patronato Sancti Fructi, Hispanum Hierotheum negantem, eum Senatorem Areopagiticum reperientem, Græcum ex eo certissimè existimantē.* [G] *Catalogus Episcoporum Secoviensium à Divo Hierotheo huius Cathedræ Fundatore, & Primo Præsule vsque ad Episcopum hoc anno Infulas Secovienses induentem describitur.* [H] *Divini Hierothei auxilium imploratur tàm pro sua Ecclesia Secoviensi, quàm pro filijs suis è vita sublatis, & superstitibus.* [I]

Num.457 (A DEmonstrat) Nondum communem lucem aspexit Historicus Discursus D. Gasparis Ibañez de Segovia & Peralta, Calatravēsis Equitis, & Marchionis Agropolensis Cathedram Secoviensem Divini Hierothei ex authoritate Flavij Dextri comprobatam, haud firmam & certam adstruentis, quando excussus prælo obviā exit quidam Apologeticus Tractatus Doctoris D. Christophori de Moia & Munguia, Canonici Secoviensis pro vera Cathedra eiusdem Sancti in hac Cathedrali Secoviensi Ecclesia, vbi duobus supra viginti §§. responsa dantur difficultatibus in dicto Discursu appositis; & tàm in facto, quàm in iure non minima omnium litterarum authoritate, & illustratione Cathedram ipsam defendit. Et licèt nos iam in Operis huius calce invenit, & retrogredi facile haud sit, multis in locis libenter pro nostra eum adduceremus sententia; gratum credimus esse Lectori multoties eum evolvere. Eiusdem Authoris M.S. Tractatum de natali, Sedibus, sanctitate, & litterarum sublimitate Hierothei in aliquorum fuisse manibus, scimus: Hunc

non

Anno Christi Domini 1667.

non tantùm legimus, sed perlegimus; cum ad Chronicum hoc peragẽdum accinximus, passimque in aliquibus meminimus. Nec negare valebit, qui legerit, haud exutum authoritatibus, vel notitijs vacuum existere; sed satis vestitum reperiri, valdeque vtilem pro Sancti Hierothei natali Hispano, & Cathedra Secoviensi probandis, & lucem aspicere dignum. Non tantum hos litterarios partus hic Author edidit; sed in Apocalypsim ingenij non spernendos sumptus iam diu elaboratos (licèt in totum non finitos) habet, indubiè Ecclesiæ Sanctę magnè profuturos, si typis dari iubeantur, polliceri securè possemus. Præcessit his lucubrationibus, quibus nomẽ suum apud posteros reddet satis notũ, strenuus Tractatus pro illibata Dei Genitricis Mariæ Conceptione iam diu elucubratus. Et præter alia virtutum, & litterarũ ornamenta, Theologicæ doctrinæ scientia, & prædicandæ Evangelicæ veritatis munere conspicuus habetur. Hanc mentium controversiam Authorum sedatam facile inveniemus, cum vterque Scriptor de bono Ecclesiæ suæ contendentes tantum desiderent, vt clarior veritatis radius effulgeat; vndé Cœlum propitium eis esse haud despetandum, sed certò promittendum valemus.

Num.458 (B *Advocatus*) D. Melchior de Cabrera Nuñez & Guzman in Regalibus Consilijs Advocatus, quandam scripsit Epistolam D. Christophoro à Moia & Munguia, Canonico nostræ Cathedralis Secoviensis Ecclesiæ (quæ prælo exarata in initio Operis Apologetici Tractatus in defensionẽ Cathedræ, & Sedis Secoviensis Divi Hierothei à dicto Canonico in lucem missi apposita reperietur) & docta panegyri nõ solùm extollit laudibus Authorem, sed opus notis exornat, & documentis ditat. In primis possibilem eum Sancti Fructi

Anno Christi Domini 1667.

Patronatum Hierothei adstruit, eique iure competere propter Fidei prædicationem, & Secovienfium Accolarum conversionem, satis apertè demonstrat; maximè cum traditione firma multis Iuris principijs vallata Primũ Secoviensem Episcopum Hierotheum fuisse testante, cui sistendum semper esse, dùm contrarium verius fuisse superplenè probetur; multa in paucis lineis excursis doctrinæ, & eruditionis in omnigena litteratura fundamenta iacit: Paria (si haud maiora) Authoris huius Opera, quæ communi plausu & luce gaudent, inter Bibliothecæ nostræ libros custodita habemus, quę eum laudabilem maximè reddunt; dignumque inter Scriptores Magnos adnumerãdum, præcipuè in politioribus, & humanioribus litteris, quibus valde fuisse versatum opera ipsa loquuntur.

Num.459 (c *Compaginatas*) Author huius operis rogatu Almæ suæ Cathedralis Ecclesiæ Capituli has, quæ sequentur, pro Officio Sancti Hierothei orationem, Lectiones, & Antiphonas ex Vita, & Actis eiusdem sancti decerptas, Sacrorum Rituũ Congregationi approbandas misit.

AD I. VESPERAS

Antiphona.

Ad Canticum, Magnificat.

QVum Verbi Mater ad Cælestes illas Sedes transmigraret, Hierotheus simul cum Apostolis aderat, eam abeuntem Hymnis prosequens.

ORATIO.

Deus, qui Beatum Hierotheum ad tantam Iesu nominis agnitionem pervenire fecisti, ut Divinitatis & Incarnationis Filij tui Magnus existeret Prædicator & Doctor: Concede propitius, ut eius suffragantibus meritis per Incarnationem Filij tui ad Divinitatis tuæ perfruenda gaudia perducamur. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

AD MATVTINVM

Lectiones Secundi Nocturni.

LECTIO I.

Hierotheus (quem Hispanum multi esse dicunt) unus fuit ex Senatoribus, qui in Areopagi vico Athenis in Græcia ius dicebant, Discipulus Sancti Pauli Apostoli, & ab eo in Fide instructus. Posteà ad tantum devenit virtutis & scientiæ fastigium, ut meritò à Magistro suo Paulo Atheniensis fuisset destinatus Antistes. Non solùm ovibus suis in Pastorali Officio proficuus extitit, sed doctrina sua multa Græciæ partem maximè perlustravit. Post Apostolum Paulum Magister fuit in sacris rebus edocendis Dionysij Areopagitæ Gallearum Apostoli, & Pariseos Episcopi & Martyris.

Anno Christi Domini 1657.

LECTIO II.

ORationi & meditationi ita assiduè, & ferventer vacabat, vt divini amoris iaculis ictus, divina patiens, extra se raperetur. Vndè à Discipulo suo Dionysio Areopagita Divinus est appellatus. Vt Magisterij munus rectè impleret, publicè Theologiã Sacrã legebat & erudiebat; & in totius Ecclesiæ bonũ Institutiones Theologicas, & Amatorios Hymnos, aliaque Opera, quæ tanquã secunda sacra Scriptura æstimabãtur, composuit. Cũ sacris Apostolis Dionysio Areopagita eius Discipulo, Timotheo Ephesiorũ Episcopo, & alijs obdormitioni Dei Genitricis Mariæ adstasse, Ecclesiæ traditio tenet. Et cum vivificam illam Dei Arcam omnes, qui aderant, laudibus extollere curarent (demptis Apostolis) nullus alius ita sublimiter concionavit, ac Hierotheus.

LECTIO III.

TRaditur eo tempore, quo Divus Paulus Hispaniam in seminatione Verbi Dei, & prædicatione Evangelij peragravit, Hierotheum comitem habuisse, & in Arevacis populis, & Secoviensi Civitate ex Gentilitatis erroribus subductos multos ad veri Dei cognitionẽ adduxisse. Sed accepto nuntio diræ tyrannidis Neronis Imperatoris, vt Ecclesiæ afflictæ Divus Paulus subveniret, Romam reversus, suffecto in Atheniensi Ecclesia priùs Dionysio, Secoviensis Ecclesiæ suo etiam labore erectæ, & sanctis legibus solidatæ Hierotheum Infulas induere iussit. Obtemperato iussu Magistri, ita solerter Pastorale munus Hierotheus obibat, vt exemplar boni Pastoris omnibus

esset; sibi semper incommodus, sed cæteris vtilis & cōducibilis. Primus in exemplo & doctrina, sicut primus se cognoscebat in munere & Dignitate. Tandem plenus diebus, & omnium virtutum incrementis onustus, miserrimæ vitæ agones superās, ad Cœlum evolavit. Caput eius detectum est in Cœnobio Sanctæ Mariæ Regalis Saltus. Novalium Cistercienfis Ordinis in Legionensi Hispaniæ Diœcesi, cuius quatuor fragmentis Cathedralis Secoviensis Ecclesia tanquam eius Sponsa gaudēter fruitur, & submissè veneratur.

Antiphona

Ad Canticum, Benedictus.

SErmonum suorum vox, & Scriptorum splēdor cum desiderio accedentes exhilarat, atque ad Hymnorum cātum exsuscitat, docens clamare: Benedictus Deus.

IN II. VESPERIS

Antiphona.

Ad Canticum, Magnificat.

TOtus Deo consecratus est Hierotheus, Deoque correptus Sacrorum Doctor, & suis Theologicis sermonibus ad eum omnimodis extra se raptus, & Divinus Hymnorum Scriptor, & sapiens Orator ijs, qui aderant, prudenter fuit iudicatus.

(C *Obsecrat.*) Epistolæ huius ad Sanctitatem Domini nostri Papæ Alexandri Septimi missæ sequens est tenor.

Anno Christi Domini 1667.

SANCTISSIME Pater.

A Primordijs nascentis Ecclesiæ (Sanctissime Pater) Summorum, & Sanctissimorum Pontificum ea fuit iugis & perpetua cura, vt Natalitia Martyrum, Ethnicorum Imperatorum tyrannide occisorum vbique Fastis adscriberentur, ne oblivioni data, sepulta in perpetuum remanerēt. Mosque vsitatus fuit, Notarios, Diaconos, Subdiaconos, aliosque pios viros consignare, qui Sanctorum vitas, Martyrumque superatos agones scriptis redigerent. Sic dignoscitur fecisse *Clementem*, septem Regiones dividēdo, eas totidem fidelibus Notarijs Ecclesiæ committendo, vt quisque solicitè, & accuratè per Regionem suam perquireret gesta prædictorum Martyrum & Sanctorum, eaque actis scripto traderent. *Antherus* à Notarijs diligenter exquisivit gesta Martyrum, & ea in Ecclesia recondidit, propter quod à Maximo Prefecto effectus est Martyr. *Fabianus* divisit Regiones Diaconis, & effecit septem Subdiaconos, qui imminerent septem Notarijs, vt in integrum, & veraciter gesta Martyrum colligerēt. Et in Epistola sua prima Decretali, ad dilectissimos vbique Catholicæ Ecclesiæ Comministros missa, hoc idem nos facere debere sanctissimis verbis innuit, dicēs: *Quod etiam vos omnes agere monemus, ne in posterum aliqua ex his dubitatio fiat, quæstioque oriatur. Quoniā omnia, quæ scripta sunt, ad nostrā doctrinā scripta sunt, & quæ nostris tēporibus veraciter scribūtur, ad futurorū doctrinā diriguntur; & ideò fidelissimis hæc negotia committi præcipimus, ne aliqua ex eis illusio inveniatur, ex qua fidelibus scandalum (quod absit)*

oria-

oriatur. Magnus ille *Gregorius* Eulogio Episcopo Alexandrino scribens, gratias illi agit pro studio conquirendorum Eusebij Cæsariensis Voluminum, fatetur planè nescijsse omnia ea esse, quæ Eulogius in Epistola sua narrat, seque penè omnium Martyrum in vno Codice collecta nomina habuisse gloriatur, vt quotidianis diebus in eorũ veneratione Missarum solemnia agat. *Vtilis semper est* (inquit Gregorius) *docti viri allocutio; quia aut discit audiens, quod nescire se noverat; aut cognoscit, quod est amplius, id, quod se & nescijsse nesciebat. Qua in re ex audientium numero ego nunc factus sum, cui sanctissima vestra Beatitudo scribere studuit, vt cunctorum Martyrum gesta, quæ piæ memoriæ Constantini temporibus ab Eusebio Cæsariẽsi collecta sunt, neq; si sint ante vestræ Beatitudinis scripta cognovi. Ago ergo gratias, quia sanctissimæ vestræ doctrinæ scriptus eruditus cœpi scire, quod nesciebã. Præter illa enim, quæ in eiusdem Eusebij Libris de gestis Sanctorum Martyrum continentur, nulla in Archivo huius nostræ Ecclesiæ, vel in Romanæ Vrbis Bibliothecis esse cognovi, nisi pauca quædã in vnius Codicis Volumine collecta. Nos autẽ penè omnium Martyrum distinctis per dies singulos passionibus, collecta in vno Codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione Missarum solemnia agimus.* De Divo *Augustino* Ecclesię Doctore refert Possidius in eius vita iussisse semper, vt in Ecclesiæ Bibliotheca omnes hi Codices diligenter custodirentur, vt posteris manifesti essent. Venerabilis *Beda* Accam Episcopũ Haugustaldensem laudat, quòd Historias passionum Beatorum Apostolorum, ac Martyrum Christi vnà cum cæteris Ecclesiasticis Voluminibus summa industria cõgregans, amplissimam, ac nobilissimam Biblio-

the-

Anno Christi Domini 1667.

thecam fecerit *Eusebius* planè fatetur totius Operis sui, & Ecclesiasticæ Historiæ conscribendæ materiam sumpsisse ex Hierosolymorum Bibliotheca; quam construxerat *Alexander* ipsius loci Episcopus. Quæ exemplaria docent; quantum in Sanctorum vitis, & Martyrum triumphis, vt communem lucem accipiât, elaborandum sit, quantã vè vtilitatem afferant eorum inclyta facta scriptis redacta, tàm in factoris laudem, quàm in recipientis honorem, & vt in sectanda eorum vestigia promptiores homines redditi, stimulis sanctis agitati, magis compellantur, & animentur. His moti (Sanctissime Pater) à tempore, quo Beatitudinis vestræ gratia has Secovienses Infulas induimus, de illo Divino Hierotheo, Sancti Pauli Apostoli Discipulo, & Sancti Dionysij Areopagitæ, post Divum Paulum, Magistro (quem post primam Atheniensem Episcopalem Sedem, hanc Secoviensem in Arevacis Hispaniæ obtinuisse, traditio probata tenet; cumque in Evangelij prędicatione Apostolum, in Ecclesiæ erectione Fundatorem; in pascendis & regendis his ovibus Pastorem Primum, Præsulem, & Episcopum habuisse, ab Accolis Diœcesis huius, & Scriptorum haud exiguo numero pro certo statuatur) *Vitam*, *Acta*, & *Sedes* chronologicè describere curavimus. Quo perfuncti munere, consummato jam opere, nostræ Almæ Ecclesiæ Capitulum enixè efflagitavit, vt breviloqua narratione tribus Lectionibus ex eius vita delecta occluderemus, superaddendo Orationem, & Antiphonas ad Canticum Magnificat, & Benedictus; eaquè itidem cum osculatione pedum Sanctitatis vestræ; illisquè pervoluti, agnoscẽda, & confirmanda humiliter supponeremus. Et cùm tam iustæ petitioni acquiescere æquum videretur, huic navavimus Lib.6. Historię Ecclesiast. cap.16.

ope-

Anno Christi Domini 1667.

opem; & ex Menologijs, & Menæis Græcis, Sanctorumque Patrũ scriptis, quę magis vera, necessaria, & vtilia visa fuère, decerpimus, & nõ parvo labore conquisivimus, & cõpaginavimus; cũ sanè laudabile & magnè proficuũ sit, tantum Patrē, & Pastorē, quem hactenùs Officio tantũ de Cõmuni celebravimus, saltèm his proprijs Lectionibus, Antiphonis, & oratione in memoriam Fidelibus, & filijs suis eius virtutes, factaquè quotannis reducantur. Gratum fuisse existimantes non solũ Sancto huic, sed Deo. qui mirabilis semper in servis suis exhibetur, quē incessanter pro longiori vita, & incremento gratiæ sanctitatis vestræ deprecamur, vt dignetur ad totius Christiani Orbis tranquillitatem, & commune bonum incolumeñ custodire; faxit, vt ita experiamur. Valeat pia & benigna Sanctitas Vestra ad multos annos. Secoviæ die XXVI. Mensis Februarij. Anni nostræ salutis 1667.

Sanctitatis Vestræ

Humilis & devota creatura

Didacus Episcopus Secoviensis.

Num. 461 (E RE*spondetur.*) Iam diu ex ore Patris Magistri Fr. Gregorij Argayz, Ordinis Sancti Benedicti, eiusque chronographi, audivimus, Haubertum Hispalensem in serie Episcoporum Secoviensium non primam *Hierotheo* huius Ecclesiæ Sedem consignasse, sed *Euldio*, seu *Haulidio* Discipulo Sancti Iacobi Apostoli; & Martyri, cui succesisse Hierotheum affirmabat. Sed cum huius novitatis vnicum invenissemus testem Haubertum, & pro Primatu Sedis Seco-

vien-

Anno Christi Domini 1667.

viensis Hierothei præter traditionem in hac sua Ecclesia firmam & stabilem, quàm plures reperiantur Authores eam defensantes, Hauberti non acquievimus sententiæ. Sed cum haud contēnenda foret notitia invigilavimus non parum in conquirendis, & evolvendis Martyrologijs, Menologijs, & Menæis Græcis, Sanctorum Floribus, & Ecclesiasticorum Scriptorum Voluminibus; & maximè illis, qui ex professò de adventu Sancti Iacobi ad Hispanias, & eius Discipulis scripserūt, an forte Hauberti aliquis Assecla inveniretur, & affirmare audemus nō invenisse, nec in Nomenclaturis, & Catalogis Sanctorum *Eulidium*, seu *Aulidium*, nec Martyrem, Sanctum, vel Beatum eis adscriptum reperisse. Quo supposito, non absre Doctor D. Christophorus à Moia & Munguia in suo Apologetico pro Cathedra Secoviensi Sancti Hierothei §. 19 num. 3. vsque ad 6. fol. 93. hanc primam *Eulidij* Sedem Secoviensem refutat tanquam probatione exutam, & oppositam traditioni receptæ primariæ Cathedræ Hierothei; cui libenter adhæremus, & pro hac sentētia, inter alia, sequentia libamus.

Num. 462 *Primum*: Quòd Chronicum Hauberti tantùm relatione extasse scimus; quia nondùm communem lucem per typis dationem aspexit; sed eius aliqua M. S. fragmenta apud aliquos sparsa, solent aliquando ab aliquibus allegari, sed vt nupera & apud Scriptores Ecclesiasticos adhuc ignota, de Authore nulla reperitur mentio; quia hactenùs aliqua eius colluxit notio, properè huius Authoris Chronicum cum Commentarijs Patris Magistri Fr. Gregorij Argayz, Monachi Benedictini, & sui Ordinis Historiographi prælo exaratum expectare valemus, cū certò sciamus in enucleatione hac Commentatorem tempus insumere,

vt

vt quamtotiùs lecturæ Ecclesiasticæ dediti, huius novi Chronographi notitijs frui possint; & nos, qui diu Commentatorem, & Interpretem nosci mus, versatissimumquè in omnigena litteratura simus experti, quanti apud omnes litteratissimos viros magni sint habēdi hi litterarij labores invisi adhuc polliceamur. Sed sine maiore indagatione, & probatione, immeritò scriptorū vniformi sententiæ de prima Hierothei Secoviensi Sede testā-ti præponendum Hauberti Chronicum venit.

Secundum. Nam licèt de existentia, & veritate Chronici Hauberti nulla versaretur quæstio, & dubitatio, sed pro vero, & suo ab omnibus esset receptum, & amplexatum, solùm & tantùm fide, quæ vnius Authoris asseverationi dari debet, dignum erat; nec maiorem probationē faceret, cap. *Quoniam, de Probationibus*; & cap. *cum à nobis de testibus*, cum alijs vulgatissimis iuribus. Et in criminalibus non probat, vt Seneca cōtrou. 17. lib. 4. sub versu, Varius Geminus; elegāter dixit: *Qui testis? qui testis? vni enim etiam de minori scelere nō creditur.* Nec in civilibus si ex suo dicto alterius præiudicium, seu damnum versatur; & quidquid sit, vnius testis haud transigit metam, nec præponendus venit alijs eiusdem classis contrarium firmantibus. Vndè Haubertus velut Ecclesiasticus Historiographus, & Chronographus in Chronici sui clausulis, in re de qua alij Scriptores egerunt, & affirmarūt (si non aliàs eius sentētia magis cōprobetur) authoritate, Scriptori vni debita gaudere tantùm debet, haud supergredi eorum sententias, nisi manifestè invenirentur inverisimilitudinibus, seu erroribus notatæ, & convictæ. Et quando hoc non militat in Scriptoribus Secoviensem primam Sedem Hierotheo tribuentibus, non est cur potiùs credatur Hauber-

Anno Christi Domini 1667. Num.464

to singulari Scriptori, quàm illis multis contrarium sentientibus,& tenentibus.

Tertium. Obsistit maximè Hauberti asserto plena pro Primatu Secoviensis Episcopalis Cathedræ Hierothei Authorum probatio,& eius sponsæ Ecclesiæ firma & continuata traditio. Ex Ecclesiasticis Scriptoribus, *quidam* tanquam certã & indubitatam primam hanc Secoviensem Sedẽ Hierothei haud primam dicunt, sed tantum fuisse deponunt, & reverà specificare necesse non erat,quia temporis statu inspecto,& à morte Domini vsque ad Infulatum Hierothei Secoviensiũ evectionem tã pauci elapsi essent anni,vt nullus, nisi Hierotheus primus illius crederetur Antistes Ecclesiæ: *Aliј* primis prævertunt, nec contenti tantum *Sedis* nominatione, primam planè fuisse dicunt: *Cæteri* haud solum Episcopum *primum* Secoviensem affirmãt,sed *Erectorem*,& *Fundatorem* Ecclesiæ extitisse constabiliunt.Sed relictis primis Authoribus,qui solum primum supponũt Hierotheum Secoviensem Episcopum, deveniamus ad secundos qui expressim primum dicunt, & vocitant,qui,inter alios,sunt Pater Frater Thomas Bravo,Ordinis Cisterciensis iam num.180. allegatus: Pater Petrus Alloix Societatis Iesu, nu. 187. Pater Frater Petrus Altuna,Ordinis Sanctissimæ Trinitatis,num. 190. Pater Frater Hieronymus à S. Ioseph,Carmelita Discalceatus,nu. 192. Ægidius Gonzalez Davila,Chronographus Regius,num. 194. Rodericus Mendez Sylva,num. 195. D. Christophorus à Moya & Munguia, num. 197. D. Ioannes Tamaius à Salazar, n. 202. Quibus addendus Pater Franciscus à Sancta Maria, Discalceatus Carmelita,& sui Ordinis Generalis Historiographus,tom.2.lib.7.cap.45. num. 12. fol. mihi 335. Pro vltimis ab erectione,&

fun-

fundatione Ecclesiæ Secoviensis Sancti Hierothei ibi suam primam Sedem consignantes, præter alios, sunt Frater Franciscus Bivarius, Ordinis Cisterciensis, num. 182. iam allegatus: Didacus Colmenares num. 188. Pater Antonius Quintanadueñas, Societatis Iesu, num. 189. Et alij multi: Imò Apostolum Secoviensem, primum Præconem tubæ Evangelicæ, Erectorem, & Fundatorem Ecclesiæ, & primum Præsulem ferè omnes fatentur, & est communis Scriptorum sensus, quorum sententia non debiles assumpsit vires ex traditione in hac Ecclesia recepta, iugi, & perpetua, de qua perantiquum Breviarium ad vsum eiusdem Ecclesiæ compactum, & prælo exaratum, in Officio Dedicationis eiusdem hæc ait: *Licet à temporibus Apostolorum Insignis Civitas Secoviensis Episcopali munere condecorata fuerit, vtpotè qua Divinum illum Hierotheum Apostoli Pauli Discipulum, qui (vt ait Beatus Dionysius) Assumptioni gloriosissimæ Virginis interfuit, primum Episcopum habuit.* Traditio hæc iure optimo in probationibus primatum habet, vt præter alios, D. Melchior Cabrera in *sua Laudatoria Epistola ad Defensorium D. Christophori à Moya & Munguia pro Cathedra Secoviensi S. Hierothei* docet; & idem Canonicus §. 19. *sui Apologetici* etiam instituit. Et licèt ex ibi assignatis rationibus, & iuribus remaneat hæc veritas abundè probata, sequentia pro vi & validitate *Traditionis* adijcere placuit (omissis his, quę iam ex num. 156. vsque ad 167. allegata inveniētur.) Nam Traditio probata, & communi Accolarum consensu, & plausu in Ecclesijs recepta, legis scriptæ vim, & authoritatem habere, docet Div. Hieronymus in *Dialogo* adversus Luciferianos, sic dicens: *Quæ per traditionem in Ecclesijs obser-*

Anno Christi Domini 1667.

vantur authoritate sibi scripta legis usurpaverũt: Et tanquàm fractores Legum prædictos puniendos, Sanctus Augustinus Epist. 86. ad Casulanum credit, ita ait: *In his enim rebus, de quibus nihil certi statuit Scriptura Divina, mos populi, & Instituta Maiorum pro Lege tenenda sunt; & sicut prævaricatores Legum divinarum, ita contemptores consuetudinum Ecclesiasticarum coercendi sunt.* Veneratur has Ecclesiarum consuetudines Angelicus Doctor Divus Thomas, docetque magnam habuisse authoritatem, & esse sequendas. Ita in 2.2. q. 10. art. 12. in conclusione, & responsione ad dubia pro negativa parte adducta: *Respondeo dicendum* (inquit) *quod maximã habet authoritatem Ecclesiæ consuetudo, quæ semper est in omnibus æmulanda; quia & ipsa doctrina Catholicorum Doctorum ab Ecclesia authoritatem habet: undè magis standum authoritati Ecclesiæ, quàm authoritati vel Augustini, aut Hieronymi, vel cuiuscunque Doctoris.* Et non tantum de Apostolicis Traditionibus, sed de alijs posteà in Ecclesijs rectè introductis hæc sententia intelligi debet, vt ex cap. *Ecclesiarum*, distinct. 11. instruimur: *Qualis enim* (inquit Iulius Papa ex Divo Basilio in lib. de Spiritu Sancto, cap. 27.) *rerum omnium facies erit, qualis præsertim erga Deum pietas, cultus, ceremoniæ, non in Ecclesia dico, cuius & Mysteria, & Sacramenta maxima ex parte constant; sed in vnaqualibet Republica vel mediocriter instituta, si mores illi, qui à principio statim cum Republica adoleverunt, contemnantur, labefactētur, evertantur.* Quia reverà (vt verbis Tertulliani, in libr. de Præscriptione, c. 19. loquamur:) *Vbi enim apparuerit esse veritatem disciplinæ, & Fidei Christianæ, illic erit veritas Scripturarum, & expositionum, & omnium*

Traditionum. Quare igitur ad alia diffugiendum subsidia, si traditio ita constans ex documentis multis apparet; nec contraria pars alio quàm vnico Authore vallata repetiatur; sed cum Divo Stephano Papa & Martyre apud Ciprianum, libr. 2. Epist. 7. & apud Vincentium Lyrinensem in lib. adversus profanas hæresum novitates, cap. 7. dicere: *Nihil innovetur, nisi quod traditum est:* Hoc sic scriptum reperimus: Hoc traditio communis habuit: Hoc primores nostri amplexi sunt & sequuti: Hoc sequimur & tenemus. Quantum ab errore hanc carpentes viam divertamur, docuit S. Augustinus lib. 2. contra Iulianum, dicens: *Hoc probavimus Catholicorum authoritate Sanctorum, ac per hoc non est consequens, vt falsum sit.* Sedem ergo primariam in Hierotheo in Secoviẽsi sua Ecclesia, traditione, & Scriptorum assevera tione probavimus; consequens non est, vt à vero deviemus, sed firmiter cum Ioanne Cassiano, lib. 1. de *Incarnatione, cap. 6.* tenere, & audacter affirmare, quod *Indubitata veritatis manifestatio est, authoritas universorum, & perfecta ratio facta est, vbi nemo dissentit, ita vt qui contra hoc sentire nitatur huius prima statim frõte non tam sit audiẽda assertio, quàm damnanda perversitas, quia praiudicium secum damnationis exhibuit, qui iudicium vniversitatis impugnat, & audientiæ locũ non habet, qui à cunctis statuta convellit; confirmata enim semel ab omnibus veritate, quidquid contra id venit, hoc ipso statim falsitas esse noscendum est, quod à veritate dissentit.*

Quartum. Nam quamvis possibilis reddatur Divi Iacobi, Hispaniarum Apostoli ad hanc Civitatem *Secoviam* accessus, vt tanquam totius Provinciæ Hispanicæ divina sortitione constitutus Prędicator, Gentilitatis erroribus submersos, eius

Acco-

Accolas ad Fidem adduceret; tuncquè construeret Ecclesiam, & Episcopalem Sedem ibi fundaret, cui adscriberet aliquem ex Discipulis suis Episcopum. Hoc non constare rectè non absquè fundamento firmat D. Ioannes Tamaius Salazarius in prædict. tom. 4. Martyrologij Hispani, die 16. mensis Iulij, fol. 145. ibi: *Qui licèt* (loquitur de Divo Iacobo Apostolo) *tum temporis Sedem Episcopalem hanc* (loquitur de Ecclesia Secoviensi nostra) *quãquam in ibi construxisset, cum non cõstet; tamen non ex hoc desinit esse Ecclesia Apostolica, quia eius Sedis erectio tribuitur Sancto Hierotheo, Beati Pauli Apostoli Discipulo, & Sancti Dionysij Areopagitæ Magistro.* Imo in hac dubietate fabrè ratiocinatur Tamaius, primo Præsuli Hierotheo erectionem (tanquam Apostolo, & Fidei primo Prædicatori) Ecclesiæ Secoviensis esse tribuendam; cùm hoc ab Apostolis in totius Orbis terrarum Evangelij prædicationibus factum fuisse, sacræ literæ passim testentur. Hocque in Divo Hierotheo peractum fas est iudicare, licèt non abs re posset intelligi à Divo Paulo Secovienses Indigenas fuisse primitus ad Fidem adductos, & Ecclesiam erectam & fundatam, cui charum sibi Discipulum Hierotheum Præsulẽ præfuisse decerneret; cùm etiam constet tàm Divũ Iacobum *Segoviã* peragrasse, vt Aulus Hallus Poeta carmine heroico in *Adventu Sancti Iacobi ad Hispanias*, Bernardo Antistiti Toletano dicato, vbi describens loca & Civitates ab Apostolo sacro Hispaniæ invisas, Secoviensem hoc disticho claudit:

Ave Vxama, senexque Seguntia & ingens
Antesiti Herculeum vexata Segovia saxum.

Quam Divum Paulum sua mirabili prædica-

tio-

tione civibus his Secoviensibus favisse, cùm in omnibus Vrbibus Hispaniæ prædicasse defensent Iulianus Petrus in suo Chronico, anno Domini 63.num.21. Frater Didacus a Zea, Ordinis Sancti Francisci in Archielogia Sacra lib.2.cap.2.§.15. pag.721. Ioannes Pistorius in Dedicatione tom. 3. novæ Compilationis Historiatum Hispaniæ. Et cùm Ecclesia Sancta in Festo suæ conversionis in Oratione *Vniversum mundum sua prædicatione docuisse*, affirmet; quomodo, non cum in Hispaniam fuisse à tantis edoceatur Patribus & Scriptoribus, Secoviã haud visendam, & erudiẽdã esset ingressus? Cum in Arevacis populis antiquior & celebrior Civitas ab omnibus fuit semper habita & collaudata? Huc fuisse multa suadẽt & tanquam firmissimum & certum supponit Secoviensis noster Chronographus Didacus Colmenares in Historia Secoviensi, cap.4.§.9.fol. 31. ibi: *Viniendo en fin San Pablo a España(como dexamos escrito año 64.)y predicando en Toledo, y su Comarca, passò sin duda a estos pueblos Arevacos, y dexò por Obispo de nuestra venturosa Ciudad a su Gran Discipulo Divino Hierotheo.* Sed quidquid sit, dum aliud probetur, erectio Ecclesiæ pro primo Patre & Pastore Hierotheo stat: Hancquè post prædicationem suam, & Accolarum ad Fidem conversionem fundasse, & legibus sanctis communisse credendum venit. Vndè potiùs pro Hierotheo Discipulo Pauli, quàm pro Eulidio Discipulo S.Iacobi Sedis Secoviensis probatio Primatiæ prævalet.

Quintum: Magis vrget, quod nominatis Divi Iacobi Apostoli Discipulis, & nuncupatis Ecclesijs, quibus Episcopi præfuerunt, nulla de *Eulidio* fiat mentio; nam si ex Discipulis illis fuisset, qui destinati Hispanis Ecclesijs Præsules relicti ab

Apo-

Apostolo fuère (vt Haubertus refert) non minus de illo, ac de alijs notitia extaret aliqua. Non est dubium, Apostolum quàm plures in Hispania habuisse Discipulos, sed tantùm de duodecim invenitur expresio; hos ex Sophronio Græco Scriptore & gravissimo reduxit scripto Primus Episcopus Cabilonensis in sua Topographia Sanctorum, sic dicens: *Iacobus Zebedæi filius duodecim Tribus, quæ in dispersione erant, prædicavit Evangelium. Herodis Agrippæ iussu gladio perēptus est anno Claudi secundo, qui fuit Christi quadragesimus quartus, nàm postmodùm carceratus est Petrus, qui liberatus est ab Angelo, sub idem tempus Romam secessit, habuit Discipulos duodecim, scilicèt, Hermogenē, eiusquè Discipulum Philetum, Magos ab eo conversos, Iosiam scribam cum eo decollatum; in Hispania verò Torquatū, Thesiphonē, Hesychium, Euphrasium, Indaletiū, & Cecilium, & Secundum, qui diversis Vrbibus præfuerunt: Athanasiū, & Theodorum, qui apud Compostellam Galleciæ Magistro contumulati iacēt.* Quas ergo Ecclesias gubernassent prædicti Divi Iacobi Discipuli in Hispania declarat quoddam Bracharense Breviarium, die Dominica infra Octav. S. Iacobi in Lection. 2. sic dicens: *Sepulto in Gallecia Beati Iacobi corpore ab Apostolis Petro, & Paulo, Infulis Episcopalibus Romæ ordinati ad prædicandum verbum Dei in Hispanias, adhuc Gentili errore implicatas, diriguntur. Tandem verò prædicatione sua innarrabilibus Gentibus illustratis, Torquatus Acci (id est Guadix.) Thesiphon Vergij (id est Almeria) Secundus Abulæ (hæc retinet nomen antiquum) Indaletium Vrci (id est Vnga, vel Berga) Cecilius Illiberi (id est Granata) Hesychius Carthesij (id est Bentosa depopulata,) Euphrasius Eliturgij: Hi om-*

nes Idibus Maij in pace quieverunt. Præter hos, etiam reperimus Elpidium primum Archiepiscopum Toletanum, Discipulum extitisse S. Iacobi; ibiquè ab eo Præsulatus honore decoratum: Sic Iulianus Petrus, anno Christi Domini 1110. nu. 610. in suo Chronico tenet, ibi: *A temporibus S. Iacobi Zebedæi filij, qui fuit Hispaniarum Doctor & Apostolus post Edem Cæsaraugustanam de Pilari, etiam Elpidius Sancti Iacobi Discipulus, primus Toletanorum Apostolus à Sancto Iacobo Toleti relictus, ædificavit Edem sacram Toleti Beatæ Mariæ Virgini adhuc viventi.* Hic Martyr in Chersoneso occubuit; sic idem Iulianus Petrus in Adversarijs, num. 74. ibi: *In Chersoneso Hispaniæ Sancti Elpidij primi Toletani Archiepiscopi, Discipuli Sancti Iacobi, qui passus est cum alijs, celebratur 3. Nonas Iunij.* Consonat Martyrologium Romanum IV. mensis Martij, in quo de Elpidio, & alijs Socijs Martyribus hæc clausula texta videtur: *Apud Chersonesum passio Sanctorum Episcoporum Basilij, Eugenij, Agathodori, Elpidij, Etherij, Capitonis, Ephrem, Nestoris, & Arcadij.* Passi sunt anno Christi 57. & ne forsan ex Scriptoribus advētus Divi Iacobi Apostoli ad Hispanias, de hac Eulidij, seu Aulidij Secoviensi prima Sede à S. Apostolo destinata, mentio fieret, accuratè legimus Authores illos, quos habere potuimus, præcipuè eos, qui adamusim pertractandū sumpsère prædicti sacri Apostoli advētum, & de eius Discipulis egerunt, veluti Patrem Ioannē Marianam, Societatis Iesu: Doctorem Castillo, Canonicum Palētinum: Comestabilē Castellæ: D. Ioannem Salazar, Archidiaconum Vbacēsem in Ecclesia Giēnensi: D. Maurum Castella Ferrer: D. Michaelem Erzo & Ximenez; Canonicum Legionensem, & Capellanum Regium; & diver- Num. 467

forum Authorum alios Tractatus, ex quibus Discipulos habuisse permultos Divum Iacobum constat: Quidam Episcopali dignitate fulgentes, alij non. Ex primis enumerantur *Petrus*, Episcopus Ratensis: *Pius*, Episcopus Hispalensis: *Cecilius*, Episcopus Illiberitanus; *Basilius*, Episcopus Carthaginis Spartariæ: *Elpidius*, Episcopus Toletanus. *Nestor*, Episcopus Valentinus: *Arcadius*, Episcopus Iuliobrigensis: *Basileus*, Episcopus Bracharensis: *Athanasius*, Episcopus Cæsarau gustanus: *Eugenius*, Episcopus Valentinus: *Agathodorus*, Episcopus Tarraconensis: *Etherius*, Episcopus Barchinonensis: *Capitus*, Episcopus Lucensis: *Ephrem*, Episcopus Asturicensis: *Theorus*, Episcopus Compostellanus: *Torquatus*, Episcopus Accitanus: *Thesiphon*, Episcopus Vergensis: *Secundus*, Episcopus Abulēsis: *Indaletius*, Episcopus Vrcicensis: *Hesychius*, Episcopus Cartensis: *Euphrasius*, Episcopus Illiturgensis: *Colocerus*, Episcopus Ravenatis. Alij non Episcopi, qui etiam suis exponuntur nominibus; hi videntur *Hermogenes*: *Philetus*: *Iosias*, *Centurio* Malacitanus; & *Maximus* Vricensis. Et licèt præter citatos, multos alios habuisse Discipulos credatur, dum de eis haud constet, officere non debent Traditioni tantis documentis comprobatæ, Hierotheū Discipulum Divi Pauli primum Secoviēsem Episcopum constanter indicenti, non Eulidium Divi Iacobi Discipulum, vt Haubertus Hispalensis tenet.

Sextum. De non apparentibus, & non entibus iudicium idem fit in Iure, pariaquè iudicas *non esse* & *non apparere*, ex leg. *Cum res*, §. *Itaquè*, ff. *De legat.* 1. l. *In lege* 77. ff. *De contrahēd. emption.* Et ita Romana Curia iudicavit, vt constat ex collectis à Farinacio Decisionibus, decision. 167. num.

Anno Christi Domini 1667.

35. tom. 1. p. 1. sed nō entis nullæ sunt qualitates, vt ex leg. *Pomponius*, §. fin. ff. *De adquirēd. possess.* & cap. *Ad dissolvēdum, De desponsat. impuber.* probatur: Ergo non apparentis eædem erunt qualitates, nullæquè vt aliquid efficere, & proficere posśint? Quia vt rectè sensit *Surdus* decisione 149. num. 2. *non esse*, & *nō probari*, paria esse; Vndè non esse, & reperiri non posse, easdem paritates, & qualitates habuisse, notavit Baldus in leg. *Cū ita*. §. *Species*, ff. *De legat.* 2. adducens id probātem legē *Cum vnus*, §. fin. ff. *De bonis author. iudicis posśidendis*. Quomodo igitur Haubertus Eulidium Episcopum Secoviensem fuisse, docēs, audiendus est? Cùm solùm pro assertione sua tātum personæ authoritas existat, nullo verò alius testimonio reperiatur comprobata; Imò nec in Dypticis, & Catalogis Episcoporū, Martyrologijs, & Sanctorum Floribus, & Ecclesiasticorum Scriptorum voluminibus eius nomen inscriptū; velitquè præferri probationibus pro Hierothei prima Secoviensi Episcopali Sede receptis? Cum hac sola notatione, & ab vllo hactenùs (vt sciatur) recepta? Acquiescamus veritati, pro qua maior extat probatio: Non turbemur novitate, cùm soleat proxima esse non veritati, & nuda posteà accedat probabilitate.

Num. 468 (F *Designatur*) Fusè iam anno 23. à num. 38. vsque ad 48. de hac Senatoria Hierothei Areopagitica Sede tractavimus; ibique Menologiorum, Menæorum, & Scriptorum Authoritatibus ad hanc ascendisse Dignitatem Hierotheum palàm Commonstravimus. Sed cogimur nunc rursùs de ea agere, cùm inveniamus Doctorem D. Christophorū à Moya & Munguia, Canonicū Almę nostræ Ecclesię, *in suo Apologetico* affirmante r asseverasse in §§ 9. 10. & 11. à fol. 31. vsquè ad 48.

nullatenùs Hierotheum Iudicem & Senatorem Areopagiticum fuisse, ductum forsan Colmenaris sententia, non minus animosè hanc in Hierotheo Dignitatem exprobantis in sua Secoviensi Historia, cap. 4. §. 9. fol. 32. vel vt faciliùs Marchionis Agropolensis obiectiones evaderet, qui etiam in §. 15. *sui Historici Discursus* invehitur adversus tenentes, Areopagi Consilio Hierotheũ interfuisse, Hispanum eum credentes. Vtrumque igitur à vero deviasse credimus, tã Marchionem Agropolensem propter Sedem Areopagiticam Hierotheum Hispanum negantem, ac Canonicũ Moya Eumenidũ Dearum Sacerdotẽ credentem ex Græci vocabuli *Hierotheos* etymologia, exuétem eum Senatoria Dignitate; quo in sensu quadruplici ex ratione convinci satis planum monstratur.

Primò: Quia Sacerdotem Idolorum (etiam cũ esset ethnicus Hierotheus) quis affirmaverit, latet. Nec in Menologijs, aut Menæis Græcis, & Scriptoribus, quis talia dixerit haud invenimus. Et Hierothei nomen græcè interpretatum, *Sacrum Deum*, id est, maximè *Deo coniunctum* significat; non nomen tantùm est officij, quàm excellentiæ: Hoc haud ante conversionem ad Fidem impositum creditur Hierotheo, sed post lavacri sacri receptionem, visis tanti viri in tota virtute incrementis, quantumque Deo correptus, & eius contemplationi imbibitus reperiebatur: Nam anteà *Macer* dicebatur; post cõversionem *Hierotheus*, vt rectè autumant Ambrosius à Morales, libr. 9. cap. 12. & Marchio Stepensis, *in vita Sancti Hierothei*, §. 3. Et alij.

Secundò: Quia ad Sacerdotij Dignitatis fastigium non minus Græca requirebatur origo, ac ad Magni Consilij Areopagitici Senatoriam &

Iu-

Anno Christi Domini 1667.

Anno Christi Domini 1667.

Iudicialem *Sedem* obtinendam, vt in tit. 3. *Atticarũ Legum* expresſè cavetur, ibi: *Adſtitij autem Cives ne Archontes ſortiuntur, aut Sacerdotiũ vllum.* Idemque in *Sacerdotibus* notavit Samuel Pettitus *in dictas leges Atticas*, pag. 52 ibi: *Peregrinum Myſterijs ne initiato.* Cur ergo ad hanc Dignitatem, & Officium (nullo alio favente Authore) aditum Hierotheo Canonicus noſter conceſsit; cum ita nota inveniatur prohibitio, & aſcenſum ad Senatorium honorem tàm apertè deneget, cùm huic ſentẽtiæ clara & indubitata iura ſtudeant, & eadem reperiatur excluſio? Sunt pro Senatoria Areopagitica Sede Hierothei duo Menologia Græca, & vnum Menæum Græcum (adducta iam num. 46.) Quantæ apud Græcanas Eccleſias (& non minus Latinas) ſint authoritatis Volumina hæc, quiſquis Latinæ Martyrologiorum, & Romani Breviarij authoritatem noſcit, percipiet facilè. Nam Menologia (vt ait Leo Allatius in ſuo Opere de Libris Eccleſiæ Grecæ, diſſert. 1. pag. 78.) non alia ſunt, quàm quæ Latinus Martyrologia, vel Kalendaria dixerit; nec aliud in illis habetur, niſi vel Sanctorum vitæ, quolibet die per totum annum ſummatim expoſitæ; vel quorum vitæ non habentur: Commemoratio, nullaque ibi aut Officij ordinandi, aut recitandi ſeries continetur. Verum eſt tamen, ſæpiſsimè Menologiorum horum partem, eamquè non minimã in Menæis inter Canones poſt Odam Sextam eſſe digeſtam, vt ſine alterius libri ope, qui Officium in Eccleſia, aut domi recitat, habeat vndè celebrandorum Sanctorum hiſtoriolas, & Commemorationes legat. Hoc Menologium apud Grecos non vnum eſt, ſed pro opportunitate temporis variam quoque faciem induit: *Aliud* quippè eſt, quod nobis Latinè tãtum ex verſione

Cardinalis Syrleti Canisius in Antiquis Lectionibus repræsentavit: *Aliud*, quod separatim hinc, indè manuscriptum adhuc in Bibliothecis, & Barberina potissimū, quod & antiquissimū est, asservatur. De quo Hyppolitus Marracius in *Notis ad Mariale S. Iosephi Hymnographi*, n.2.fol.424. memoratur. Quæ Menologia nec omnia sibi invicē respondent; aliud, quod in Menæis Græcorū insertum est, aliud quod post divinas Horas, Evāgelium, Apostolum, aliosquè libros legitur: Menologium ex Menæis Græcorum erutū, & in linguam Græcorum vernaculam versum à Maximo Margunio, Cytherorum Episcopo, dicitur edisse Antonium Pincllum Venecijs anno 1529. in 4. Menæa nihil aliud sunt, quam duodecim non exigui Codices Ecclesiæ Græcæ, quibus continentur per singulos singulorū Mensium dies, variæ Dei, Deiparæ, ac Sanctorū laudes, in Tēplis Grecorum sub divinis Officijs decantari consuetæ. Et in Romana lingua hos duodecim Menæorum tomos *Menstruales* appellandos censet Pater Simon Vvagnerec in Mariana pietate Græcorum in Prolegomenis, n.9. Hi autem duodecim Tomi manuscripti à Græcis Venecias missi, ante annos circiter quinquaginta ibidem græcè solùm excusi sunt ad commodiorē Templorum Græciæ vsum: quia iam ipsis etiam Græcis pervetustus ille manuscriptorum Codicum squalor esse tædio cœperat, plus vndique blandientibus Latinæ Ecclesiæ Libris arte typographica cultis. De his etiam Menæis loquitur idem Leo Allatius vbi supra, de eis hæc etiam addit: *Menses singuli singula explent Volumina; singulis diebus unius, vel plurium Sanctorum Officium, quorum solemnitas eo die celebratur, digeritur.* Quomodo publicis his & sacris Libris fides denegari valet; nec eos Autho-

ribus particularibus postponendos tractare? Culpabile sanè, & temerarium esset.

Tertiò: Nam cum ad fidelibus res sacras proponendas, facta & virtutes Sanctorum edicendas hi Libri compaginentur, non hic, vel ille Author contrarium ab eis dispositum sentiens, & docens, facilè credendus & audiendus venit, nisi aperto viderentur notari errore; quia maior revera horum authoritas, quàm illorum est; vt rectè sensit Pater Antonius Quintanadueñas in Libro *Sanctorum Toletanorum*, advert. 9. *in ordine ad celebrandum*, num. 2. fol. 25. ibi: *Pero notese, que no aviendo grave peso de autoridad, ò razon, ò segun hablan los Teologos, cæteris paribus, mas credito se ha de dar en esto a qualquier Martyrologio, y singularmente al Romano, que no a qualquier Autor singular.* At Menologium Græcorum pari passu ambulat apud Græcos, quàm Martyrologium Romanum apud Latinos circa authoritatem & fidem illic narratorum, vt idem Quintanadueñas, vbi supra, n. 1. fol. 24. *El Menologio de los Griegos* (inquit) *forma tambien creeida fee, y tiene gran autoridad, y como tal se valen los Authores del, y singularmente Baronio en sus Notas al Romano, que hizo a peticion del Cardenal Guillermo Syrleto, Bibliothecario Apostolico.* Hocque securiùs observari debet, si animadvertatur, Martyrologiorum, seu Menologiorum non singulares fuisse Authores; nam ad Romanum conficiendū plures gravissimi, & doctissimi viri, & in Ecclesiasticis Historijs versatissimi collaborarunt, vt constat ex Bulla Gregorij XIII. Summi Pontificis in Romani novissimi Martyrologij fronte apposita; ibi: *Per viros eruditos ad fidem Historiæ, quæ rerū gestarum, personarum, locorum, temporum, veritate continetur.* Menologium Græcum iussu Basilij

Por-

Porphirogeniti Imperatoris Orientis conscriptũ, (de quo iam supra num. 46. facta est mentio) in quo & de Senatoria Areopagitica Hierothei Sede aliqua dicuntur, conventu etiam Magnorum virorum Græcorum fuit lucubratum, & dispositũ; & eo in lucem misso, Imperator extremum vitæ spiritũ exhalavit, anno 1026. Vndè eius vetustas & antiquitas manifestantur, & quanta fides Libris his debita sit, multisquè alijs Scriptoribus secùs deponentibus præponenda veniat, nec rectè Canonicum nostrum D. Christophorum à Moia hanc Dignitatem in Gentilitate denegasse Hierotheo, vt Dearum Sacerdotium Eumenidum concederet. Cùm pro defensione Iudiciariæ Sedis quàm plurimos pro se possit allegare testes, & instrumenta; pro Sacerdotio autem exutum illis se vidisse, maximè pudeat.

Quarto: Quia si in Gentilismo Hierotheus hoc nomine tanquàm Eumenidum Dearum Sacerdote insignibatur, post Baptismum illud deponere fas erat, sicut deponebat falsos errores, non Deas ficticias & fabulosas sequens, sed vnum & verũ Deum amans & fatens; sic post Iudaismũ, & Gentilismum fecisse plures, notissimũ est. Sed nõ recurramus ad alios, cùm domesticos habeamus proprios testes, quid dicitur de Divo Paulo, Hierothei nostri Magistro, quòd cum baptizatus esset, cum non *Saulum*, sed *Paulum* deinceps nominatũ. Ita tenet Martinus Cantapetrensis Hypotyp. cap. 1. Idem docet Divus Ambrosius serm. 31. in *Editione Romana*, sic dicens: *Quod priusquam hic Apostolus præceptis spiritualibus lavaretur, erat blasphemus, persecutor, & Saulus; at ubi pluvia super eum lavacri cœlestis influxit, necatur blasphemus, persecutor, necatur & Saulus, vivificatur Apostolus, vivificatur iustus, vivificatur*

Anno Christi Domini 1667.

& Paulus. Vsque adeo tamen perdidit veterem cũ actibus hominem, vt cum moribus mutaret & nomen. Metricè idem concinit Prudentius in Inchiridione.

Hic lupus rapax vestitur vellere molli
Saulus, qui fuerat, fit, adepto lumine, Paulus:
Mox recipit visum, fit Apostolus, ac populorũ
Doctor, & ore potens corvos mutare columbis.

De hoc antiquo more mutandi nomen in Baptismo, maximè apud Iudæos, & Gentiles, loquuntur Dionysius Areopagita, de Ecclesiastica Hierarchia, capite de Baptismo: Alter Dionysius, Episcopus Alexandrinus apud Eusebium: Et alij citati à Patre Ioanne Lorino, Societatis Iesu in Acta Apostolorum, cap. 9. vers. 18. folio mihi 412. Sed hoc clarius ostendit Cõcilium Nicænum, sic in Can. 30. statuens: *Fideles* (inquit) *nomina Gentilium filijs suis ne imponant, sed potius omnis natio Christianorum suis nominibus vtatur, vt Gentiles suis vtuntur; imponanturque nomina Christianorum secundum Scripturam in Baptismo.* In quo loco notat Pater Franciscus Turrianus, Societatis Iesu, non imponi à fidelibus nomina Gentilium; vt possint ab eis distingui, nec nomine assimilentur, cũ religione dispares inveniantur. Si ergo Hierotheus vt Sacerdos Dearum Hierotheus nuncupatur, posteà post receptionem Baptismi aliud christianismum redolens nomen inducere debebat, hocq; diversum à primo, vt ab illo separaretur in totũ; sicquè post Baptismũ Hierotheum hoc suũ (iuxta Christianorum morem) nomen accepisse credendũ est, nec ex illo Discipulus suus Dionysius ad eius laudes enarrandas ansam arriperet, cum in libro de Divinis Nominibus ita Sanctè &

Anno Christi Domini 1667.

religiosè diffinit (vt iam n.1. interpretatum reliquimus.)

Num.473 (G *Existimantē*) D. Gaspar Ibañez de Segovia & Peralta, Marchio Agropolensis in §.15. sui Historici Discursus pro Patronatu S. Fructi Patroni Ecclesiæ, Civitatis, & Diœcesis Secoviēsis, vi saltē Menologiorum compulsus, vel fortè rationum, & authoritatum nervositate allectus illorum, qui Senatorem Areopagiticum Hierotheum dicunt; non Hispanum, sed Græcum & Atheniensem illum fuisse credit. Et licèt tàm circa id, quàm cæteros sui ingenij partus in prædicto Discursu exhibitos pro Cathedris, natalibus, & Discipulatu Divini Hierothei perpolito, & vivido calamo, & non minori studio elaboratos videamus, ita vt peculiari, & proprijssimo loquēdi stylo, iuncta in comprobando omnigenæ literaturæ eruditio accedat; mores & leges Atheniensium strictè ita est meditatus, vt constringeretur ad defensandum, possibile non extitisse Hierotheum Areopagitico Magno Consilio interfuisse (vt Menologia, & Menæa Græca testantur) si Hispanus, non Græcus fuisset. Rem hanc possibilem aliquibus fundamentis, anno 23. à num. 35. vsque ad 48. monstravimus, quibus sequentes rationes ad maiorem nostræ intelligentiam mentis adijcere placuit.

Num.474 *Prima* ratio est: Nam in legibus semper ad validitatem earum illud primum inquiritur, an Reipublicæ proficua sit, vnde Legislatores in promulgatione Legum primùm respiciunt populi conservationem: Nam vt in legibus 12. Tabularum illa prima iudicata est Lex, quæ populo magis congruebat, dicens: *Salus populi suprema lex esto.* Ergo si populi maior vtilitas in dispensatione Legis, quàm in observatione eius versetur,

illa amplecti debebit; cùm in sua Constitutione ad illud primum vergat, vt populo sit vtilis & necessaria, proficua & commoda, cap. *Erit autem lex*, 2. dist. 4. non igitur si persona Hierothei propter morum compositionem, literarum vbertatẽ, prudentiæ & aliarum virtutum insignia ad regimen & iudiciale Areopagi forum prosequendum necessaria inveniebatur, propter defectum natalium tantũ reijceretur, quia potior erat populi salus, quam istius qualitatis observatio & impletio.

Secunda: Quia cum in iudicando magis industria personæ, quàm generis requiratur, obtẽta prima qualitate, quæ habetur vt conditio sine qua non, secunda vt minus necessaria dispẽsabilis erat maximè si attendatur quod Senatores, Cõsiliarij, & Iudices sunt *Principes* salutis, mẽtisquè publicæ, vt ait Cicero *in Oratione* pro Roscio; nihilquè illis ad Senatus seu Consulatus ingressum magis commendabatur, quàm Reipublicæ salus: *Videãt Consules, & Iudices ne quid detrimenti Respublica capiat*. Ex muneris & Officij sui expletione recta, Paternitas sua probabatur, non ex origine nata, Patritijquè nuncupabantur; quia tanquã Patres naturales Rempublicam amabant & tuebantur; sic nomen interpretatus est Ildephonsus Rex in leg. 7. tit. 1. partit. 4. *E à tal Consejero como este llaman en Latin Patricio, que es assi como padre del Principe*. Et Divus Thomas sic diffinit in lib. de Regimine Principis: *Sed Patritij* (inquit) *ideò dicuntur, quia sicut Pater filijs, sic illi cives Romanæ Reipublicæ curam gerunt*. Eodem sensu abundant Casiodorus, & Lucius Florus: Iste, lib. 1. cap. 1. Ibi: *A senectute Consilium Reipublicæ penès senes esset, qui ex authoritate Patres ab ætate Senatus vocabuntur*: Ille, lib. 6. epist. 2. *Patritiatus* (inquit) *culmen ascende, quod quidam iuridi-*

corum à Patribus esse dictum voluerunt, Et Iustinianus Imperator honorabat Consiliarios tanquã Patres; sicqué in leg. *Quisquis*, Cod. *ad legem Iuliam Maiestatis*, dixit: *Qui à nobis loco Parentũ honorantur*. Et obtenta ista naturalitate ex paternitate propter in Senatum ascensum, non de nativa ita quæri oportebat, vt causa tantùm illa exclusionis foret. Et merito Hierotheus cùm se ita literis, prudentia, integritate morum plenus haberetur; & industria personæ suæ ad munus illud conquireretur, si forsan propter natalitij defectum exclusus videretur, dicere poterat quod Angelus Tobiæ Maiori, cap. 5. vers. 17. *Genus quæris mercenarij*. In iudicando industria personæ magis, quàm natalium origo quæritur, illa si adsit, ista non officit, vt à munere excludatur.

Tertia: In Iudicibus iura plùs resistunt naturalibus, quàm cæteris; nam qui in Provincia, in qua est ortus, non potest officium exercere: Est lex 11. tit. 18. partit. 1. Et adinstar sacrilegij ibi officium Iudicis exquirere habetur, eadẽ lex Regia, ibi: *E aun seria como sacrillejo si algun ome se entremetiesse de pedir, ò de ganar oficio de Iudgador, ò otro qualquier en aquella tierra onde es natural*. Et si ad modicum tempus id permittitur; textus & ibi glossa in leg. *Hi, qui*, ff. *Ex quibus causis maiores*: Abendañus, in cap. *Prætorum*, vers. *Item si iudex*, lib. 1. Aviles, cap. 17. *Prætorum* in principio, colum. 1. fol. 159. Vnde leges id prohibentes sanctissimæ vocantur, vt ex Aflicto in Constitutionibus Siciliæ, lib. 1. Rubrica 49. per totam; & Carolo de Grassalis, lib. 2. Regal. Franciæ iure 8. pag. antepenult. in parvis, constat. Ratio huius est in divinis literis fundata; quia in *Patria sua nemo Propheta acceptus*. Et in iure; *ne gratiosus, aut calumniosus esse videatur*. Hæ, & aliæ

po-

Anno Christi Domini 1667.

Num. 477 poterant rationes vt naturalem à Senatoria Areopagitica Sede Hierotheum excludere; quomodò officere, vt deficientibus ad tale ministerium, non posset adduci?

Quarta: Nam dato (& non concesso) quòd lex ita expressa inveniretur, quæ aditum hunc non naturalibus obseraret, dispensatio conceditur ob rationes, quæ legitimæ pro qualitate temporis, loci, & personæ, arbitrio prudentis viri fuerint iudicatæ; quarum vna præcipua est, quoties obseruātia legis vergeret in malum aut maius bonum impediret; vt cum Caietano in 2.2.q.79.art.4. tenet Salas, de Legibus, disput. 20. sect. 81. num. 75. sicquè dispensationis causæ ad tres revocari solent: *Prima*, quod adsit vtilitas communis, vel privata: *Secūda*, necessitas communis, vel privata: *Tertia*, pietas, vt ex cap. *Necessaria*, 1.q.7. cap. *Quod pro remedio, eadem causa, & q.* Et sequuntur D. Thomas 2.2.q.63.art.2. Rodriguez *Quæstionum Regul.* q.22.art.5. Thomas Sanch. libr. 8, de *Matrim.* disp. 19. Si ergo omnes istæ, vel aliqua earum existit, & habetur causa dispēsationis cur non credendum in Hierotheo, vt illam Sedē obtineret esse dispensatum, cùm tàm sublimiter de eius scientia, integritate morum, prudentia, & consilio, omnes, qui de eo loquuntur, deponant? & cum possibilitas detur, non est cur nos ad contratium sentiendum obstringamur, sed sub possibili factum intelligamus, & iura interpretemur.

Num. 478 *Quinta*: Quia in singulis Provincijs hunc natalium defectum quotidie dispensari novimus. Et quamvis exemplum non arctet regulam, leg. 1. §. *Quod vulgò* 25. ff. *De vi, & vi armata*, l. *Damni infecti stipulatio* 18. ff. *De damno infecto*, cap. *Quemadmodùm*, *De Iureiurando*. Quibus Iuribus idem tenent Tiraquel. in leg. *Si vnquam*,

Cod. *De revocand. donationib.* verbo. *Libertis*, num. 37. Et Thomas Sanch. *De Matrimon.* libro 1. disp. 57. nu. 6. Nec etiam exemplis iudicandum sit, sed legibus, leg. *Sed licèt*, ff. *De officio Præsidis*, leg. *Nemo*, Cod. *De sent. & interl. omn. Iudic.* Et tenent Menochius, consil. 996. nu. 27. volum. 10. Et Ludovicus Rodolphinus, tract. Diversi. Cõclus. conclus. 10. pag. 153. Negari nõ valet, quod licet nõ arctent regulam, illam declarent, & aperiant, vt in leg. *Prætor*, §. 1. Iulianus, aliàs §. Quoties, ff. *De collatione bonorum*, vers. *Videamus*, ibi: *Quod dico, exemplis manifestius fiet*: Et l. *Ita vulneratus* 51. ad fin. ibi: *Multa autem*, &c. ff. *Ad l. Aquil.* Hicque non solum exempla, sed exemplaria ex rebus iudicatis in proprijs terminis exhiberi potetunt (de quibus aliqua in sequenti annotatione adducemus) cũ à Legislatoribus & Iudicibus Supremis hæc natalium origo in multis dispensata ad foralia munera exerçenda dignoscatur; pro qua comprobanda veritate multa possent allegari documenta ex diversis Regnis, & Provincijs, quod prolixum sanè foret. Sed hæc Superiorum facta tanquàm legum Interpretum maximè iuvant & instruunt; consuetudinis, & Legis vim habent, vt optimè observavit Antonius Gamma, decis. 174. nu. 10. Cùm possibilis ergò sit dispensatio prædicta, possibilitatemquè actui redactam fateantur multi; nosque etiam quotidie experiamur; cur in nostro Hierotheo (dato quod nullam ex Græcia originem traheret (quæ possibilis est) sed merè Hispanus esset) impossibilem moraliter defensare nitimur; imò teneamur ad sedandas, & componendas opiniones illam viam assectari, quæ, salvo iure, iura conciliet, sententiasque in vnum redigat sensum.

Sexta: Quia licèt generalis regula in ferè omni-

nibus Regnis,& Provincijs generaliter observata sit, quod regiminis clavus naturalibus concedatur,non exteris,& alienigenis exceptionē posse habere, & facto habuisse ex antecedentibus colligimus,& videmus: Nec Consistoria aliqua, Tribunalia,& Senatus inveniri,quæ non hoc,vel illo extero Iudice, & Gubernatore inveniantur moderata; cuius iam morum integritas, & operandi fidelitas in populis fuit experta, vt Cassiodorus, lib. 3. *Variarum*, capite 6. ex Theodorico Gothorum Rege edocuit, dicens: *Delectat peregrini germinis viros, gremio libertatis inserere.* Cuius rationem sequentibus in verbis assignat: *Vt varijs frondescat Senatus aula virtutibus*: Imò hos non tantùm admissos, sed quæsitos, & rogatos esse debere, idē Cassiodorus scribit lib.12.cap.9.ibi: *Pietate plenum est peregrinā gentem publicis beneficijs obligare, & non tantùm cōsanguineos ad substantiæ lucra mittere, quantū ipsos quoque aduenas invitare.* Hac ratione etiā admissos videmus exteros(reluctantibus Regalibus Legibus)in Hispania nostra,vt post Bobadillam *in Politica*,lib.1.cap.12. num. 31.tenuit D. Ioannes Solorzano & Pereyra,tom.2.*de iure Indiarum*,lib.4.cap.4.nu.50.& D.Laurentius Ramirez de Prado in suo Consilij,& Cōsiliarij libro, lib.3.cap.6.pag.160.qui exemplaria quàm plurima allegat Principum ab alienigenis rectè famulatorum. Hanc etiam observasse praxim exteras Provincias,in multis legimus: De Romanis,tenet Valerius Maximus,lib.3.cap.4.num.5.Tacitus, lib.11.*Annalium*,& lib.2. cap.1. De Polacis,& Malucis, Frater Ioann. Marquez *in Christiano Gubernatore*, lib. 2.cap.3. col.5. De Israelitis, Pater Ioannes Stephanus Menochius *in Politica*, lib.3.cap.6.& Flavius Iosephus lib.3. *Antiqui-*

Anno Christi Domini 1667. Num.480

tatum Iudaitarum, cap.2. pag.mihi 229.& sic de alijs.

Septima: Hoc idem in Græcis observatum, facilè erit reperire, qui legat Elianum, *de varia Historia*, lib. 14. cap.5. qui de Atheniensibus loquēs, hæc ait: *Sed sæpè etiam peregrinos Civibus antetulerunt, eosquè Reipublicæ gubernationi præfecerant, Apollodorū Cyzenum sæpissime belli Ducē crearunt, quamvis esset peregrinus, & Heraclytem Glazomeniū*. Et Cicero orat. 36. pro Lucio Cornelio Balbo, ibi: *Itaquè in Græcis Civitatibus videmus, Athenis Rhodios, Lacedamonios, cæteros vndique adscribi, multarūquè esse eosdem homines Civitatum; quo errore ductos vidi egomet nō nullos imperitos homines nostros cives Athenis in numero Iudicum, atque Areopagitarum, certa Tribus, certo numero.* Rationem huius assignat Petrus Gregorius in suo de Republica lib.4. cap. 4. num 17. quæ verè in nostro Hierotheo Areopagi Iudice reperta ad hanc Sedem cum sublimasse pro certo sanciendum erit: *Proindè* (inquit) *hic delectus habendus peregrinorum erit, & suspecti quidèm haberi possunt antequàm cognoscantur: At vbi cogniti fuerint tales, qui nihil officere, aut prodesse societati Reipublicæ possint, non eo nomine solo, quòd alienigenæ sint, contemni, aut reijci debent, non secùs quàm merces à barbaris translatæ, nobis commodæ, vel quæ ex cura, & vtilitate nostra sint, vel esse possint, non ideò reprobantur, quòd à barbaris processerint. Mores, & virtutes non nascuntur cum hominibus, sed fiunt, mutantur, emendantur, & poliuntur. Neque tam ortus, vel à quibus natus inspiciendum quàm qualis sit qui ex peregrinis dicitur. Atheniensis schola, vt recenset Plutarchus de exilio, peregrinis ferè tantum inclaruit, non Civibus proprijs, &c.*

Des-

Anno Christi Domini 1667. Num. 481

(H *Describitur*) Subsequentem Episcoporum nostræ Secoviensis in Hispania Cathedralis Ecclesiæ Catalogum ex varijs Scriptoribus, maximè Didaco Colmenares *in Historia Secoviēsi* in calce Operis: Magistro Ægidio Gundisalvo Davila Regio Chronographo, tom. 1. Theatri Ecclesiastici, fol. 532. & D. Ioanne Tamaio Salazar, *In Martyrologio Hispano*, tom. 4. die 16. mensis Iulij, fol. 145. decerpimus, & texuimus.

CATALOGVS EPISCOPORVM Sanctæ Ecclesiæ Secoviensis in Hispania, ex varijs Scriptoribus decerptus.

I. SANCTVS Hierotheus huius nominis I. Episcopus Secoviensis I. natione Hispanus iuxta plurimorum sententiā: Dionysij Areopagitæ Magister; Sancti Pauli Apostoli Discipulus; Episcopus Atheniēsis; post Secoviensis in Arevacis Hispaniæ, sanctitate mirabilis; cuius memoria ad annum 71.

II. Petrus huius nominis I. Episcopus Secoviensis II. interfuit consecrationi Sāctæ Ecclesiæ Toletanæ, & Concilio Toletano tempore Regis Recaredi, Anno Domini 589.

III. Minitianus huius nominis I. Episcopus Secoviensis III. interfuit Concilio Gundemari

Anno Christi Domini 1667.

Toletano, Anno 610.

IV. Asericus huius nominis I. Episcopus Secoviensis IV. interfuit Concilijs IV. V. VI. VII. VIII. & IX. Toletanis ad Annum vsque Domini 655.

V. Sinduitus huius nominis I. Episcopus Secoviensis V. per Liberatum eius Diaconum & Procuratorem interfuit Concilio XI. Toletano ad Annum 675.

VI. Deodatus huius nominis I. Episcopus Secoviensis VI. Concilijs XII. XIII. XIV. & XV. Toletanis interfuit, cuius memoria ad Annum vsque 688. durat.

VII. Decentius huius nominis I. Episcopus Secoviensis VII. interfuit Concilio XVI. Toletano ad Annum 693. cuius tempore Gothorum finivit *Imperium* in Hispania & Sarracænis paruit, quorum insolentiam contuentes Christiani Reliquias, & *Imagines* Sãctorum in locis abditis absconderunt, inter quos *Sacarus*, Beneficiatus Sanctæ Ecclesiæ Secoviensis *Imaginem* Divæ Virginis Deiparæ (quam hodie *de la Fuencisla* vocitant) in Ecclesia Sancti *Ægidij* occuluit hacce Epigraphe.

Dominus Sacarus, Beneficiatus huius
Almæ Ecclesiæ Secoviensis,
Hanc tulit Imaginem Beatæ
Mariæ de Rupe supra
Fontes. Vbi erat in via. Et cum
Alijs abscondit in ista Ecclesia.
Era DCC. LII.
Misera Hispania.

Post multa tempora vix in nostris Chronicis nomen alicuius invenitur Secoviẽsis Episcopi vsque ad sequentem.

VIII. Ilderedus huius nominis I. Episco-

pus Secoviensis VIII. qui in ripa Fluminis *Aratri* donavit fundum Gundisalvo Legionensi Episcopo, eiusquè Canonicis ad Annum 940.

IX. D. Petrus huius nominis II. Episcopus Secoviensis IX. interfuit funeri Regis Alphonsi VI. Concilioque Lateranēsi II. & Ovetensi, Apostolicam confirmationem Episcopatus à Calixto II. Romano Pontifice obtinuit, Regiamque limitum assignationem ab Alphonso Raymundi obtinuit, Tutelarium Sanctorum Fructi & fratrum Lipsana asportavit: Cœnobium Cisterciensium S. Mariç de *Serra* fundavit, & dotavit; Templumquè Cathedralis Ecclesiæ construxit; tandem ad Domini Annum 1149. decessit.

X. D. Ioannes huius nominis I. Episcopus Secoviensis X. ex ipsa vrbe oriundus, ad Ecclesiā Toletanam Anno 1151. transfertur, quà obijt ad Annum 1166.

XI. D. Vincentius huius nominis I. Episcopus Secoviensis XI. ab Alphonso Raymundi donarijs acceptis, obijt Anno 1156.

XII. D. Guillelmus huius nominis I. Episcopus Secoviensis XII. interfuit Synodo Provinciali à *Io*anne Toletano Metropolita ad Secoviam indictæ Anno 1166. eius memoria ad Annum 1170.

XIII. D. Gundisalvus huius nominis I. Episcopus Secoviensis XIII. Epistolam Decretalem accepit à Clemente III. Pontifice Maximo, quę extat in Decretalibus libr. 2. tit. 21. vixit ad Annum 1192.

XIV. D. Guterius huius nominis I. Episcopus Secoviensis XIV. cognomento *Giron* assensum præbuit Capitulo ad erectionem Capellæ ad Annum 1195. quo obijt.

XV. D. Gundisalvus huius nominis II. Epis-

copus Secoviensis XV. cognomento *Michael*, Sanctissimæ Trinitatis Fratres collocavit in suburbio,& alia plurima pro Dignitatis honore stabilivit: obijt Anno 1211.

XVI. D. Gerardus huius nominis I. Episcopus Secoviensis XVI. interfuit funeri Alphōsi VIII. & Sanctum Dominicum Patriarcham in fundatione *S*. Crucis adiuvit; obijt ad Annum 1225.

XVII. D. Lupus huius nominis I. Episcopus *S*ecoviensis XVII. cognomento *Haro*, datus fuit Gerardo mente destituto coadiutor, post *S*uccessor, obijt Anno 1227. sepelitur in Regio *S*. Benedicti Naxarensi Cœnobio.

XVIII. D. Bernardus huius nominis I. Episcopus *S*ecoviensis XVIII. ab Honorio III. Pontifice Maximo electus, suo tempore Cathedralis Ecclesia hoc die consecratur, Anno 1228. à *I*oanne Cardinali Bisuntino Hispaniarum Legato, obijt Anno 1248.

XIX. D. Rodericus huius nominis I. Episcopus *S*ecoviensis XIX. ex Decano *S*ecoviensis Ecclesiæ electus; obijt Anno 1249.

XX. D. Raymundus huius nominis I. Episcopus Secoviensis XX. cognomento *Losana*, Secoviæ alumnus, & altor, cum Regi Fernando III. à libellis, à secretis, & à cōfessionibus adesset, ad Hispalensem promotus Sedem Anno 1259. tandem Anno 1298. obijt.

XXI. D. Fr. Martinus huius nominis I. Episcopus *S*ecoviensis XXI. ex fratre Minorū Alumnus, vario regimine, obijt Anno 1265.

XXII. D. Ferdinandus huius nominis *I*. Episcopus Secoviensis XXII. cognomento *Velazquez*, ex Canonico Secoviensi electus, 13. Kalend. Febr. Anno 1277. Romæ decessit.

XXIII.

Anno Christi Domini 1667.

Anno ChristiDomini 1667.

XXIII. D. Rodericus huius nominis II. Episcopus Secoviensis XXIII. cognomento *Tello*, post varia cum Alphonso, & Sanctio Regibus Castellæ dissidia, exul factus, Tarraconensem Sedem est assecutus Anno 1288.

XXIV. D. Blasius huius nominis I. Episcopus Secoviensis XXIV. ex ipsa oriundus, Ecclesiasticæ immunitatis vindex, obijt Anno 1300.

XXV. D. Ferdinandus huius nominis II. Episcopus Secoviensis XXV. cognomēto *Sarrazin*, Cōcilio apud Pennamfidelē interfuit, Bonifacij VIII. Pontificis Maximi Diploma, immunitatem Ecclesiasticam decernens, publicavit; & tandem Anno 1318. decessit.

XXVI. D. Benedictus huius nominis I. Episcopus Secoviensis XXVI. Cognomento *Perez*, ex Archidiacono Secoviensi; obijt Anno 1319.

XXVII. D. Amatus huius nominis I. Episcopus Secoviēsis XXVII. ex Archidiacono Sepempublicensi; obijt Anno 1320.

XXVIII. D. Petrus huius nominis III. Episcopus Secoviensis XXVIII. cognomento *Cuellar*, Synodum Diœcesanam celebravit, & Provinciali Concilio interfuit, Anno 1350. defecit eius memoria.

XXIX. D. Blasius huius nominis II. Episcopus Secoviensis XXIX. cognomento *Portugal*, vel à Patria, vel à Genere; obijt Anno 1353.

XXX. D. Petrus huius nominis IV. Episcopus Secoviensis XXX. cognomento *Gudiel*, Patria Toletanus; eius memoria ad Annum 1354.

XXXI. D. Fr. Gundisalvus huius nominis III. Episcopus Secoviensis XXXI. Franciscanæ Familiæ Alumnus; obijt Anno 1358.

Anno Christi Domini 1667.

XXXII. D. *Ioannes* huius nominis II. Episcopus Secoviensis XXXII. cognomento *Luzero*, ex Sede Salmantina translatus, anniversariam Sanctissimæ Deigenitricis Conceptionis Purissimæ Festivitatem, à Gerardo Canonico anteà firmatam; confirmavit Anno 1362.

XXXIII. D. Martinus huius nominis *II.* Episcopus Secoviensis XXXIII. cognomento *Cande*, cuius memoria ad Annum 1367.

XXXIV. D. *Ioannes* huius nominis III. Episcopus Secoviensis XXXIV. cognomento *Sierra*, Doctorum Doctor appellatus, Diœcesana Synodo celebrata, 14. Kalēd. Mart. Anno 1374. decessit.

XXXV. D. Gundisalvus huius nominis IV. Episcopus Secoviensis XXXV. ex Catalogo Antistitum extractus; eius memoria ad Annū 1375.

XXXVI. D. Hugo huius nominis I. Episcopus Secoviēsis XXXVI. cognomento de *Alemania*; cuius extinguitur notitia Anno 1379.

XXXVII. D. Gundisalvus huius nominis V. Episcopus Secoviensis XXXVII. cognomento *Aguilar*; eius memoria ad Annum 1380.

XXXVIII. D. *Ioannes* huius nominis IV. Episcopus Secoviensis XXXVIII. cognomento *Serrano*, ex Priore Guadalupensi ad Seguntinam Sedem promotus Anno 1390.

XXXIX. D. Gundisalvus huius nominis VI. Episcopus Secoviensis XXXIX. cognomento *Gonzalez de Bustamante*, obijt Anno 1392.

XL. D. Alphonsus huius nominis I. Episcopus Secoviensis XL. cognomento de *Frias*, Imaginem Deiparæ ad pagum Nieba, prævia Petro Pastori revelatione, adinvenit Anno 1392.

XLI. D. Alphonsus huius nominis II. Episcopus Secoviensis XLI. cognomento *Correa*, Lu-

sitanus, Ioannis I. Castellæ, & eius vxoris Beatricis Cācellarius ex Igeditano Præsule in Portugallia; obijt Anno 1397.

XLII. D. Ioannes huius nominis V. Episcopus Secoviensis XLII. cognomēto *Vazquez de Zepeda* à Patria *Tordesillas* vulgariter nuncupatus, ex Legato seu Oratore Regis Castellæ ad Pontificem Romanum, obijt Anno 1437.

XLIII. D. Fr. Lupus huius nominis II. Episcopus Secoviensis XLIII. cognomento *Barrientos* ex Dominicana Familia, & Ioannis II. Regis à confessionibus, post ad Abulensem Sedem, anno 1442. inde ad Conchēsem translatus; tandem Anno 1459. è vita discessit.

XLIV. D. Ioannes huius nominis VI. Episcopus Secoviensis XLIV. cognomento *Cervantes*, S. R. E. Cardinalis ex Abulēsi, post ad Hispalēsem translatus Anno 1449. obijt ibidem.

XLV. D. Ludovicus huius nominis I. Episcopus Secoviensis XLV. cognomento *Osorio de Acuña*; posteà ad Cathedralem Sedem Burgensem anno 1457. translatus, obijt Anno 1496.

XLVI. D. Fernandus huius nominis III. Episcopus Secoviensis XLVI. cognomento *Lopez de Villaescusa* ex Thesaurario Secoviensi Archicapellanus Regius, & Consiliarius; obijt Idibus Iun. Anno 1460.

XLVII. D. Ioannes huius nominis VII. Episcopus Secoviēsis XLVII. cognomēto *Arias Davila* ex Collega S. Bartholomæi apud Salmāticam, sacra Sanctorum Fructi, & sociorum fratrum Secoviensium Tutelarium pignora diù occulta quæsivit, feliciter invenit, & religiosè collocavit; tres Synodos diversis temporibus celebravit, Romam litium causà adiens, ibidem è vivis discessit 5. Kalend. Novembr. Anno 1497.

& ad Cathedralem transfertur.

XLVIII. D. *Ioannes* huius nominis VIII. Episcopus *Secoviensis* XLVIII. cognomento *Arias del Villar* ex Decano Hispalensi, & Legato ad Regem Carolum VIII. Galliæ, nec nō Episcopo Ovetensi, Cancellariæ Vallis-Oletanæ Pręses vnà cum Episcopatu; obijt Anno 1501.

XLIX. D. *Ioannes* huius nominis IX. Episcopus *Secoviensis* XLIX. cognomento *Ruiz de Medina* ex Asturicensi, Pacensi, & Carthaginensi *Sedibus* evocatus; obijt Anno 1507.

L. D. Fridericus huius nominis I. Episcopus *Secoviensis* L. cognomēto *Portugal* è Regia Lusitanorum Regum stirpe; fuerat primùm Calagurritanus Episcopus, deinde ex Secoviensi ad Seguntinam Sedem translatus Anno 1512. demū ad Cæsaraugustanā in Aragonia Proregis titulo; obijt VIII. *Idus* Febr. Anno 1539.

LI. D. Didacus huius nominis I. Episcopus *Secoviensis* LI. cognomento de *Ribera*, Patria Toletanus; hic prima novi Templi Cathedralis fundamenta posuit Anno 1525. obijt 1543.

LII. D. Antonius huius nominis I. Episcopus *Secoviensis* LII. cognomento *Ramirez de Haro*, ex Episcopo Auriensi Civitatensis, & Calagurritanus, ac denique *Secoviensis*; obijt Burgis Anno 1549.

LIII. D. Gaspar huius nominis I. Episcopus *Secoviensis* LIII. cognomēto *Zuñiga & Avellaneda* Comitum de Miranda filius, S. R. E. Cardinalis; Concilio Tridentino interfuit, ad Compostellanam Anno 1558. translatus; postea ad Hispalensem Metropolim; tandem vitam exuit Anno 1571.

LIV. D. Franciscus huius nominis I. Episcopus *Secoviensis* LIV. cognomento *Benavi*

des,

des, ex Hieronymianorum Ordine primùm Carthaginis ad *I*ndos Præſul, poſt Mindonienſis; deniquè ex Secovienſi ad Sedem Giennenſem tranſlatus Anno 1559. & obijt *I*dib. Maij, Anno Domini 1560.

LV. D. Martinus huius nominis III. Epiſcopus Secovienſis LV. cognomento *Perez de Ayala*, *I*acobeæ Religionis Alumnus, primùm Accitanus Pontifex, poſt ad Valentinam Metropolim promotus Anno 1564. interfuit Concilio Tridentino, & Secoviam reverſus, ibidem Seminarium inſtituit, Synodum Diœceſanam habuit; obijt Valentiæ Anno 1566.

LVI. D. Didacus huius nominis II. Epiſcopus Secovienſis LVI. cognomento *Covarrubias & Leyua*, Patria Toletanus, omnimoda eruditione clariſsimus, ex Auditore Granatenſis Cancellariæ Sancti Dominici apud Indos Metropolitaꝫ poſt Epiſcopus Civitatenſis, inde Secoviēſis; Synodum Diœceſanam congregavit, Hiſpaniarum Præſes conſtitutus; demùm ad Conchenſem Eccleſiam translatus; tandem obijt Kalend. Octobris, Anno 1577. de eo Aubertus Myræus in Biblioth. Eccleſ. tom. 2. fol. 240. cap. 219. aliqua concinnavit encomia, eumquè ſingulare Hiſpaniæ ornamentum fuiſſe dixit. Iacet in Secovienſi Cathedrali Baſilica, illuſtri tumulo cum hoc Epitaphio.

✠

Illuſtriſsimus Dominus Dominus Didacus de Covarrubias à Leyva: Hiſpaniarum Præſes ſub Philippo II. huius S. E. Segovienſis Epiſcopus.

H. S. E.

Obijt V. Kalend. *Octobr. Anno Domini*

M.D.LXXVII.

Ætatis ſuæ LXVI.

LVII. D. Gregorius huius nominis I. Episcopus Secoviensis LVII. cognomento *Gallo*, Patria Burgensis, Theologus & Concionator *Insignis*, Salmanticensium Scholarium Magister, ad hanc Sedem ex Oroliensi in Valentino Regno sublimatus, 7. Kalend. Octobris, Anno 1578. decessit.

LVIII. D. Ludovicus huius nominis II. Episcopus Secoviẽsis LVIII. cognomẽto *Tello Maldonado*, Patria Hispalensis, Iurisprudẽtiæ peritissimus, apud Salmanticã Collegij Ovetẽsis Alumnus, Cordubẽsis Diœcesis Ordinarius Iudex, post Vallis-Oletanæ Cancellariæ Auditor, deinde Regius Consiliarius, religione, & pietate insignis, 3. Idus Iun. Anno 1581. moritur, & in Primario Templo Secoviensi sepelitur sub illustri tumulo, & sequenti Epitaphio:

Hic iacet Ludovicus Tello Maldonado,
Episcopus Segoviensis, vir integerrimus,
Religione, pietate, & litteris insignis;
Obijt XI. Iunij, Anni M.D.LXXXI.
Ætatis suæ LXIII.

LIX. D. Andreas huius nominis I. Episcopus Secoviensis LIX. cognomento *Cabrera* & *Bobadilla* ex Comitibus de *Chinchon*, Secoviæ natus, egregius Theologus, ex Abbate Alcalæ Regiæ in Betica inauguratus, postquàm Synodum Diœcesanam congregasset, ad Metropolitanam Cæsaraugustanam Sedem Anno 1587. translatus, & Prorex Aragonensium factus; obijt Anno 1592. die 7. Kalend. Septemb.

LX. D. Franciscus huius nominis II. Episcopus Secoviensis LX. cognomento *Ribera* & *Ovãdo*, ex Castro Cereris in *Extremadura* oriũ-

Anno Christi Domini 1667.

dus, Alcantarensis Ordinis Alumnus, in Supremo Fidei Senatu Censor, bimestri consumptus est 17. Kalend. Octobris Anno 1587. sepultusque in Templo Cathedrali, hoc Epitaphio:

D. O. M.

D. Fräciscus de Ribera & Ovädo, Olim supremo Rerum Fidei Senatu Censor, posteà huius sanctæ Ecclesiæ Segoviensis Episcopus.

H. S. E.

Obijt XVI. Kalend. Octobr. Anni M.D.LXXXVII.

LXI. D. Andreas huius nominis II. Episcopus Secoviensis LXI. cognomento *Pacheco*, genere nobilis, litteris nobilior, virtute nobilissimus, Complutẽsis Theologus, & Abbas, Synodũ Diœcesanam celebravit, postmodum ad Conchensem Ecclesiam Anno 1601. promotus, & recusatis Burgensi, Compostellano, & Hispalensi Archiepiscopatibus, Senatus Fidei Supremus Præses constitutus, & Indiarum Patriarcha, obijt Madridij Anno 1626.

LXII. D. Maximilianus huius nominis I. Episcopus Secoviensis LXII. cognomento de *Austria*, ex Abbate Alcalæ Regalis in Bętica, Gaditanus Antistes, ex Secoviensi ad Compostellanam Metropoliticam Sedem translatus Anno 1603. denique summum diem obijt Anno Domini 1614.

LXIII. D. Petrus huius nominis V. Episcopus Secoviensis LXIII. cognomento de *Castro & Nero*, ex Parocho Lancaitẽsi in Diœcesi Abulensi apud Salmanticam Collegij Maioris Conchẽsis Alumnus, post Canonicus Abulensis, deinde Toletanus, hinc Lucensis in Gallecia Præsul;

Anno Christi Domini 1667.

in Secoviensi Synodum congregavit, Sedem ad Valentinam renuntiatus ante electionem obijt die 28. Octobris, Anno 1611.

LXIV. D. Antonius huius nominis II. Episcopus Secoviensis LXIV. cognomēto *Idiaquez Manrique*, ex Canonico, & Archidiacono Secoviensi Civitatensis Ecclesiæ Præsul, Beatæ Virginis Mariæ Imaginem, quam de la *Fuencisla* vocitant, è veteri Heremitorio ad novum, & splēdidum Templum solemnibus, celebratissimisque encomijs transtulit; tandēm 15. Kalend. Decembr. Anno M.DC.XV. obijt. Cuius corpus in Sacello Parœciali Cathedralis Basilicæ, illustri tumulo, & sequenti Epitaphio iacet:

D. Antonius Idiaquez Mārique pietate, litteris, & genere illustris, ex Canonico Archidiaconoque Segoviensi creatus Episcopus Civitatensis, inde Segoviensis in hoc Sacello dotation. amplissim. Decorato. Vnà cum parentibus requiescit. Obijt XV. Kalend. Decembr. Anno M.DC.XV.

LXV. D. Ioannes huius nominis X. Episcopus Secoviensis LXV. cognomento *Vigil de Quiñones*, ex Ovetensi Diœcesi oriundus, Iurisprudentiæ professor S. Pelagij apud Salmanticēses Collega, deinde apud Vallis-Oletanos S. Crucis Alumnus, ibidem Fidei Censor, post ad Supremum Sanctæ Inquisitionis Tribunal Senator constitutus, Episcopus Vallis-Oletanus cōsecratus, tādem Secoviæ obijt Kalend. Septembr. Anno 1617. sepultus in Cathedrali Ecclesia, post modùm ad Ovetensem vrbem translatus.

LXVI. D. Alphonsus huius nominis III. Episcopus Secoviēsis LXVI. cognomento *Marquez de Prado*, Patria Spinatensis Diœcesis Se-

co-

coviensis, ex Divi Bartholomæi Maiori Collegio Canonicus Conchensis ; & Fidei in Tribunali Barcinonensi, ac postmodum in *Supremo Senatu* Censor; inde Episcopus Dertosanus in Cathalonia consecratus, Diœcesana *Synodo* habita; dũ Religionis zelo ex Templo Siccarios eijcere conatur plumbeis glandulis sclopeto expetitur, penè ad miraculum liberatus, ad Carthaginensem Sedem, inde ad Secoviensem promotus, dùm Synodum Diœcesanam celebrare parat, fato interceptus occubuit 7. Idus Novemb. Anno 1621. & in Cathedrali sepultus iacet, hoc Epitaphio:

D. Alphonsus Marquez de Prado in supremo Fidei
Senatu Censor. Ob præclara merita iam Episcopus
Dertusensis. Et Carthaginensis. Et tandem H.S.
E. Segoviensis: pietate: litteris: & genere clarus,
Iustitiæ propugnator acerrimus.
H. S. E.
Obijt XVII. Novembr. Anno M.DC.XXI.

LXVII. D. Fr. *I*nicus huius nominis I. Episcopus Secoviensis LXVII. cognomento de *Briçuela*, Patria Medina Campestrensis, ex Prædicatorum Ordine; Archiducis Austriæ Alberti à Confessionibus ; & recusato Archiepiscopatu Cameracensi in Flandria; Secoviensem Sedem admisit; qua in *Supremum* Flandriæ Præsidem electus, hocce nequaquàm munus acceptare voluit, nisi Episcopatum dimitteret; propter oneris Præsulatus residentiam; deniqueSedem renuntiãs Anno 1623. munus Presidentis exercuit ad Annũ 1629. quo è vita discessit.

LXVIII. D. Melchior huius nominis I. Episcopus Secoviensis LXVIII. cognomento *Mosco-*

coso, ex nobili Comitum de *Altamira* stirpe natus, ex Canonico Conchensi, & Archidiacono Alarconēsi à Cortinis & Oratorio Regis Catholici Minister, & Regum novorum in Ecclesia Toletana Archicapellanus; dimisit Episcopatum, vt habitum Carthusianorum indueret, sed morte præventus, opus adimplere non potuit, Anno 1632. quievit in pace, & sepultus est in Cœnobio Carthusianorum, vulgò del *Paular*.

LXIX. D. Mendus huius nominis I. Episcopus Secoviensis LXIX. cognomento *Benavides*, ex Comitū Sancti Stephani illustri progenie ortundus, in Cancellaria Vallis-Oletana Auditor, & cum stēmate Iacobæo in Regali Ordinum Senatu Fisci Patronus, post Senator integerrimus, deinde Supremi *Sanctæ Inquisitionis* Cōsilij Cēsor, Granatensis Cancellariæ Præses, & Abbas Aruccitanus, ex *Secoviensi Sede* Anno 1640. ad Carthaginensem translatus, quà Anno 1644. diē clausit extremum.

LXX. D. Petrus huius nominis VI. Episcopus *Secoviensis* LXX. cognomento *Tapia*, ex Prædicatorum Ordine Alumnus, in quo insignis litteris, pietate, & sanctissimis moribus excelluit, post *Secoviensem Sedem* ad *Seguntinam* Anno 1644. translatus est, deinde ad Cordubensem, & tandem ad Metropoliticam Hispalensem fuit promotus, vbi infatigatus vir Apostolicus extremum halitum misit, Anno 1657. die 25 Augusti.

LXXI. D. Petrus huius nominis VII. Episcopus Secoviensis LXXI. cognomento *Neyla*, ex Ordine Militari Calatravensi Alumnus, Iudex Monarchiæ Regni Siciliæ, & Proregum Consultor, Italiæ Regens, Archiepiscopus Panormitanus, obijt *Secoviæ* Anno 1648. sepultusquè est in Cathedrali Ecclesia.

LXXII.

LXXII. D. Fr. Franciscus huius nominis III. Episcopus Secoviensis LXXII. cognomento *Araujo*, ex Ordine Prædicatorum, Patria Berinē sis in Galleciæ Regno, celebris litteris, Primariæ Theologiæ sacræ in Salmanticensi Vniversitate Cathedraticus emeritus: Carthaginensem Ecclesiam manumisit, & vt ad statum paupertatis pristinum reverteretur, Secoviensi cessit Episcopatui, reservata in prædicta Secoviensi Ecclesia pensione quadam, quæ tantum sufficiens foret ad sui sustentaculum. Clavum Pastoralē reliquit Anno M.DC.LX. obijt postea Madridij die 20. Mensis Februarij, Anni 1664. in propria fuit humatus sepultura in Conventu S. Stephani Salmantino sui Ordinis & filiationis. Vir scientiæ fama, & rectè factorum gloria memorabilis fuit; in Theologicis disputationibus acutus, sacræ Scripturæ in expositione gravis, in consultationibus clarus & securus; scripsit Metaphysicam 2. tomis; scholasticam Theologiam 9. tomis, & Theologiam Moralem per decisiones, ad statum Ecclesiasticum, & Civilem pertinentes 1. tom. & alia ab eo elaborata Opera existere dicunt, sed nondum lucem aspexerunt, ex quibus quanta eruditione, & Magisterio floruit Magnus hic Præsul, qui legerit, facilè agnoscet.

LXXIII. D. Fr. Ioannes huius nominis XI. Episcopus Secoviensis LXXIII. cognomēto *Pozo*, patria Vallis-Oletanus, ex Prædicatorum Ordine in vtraque Castella Provincialis, & Regius Psaltes; primùm Lucensis Episcopus, posteà Legionensis, & postremò Secoviensis; vir litteris, prudentia, & religione conspicuus, & non minus in Verbi Dei predicatione præclarus, onustus meritis, & annis, mortalitatem exuit die 16. mensis Augusti Anni 1660. & tumulatus iacet in subterra-

Anno Christi Domini 1667.

terranea Capella Sancti Dominici celebris Conventus Sanctæ Crucis huius Civitatis, in quo habitum sumpsit, & professionem emisit.

LXXIV. D. Franciscus huius nominis IV. Episcopus Secoviensis LXXIV. cognomento *Zarate & Teran*, Patria Madridensis in Magno Sanctæ Crucis Vallis-Oletano Licæo Togatus; & in eadem Vniversitate Decreti Moderator, S. Ecclesiæ eiusdem Civitatis Canonicus Doctoralis, quibus declamantibus meritis, primùm Apostolicus Censor in S. Inquisitionis sacro Cæsaraugustano Tribunali fuit nominatus; posteà Sacræ Rotæ Romanæ Auditor, & à Maiestate Regis nostri Philippi IV. in Pinciana Cancellaria Præses electus; ex quo munere ad Infulas Secovienses evectus est, sed meritorum cumulatione ad Conchensem Ecclesiã ad Annum M. DC. LXIII. promotus, ibi adhuc vivit, & ad maiora gressus tanti Præsulis litteræ, virtutes, prudentia, aliæque animi dotes securos reddunt.


Anno Christi Domini. 1657.

LXXV. D. Didacus huius nominis III. Episcopus Secoviensis LXXV. cognomento *Escolano & Ledesma*, Patria Madridensis, ex origine patrio *Longarensis* in Aragoniæ Regno, & ex materno *Zamorensis* in Castella veteri, ex *Ledesmensium* Familia, Latinitatem & Rethoricam in *Scurialensi* Regio Seminario didicit, post eà in eodem Collegio Togatus liberales professus est artes, ad Vniversitatem Complutensem deveniens, ibi Regalis Musæi toga insignitus sacros Canones decurrit, & Clementinarũ Cathedrã rexit; Abbas S. Petri, vulgo de *Cabarnerta* in Legionẽsi Regno, & in Maioricensi Dignitas & Canonicus electus: Sanctæ Inquisitionis in Ilerdensi Tribunali Fiscalis, & Inquisitoris munus obijt; ex quo ad Cordubense, seu Vallis-Oletanum Tribunal ad ele-


Anno Christi Domini 1657.

ctionem sui promotus, cùm Cordubense eligeret ante ingressum Toletano Censor est destinatus. Posteà Madridij pro Toletana Inquisitione Ordinarij Inquisitoris titulum exercens Supremi Senatus Sāctę, & Generalis Inquisitionis primùm Fiscalis, posteà *Senator* fuit electus; ex quo ad Maioricensem Ecclesiam Præsul ascitus, ad Tirasonensem secundò est Episcopus nominatus, ex qua Ecclesia ad hanc *Secóviensem* tertiò est à Maiestate Philippi IV. Regis nostri (nunc iam, proh dolor! compede mortalitatis soluti) nominatus; immeritò has adhuc Secovienses Infulas induit; Episcoporum prædictorum non solùm minimus, sed Pręsulis nomine indignus.

Num. 482 (I *Superstitibus*) Colophonem Operis perorationem ad Divum Hierotheum esse, recti ordinis ratio postulabat; nec complementum rectum nancisci valebat, nisi hac munitum confessione videretur. Corde Orator accedo, licèt eloquentia & virtute exutus, tanquam à minimo invocatio absonabit, sed implēdi obsequij nullus ratione cupidior, cùm nullus reverà maiori amore præcedat; quæ habemus, hæc solvimus; vtinam, quæ esse debebant, rectè penderemus.



PERORATIO AD DIVINVM HIEROTHEUM PRO COLOPHONE OPERIS.



A Primo vſque ad vltimum (ò ſacre Hierothee) Sponſæ tuæ Secoviēſis Eccleſiæ Prælatos (quos ſcimus) temporis ordine retulimus; & cùm à tali capite exorſi ſimus ſucceſſorum virtutes, merita, egregiaque facta in Paſtoralis muneris explectionem talia fuiſſe mirari non debeamus, cum tanti Patris patrocinio prævio: quid non rectè, ſanctè, & iuxta Dei Præcepta, & Canonica Inſtituta filij tui ſanxiſſent, & cuſtodiſſent? Eamet ad futuros etiam propaganda iuſta & firma fide ſperare debemus. Hoc tibi (Sanctiſsime Præſul) pro me, & illis continuò expoſtulare nō ceſſabo. Eccleſiam tuam, filioſquè chariſsimos labore tuo genitos, & doctrina lactatos, vt in futurum cuſtodire, & protegere non ceſſes, ſed ab inimici inſidijs liberes, à periculis ſegreges, & temporalibus cōmodis repleas, vt ſemper ſub tua protectione fuiſſe iactentur, humiliter expoſco. Accipe à minimo omnium gratias, hocque vitæ, & factorum tuorum ſummariſsimum Compendium. Et ſi Patres noſtros Eccleſiaſticus laudare iubet: quem ita claudandum ſumere debebamus, niſi te (Hierothee Divine?) quē Patrem inter noſtros Patres optimum & primum, omni charitate plenum, virtutibus onuſtum, & divinis chariſmatibus refertum laudibus extollere poteramus? Pro te equi

dem

Anno Christi Domini 1667.

dem quasi hoc nobis expositum est mandatum: *Laudemus viros gloriosos*: Verè vir nominandus venis, quia viriliter operatus es, & quidquid egisti potiùs divinum, quàm humanum opus est visum; *gloriosum* te prædicare quid multum? Cum extra te raptus, & Domino imbibitus, repletus eius amore, *Divini* promeritus es consequi nomen: *Et Parentes nostros in generatione sua.* Paternitatem tuam ex generatione tua satis agnoscimus. *Pater* es in generatione: *Pater* in lactatione: *Pater* in educatione: *Pater* in conservatione: Filios regenerasti Baptismo: Filios lactasti Evangelij doctrina: Filios educasti in Præceptorum Dei observatione; eosque conservas tua sancta intercessione. Hãc Ecclesiam erexisti: Hanc sanctis legibus communisti: Hanc ab hæresum erroribus liberam custodisti, & adhuc servas: Hanc Magnorum virorum Præsulatu fovisti: *Multam gloriã fecit Dominus magnificẽtia sua à sæculo.* Quæ maior gloria, quam assequuta est tua Secoviensis Ecclesia (ò Hierothee?) magnificentia tua facta est Apostolorum Discipuli filia, præcipuè vasis electionis Pauli, & Divi Dionysij Areopagitæ Magistri; si vetustatẽ inspiciamus: quę antiquior? vndè Apostolica iure dici debet; si venustatẽ: quæ pulchior? tãto Patre & Doctore erecta, & instructa? si sanctitatem: quæ ab alio fundatore (præter Apostulos sacros) sanctiore? Rectè Ecclesiasticus multam gloriam fecisse Dominum sua magnificentia asserit: *Dominantes in potestatibus suis homines magni virtute, & prudentia sua præditi.* Athenarum primores, qui in Areopagi Magno Consilio ius dicebant, & illius Civitatis Accolæ quantum in potestatibus dominabaris, testari tãtùm possunt, magnum te virtute, & prudentia agnoscentes; quibus præditos donis Græcos ipsos

Vers. 1.
Vers. 2.
Vers. 3.

Anno ChristiDomini 1667.

superabas,& tantum eloquentiæ flumen cum vitæ integritate, & motum compositione nullus non solum excelluit, sed nec præstringere præsumpsit: *Nuntians in Prophetis Dignitatem Prophetarum:* Ideò te Pacis fluvio comparavit Græcus Metaphrastes, quia pacē, & bona more Prophetarum evangelizabas:

Vers.4. *Et imperans in præsenti populo, & virtute prudentiæ populis sanctissima verba.* Nam si ante professionem Catholicæ Fidei populo prudentia tua, & scientia magna imperabas, plus post Baptismi sacri lavacrum divinis eruditus litteris tibi ipsi imperans, & dominans Catholica edocebas dogmata; Scripturas exponebas divinas, & primas erexisti Cathedras, in quibus Theologia legeretur sacra, & prædicationis nō immemor munere, sanctissima verba populis prudētia magna incessanter nūtiabas:

Vers.5. *In peritia tua requirēs modos musicos, & narrans carmina Scripturarū.* Hymnegraphi primi meritò laudē es assequutus, dulciter carmina in dormitione Deiparentis Mariæ Virginis in Conventu Apostolorum sublimiter post illos canens, de quo Discipulum tuum Dionysiū testem permagnum habes, ibi adstantem, cęterosque Ecclesiasticos Scriptores, Oratoris magni & Cōcionatoris, inter alios, primatum fatēres:

